
ΑΝΑΣΣΩΝ ΦΟΙΒΕ ΠΑΡΝΑΣΟΥ ΤΕ
ΚΡΑΝΑΝ ΚΑΣΤΑΛΙΑΝ ΦΙΛΕΩΝ

Valerius Flaccus

C. VALERI FLACCI SETINI BALBI

ARGONAVTICON

LIBRI OCTO

RECENSVIT

GEORGIVS THILO

HALIS SAXONVM

SVMPTIBVS ET FORMIS ORPHANOTROPHEI

MDCCCLXIII.

PROLEGOMENON

CAPUT I.

De vita Valerii quae tradi possint propter magnam testimoniorum penuriam perpauca sunt. veluti ne de nominibus quidem illius satis constat. cum enim in Valerio Flacco multum amissum esse Quintilianus dixerit (X 1, 90), et viginti epigrammata Flacco cuidam a Martiali inscripta ad Valerium missa putentur, et in codice Parisino 7647 (saec. XIII) quo cum alia tum excerpta non nulla ex Argonauticis transcripta continentur haec sit inscriptio Gaius ualerius flaccus in primo argonauticon, in subscriptionibus codicis Vaticani 3277 (saec. IX), quarum in hac quaestione praecipua debet esse auctoritas, haec habemus poetae nomina G. Valerius Flaccus Balbus Setinus (lib. II), G. Valerius Flaccus Setinus (lib. IV VI VII VIII), G. Valerius Flaccus Setinus Balbus (lib. V): e quibus nominum ordinibus tertius et ab Italis saeculi decimi quinti probatus est et in omnium editionum titulos transiit, neque id quin recte fieret ante a quoquam dubitatum est, quam Nicolaus Heinsius secundo demum post Christum natum saeculo plura cognomina et agnomina Romanis fuisse, poetamque, si omnia illa nomina habuisset, non Flaccum, sed Balbum vel Setinum a Martiali et Quintiliano appellari debuisse doceret. ille igitur Setini Balbi

a*

nomina Valerii esse negans 'equidem' inquit 'per Setini huius Balbi nomen aut designari non neminem existimo philologum, qui hoc poema Valerii emendarit recensueritque, aut quod verius videtur, nesio quem possessorem exemplaris alicuius horum Argonauticon vetusti denotari, qui cum fronti eius adlevisset nomen suum, id ipsum nomen Setini Balbi postea ab imperitis librariis aut aliud agentibus una cum Valerii Flacci nomine perperam esse coniunctum et confusum in apographis exemplaribus, quae postmodum sunt ex eo codice propagata.' quas Heinsii coniecturas qui amplexi sunt Wagnerus Dureau de Lamalle alii, ii vereor ne inconsiderate fecerint. neque enim, ut hic mittam quod infra demonstrabo Flaccum illum Martialis amicum non fuisse Valerium, id nomen quo homines appellari solebant in extremo semper loco ponebatur (cf. Henzen inscript. Orell. III p. 237). deinde quae de tempore quo plura agnomina a Romanis adsumi coepta essent Heinsius protulit tantum abest ut vera sint, ut M. Lollius Paulinus Valerius Asiaticus Saturninus (cf. Gruteri corp. inscript. CLXXXIX, 12) Valerio Flacco aequalis fuerit. quod cum ita sit et cum Setini nomen pro gentilicio interdum fuisse constet, (cf. Henzen l. l. p. 243) quin quinque quae quinti libri subscriptione servata sunt nomina poeta noster tulerit nullus dubito; cur tamen Setini Balbi nomina adsumpserit, utrum quod Setinos Balbos sanguine contingeret, an quod hereditatem ab iis accepisset, an aliam denique ob causam, id in medio relinquo, cum neque de parentibus propinquisque illius quidquam memoriae proditum sit, neque nominum rationem qualis imperatorum tempore erat satis iam exploratam habeamus et cognitam. duo restant quae huic disputationi addenda videam: primum quam parum probabiliter Heinsius Valerii carmen a Setino Balbo quodam emendatum esse suspicatus sit. cum enim Argonautica nisi a paucis non lecta videantur, qua de re infra dicam, iam antiquis temporibus recensendi ea necessitatem extitisse vix aut ne vix quidem credibile est. deinde quod in quinque codicis Vaticani subscriptionibus Setini nomen extremum locum tenet, eo Setiae poetam natum esse significari facile aliquis coniecerit, ut coniecit Petrus Marcellus Corradinus in libro de civitate et

ecclesia Setina Romae a. 1702 edito. quae coniectura, si Martialem Valerii consuetudine non usum esse probatum erit, non tam procul abdenda, quam adhuc factum est: ut Valerius duo cognomina habuerit, nam Balbi in quarti sexti septimi octavi libri subscriptionibus librariorum neglegentia omissum videtur.

Quo anno natus sit Valerius, quo mortuus nemo veterum commemoravit, scimus tamen quo temporis tractu floruerit. in exordio enim carminis sui Vespasianum inplorat, ne veterum virorum facta canenti sibi irascatur, cum res a filiis illius gestae maiores sint, quam quas ipse satis laudet. neque erraverit qui ex I 12 sqq. paulo post Hierosolyma a Tito deleta Argonautica Valerium auspicatum esse efficiet; nam quas ad asyndeton quod est in v. 13 removendum probavi emendationes eas ut incertas hoc loco sciens non respicio. ante annum nonagesimum p. C. n. poetam decessisse Quintiliani testimonio docemur, qui X 1, 90 *multum* inquit *nuper in Valerio Flacco amisimus;* Quintilianeum enim opus intra annos 88 et 90 compositum esse constat (cf. G. T. A. Kruegerum Quint. instit. orat. lib. X Lips. 1861 p. 1).

De patria Valerii magna inter duos Italos extitit controversia, quorum suae quisque patriae poetam clarissimum vindicare studebat. atque Marcelli Corradini sententiam supra significavi. contra quam Bernardinus Scardeonius in libro primo historiae Patavinae (thes. Ital. VI 3 p. 61) Patavio poetam oriundum fuisse docuit, fretus ille duobus Martialis testimoniis. is enim I 61, 3 et 4 Schneidew. *Censetur Apona Livio suo tellus Stellaque nec Flacco minus* et I 76, 1 et 2 *O mihi curarum pretium non vile mearum Flacce, Antenorei spes et alumne laris* e. q. s. quae carmina ab omnibus fere qui de vita poetae scripserunt ad Valerium Flaccum relata video. longius etiam processit Dureau de Lamalle, qui in iis, quae editioni suae Argonauticon Parisiis a. 1811 publici iuris factae praefatus est, relicua quoque quae Flacco Martialis inscripsit epigrammata ad poetam nostrum missa esse ratus ex iis de vita eius satis multa elicuit. id num recte ille fecerit priusquam anquiratur, numeros epigrammatum illorum e Schneidewini editione Teubneriana proferam; qui hi sunt I 59, 76. IV 42, 49.

VII 82, 87. VIII 45, 56. IX 55, 90. X 48. (X 104 pro *Flacco* v. 1 et *Flaccum* v. 12 *Flavo* et *Flavum* e libris Schneidewinus restituit) XI 27, 80, 95, 98, (huius in versu primo olim *Basse* legebatur, pro quo *Flacce* e Palatino Schneidewinus dedit) 100, 101. XII 74.

Iam primum aut Flaccus Martialis amicus non fuit Valerius, aut non eidem Flacco omnia illa carmina inscripta sunt. decimus enim Martialis liber Nerva imperante, undecimus et duodecimus sub Traiano et duodecimus quidem postquam in Hispaniam poeta rediit editi sunt (cf. Schneidewinum in maioris editionis Grimae 1842 prolegomenon cap. I p. III), Valerius autem ante annum 90 p. C. n. mortuus est. sed ea etiam quae Domitiani temporibus ad Flaccum Martialis dedit epigrammata ad Valerium num data sint ambiguum videtur. namque ut mittam primi libri carmen quinquagesimum nonum, quo de rebus Flacci nihil discimus, septuagesimo sexto cum suadeat Martialis amico, ut poeseos studio quod divitiarum nihil afferat relicto causis agendis operam det, in egestate illum fuisse interpretes iure coniecerunt. id quod non cadit in Valerium Flaccum; qui cum e quindecimviris sacris faciundis esset *) (cf. Argon. I 5 sqq.), in paupertate vitam degisse non potest, nam sacerdotes publicos populi Romani, inter quos erant illi quindecimviri, agro publico instructos fuisse notum est (cf. Marquardtii antiqu. Rom. enchir. III 2 p. 66 sqq. et IV p. 171 sqq.). neque extrema epigrammatis illius verba *at circum pulpita nostra* (i. e. mea et tua) *et steriles cathedras basia sola crepant* ad lyricum magis quam ad epicum poetam pertinere negabitur. quis enim talem animo suo informare poterit opinionem, ut Argonauticorum poetae basiis a pulchra puella datis meritum studii praemium persolutum esse dicat? transeo ad libri quarti carmen quadragesimum nonum, quo Martialis eos refellens qui epigrammata lusus tantum iocosque vocent illos magis ludere dicit qui *prandia saevi Tereos* aut *cenam*

*) de laurea et cortina quindecimvirorum sacr. fac. insignibus dixerunt Eckhelius d. n. VI p. 316, Borghesius osserv. numism. VII oss. 6 et 7, Prellerus mythol. Rom. p. 272.

Thyestae scribant; Flaccus qui loquens inducitur cum epica illa carmina omnes laudare mirari adorare responderit, id largitur quidem poeta Bilbilitanus, sed sua addit ab omnibus legi. quod carmen qui ad Valerium referunt dedecorant profecto Plinii auctoritatem, qui non salis tantum, sed fellis etiam plurimum habuisse Martialem dixit (epp. III 21). quid enim? si Valerius de epigrammaton genere tam severe iudicasset, num Martialem iustam hac quidem in re malignitatem adeo putas compressurum fuisse, ut inter eas fabulas quas epici poetae in primis adamarent Argonauticorum mentionem non faceret? — octavi libri epigrammate quinquagesimo sexto Martialis Flaccum miratum esse narrat, quod in tanta rerum fortiter et egregie gestarum copia non existeret Maro aliquis, qui eas epico carmine laudaret: quod poeta ita explicat, ut Maecenates deesse dicat. sed Flacci observationem illam nemo non videbit parum consentire cum iis quae Valerius in carminis sui exordio de Domitiano vaticinatur, eum canturum esse Hierosolyma a Tito deleta, quae quidem discrepantia eo magis videtur memorabilis, quod octavus epigrammaton liber Domitiano a Martiali dedicatus est. neque tamen me fugit huius argumentationis vis quam facile eo possit infringi, quod recte a doctis hominibus positum esse infra demonstrabitur, Valerii carmen ab ipso non editum esse: ut quae ille de Domitiano praedixerat Martiali cognita fuisse vero sit dissimile. sed recitasse certe Argonautica sua Valerium e Juvenali (sat. I 7) conicio, qui cum nulli domum suam magis notam esse dicit, quam sibi lucum Martis, non dubito quin nostrum poetam voluerit tangere. at hoc utut est, ex iis quae de tribus illis Martialis carminibus prolata sunt, Patavinum fuisse Valerium et Martialis amicum, pro certis quidem non magis quisquam affirmabit, quam quae Dureau de Lamalle de aetate magistratibus itineribus amicis moribus denique poetae e Martiali deprompsit; quae commenta taedet me hoc loco repetere. itaque quae poeta ipse de aetate sua et rebus prodidit, ea tenenda sunt, dubitanda quae e Martiali de eo homines docti repetierunt.

De arte Valerii Quintilianus quam honorifice senserit am saepius significavi. post renatas litteras quamquam longe

plures extiterunt qui laudarent Argonautica quam qui vituperarent, multum tamen abest, ut idem omnes de illis iudicaverint. etenim cum a Nicolao Heinsio summis laudibus Valerius cumulatus sit *), ab eo qui in additamentis ad Sulzeri librum (allgemeine Theorie der schönen Künste) tom. 8 p. 1 pag. 296 sqq. de epicis Romanorum poetis post Augustum florentibus disputavit, ita laceratus est, ut qui legerint Argonautica tempus et operam perdidisse videantur. ego cum I. C. Scaligero facio, qui in hypercritico poetam duriusculum quidem et penitus nudum Gratiarum comitate dixit — quod iudicium ad elocutionem maxime pertinet — felix tamen eius ingenium, magnum iudicium, diligentiam haud vulgarem agnoscit. poetica enim Valerii virtus in eo potissimum cernitur, quod ex iis quae Apollonius Rhodius et Diodorus Siculus de expeditione Argonautarum docuerant **) carminis sui materiam acri recti venustique sensu elegit, electam felici inveniendi copia exornavit, exornatam apte

*) hoc est Heinsii iudicium: 'inter scriptores Romanos, qui poesin epicam lucubrationibus suis insignitam iam olim reddiderunt, haud quisquam nobis occurrit, quem C. Valerio Flacco iure praeferamus, post vere divinum et maiorem comparatione omni Maronem Virgilium. tam concinna omnia ac castigata enitent; tantum artis, ingenii, doctrinae, tantum orationis citra tumorem clementer exurgentis candidaeque ac argumento suo paris illic renidet passim, ut ipso carminis successu summa consecutus videatur, et reliquis omnibus praeripuisse palmam facile sit arbitrandus.'

**) ad Apollonii maxime exemplum Valerium se adplicuisse Weichertus probavit, qui in eius libri quem de Apollonii vita et carmine Misenae edidit a. 1821 capite quadragesimo secundo Valerii carmen Apolloniano comparavit. Diodori libro quarto Valerium usum esse probabili ratione mihi videor collegisse. primum enim inter expeditionem Argonautarum ab Hercule Hesionam liberatam esse illo solus quantum scio tradidit. deinde de Aesonis et Alcimedes morte narratio (I 700 sqq.) etsi non prorsus convenit iis quae apud Diodorum IV 50 leguntur (eadem narravit Apollodorus I 9, 27), his tamen in suis fingendis Valerius uti potuit. neque quisquam Diodori IV 40 non agnoscet obversatum esse Valerio libri primi vv. 22—90 scribenti. denique inde a V 217 usque ad finem carminis longe quidem plurima Valerius ipse invenisse putandus est, sunt tamen quae a Diodoro mutuatus esse videatur veluti Circae et Persae nomina certe. Tiphy mortuo Erginum, non Ancaeum Argo navem gubernandam suscepisse ab Herodoro fortasse Valerius accepit. cf. schol. ad Apoll. B 895.

et ita disposuit, ut quasi corpus habeamus, quod integrum esset omnibusque numeris absolutum, nisi poeta morte vel casu aliquo in constituto cursu interceptus esset. quae recte iudicata esse accuratius probaturus Apollonii carmen non potero non respicere saepius et comparare.

Atque Apollonium quidem id egisse videmus, ut remotissimis etiam rebus minuto obscuroque studio collectis, quae Argonautae in expeditione in Colchorum terram facta viderant gesserant exanclaverant servato ordine temporum plene omnia narraret. ex his Valerius, cum non tam doctrinae copiam quam artem poeticam praestare vellet*), quae ita erant comparata, ut aut doctorum modo hominum animos caperent aut ad carminis venustatem et magnificentiam non accommodata viderentur, aut leviter attigit aut omisit: quae omnia significare cum longum sit, pauca tamen quae ad hoc genus pertineant lubet expromere. veluti Argo navis quo modo instructa esset, in aquam deducta, soluta denique Valerius brevius multo exposuit, quam Apollonius, qui in sacrificiorum quoque descriptionibus, quarum non exiguum numerum habet, longior fuit quam necesse erat. deinde Phinei vaticinatio a Romano poeta concisius refertur quam a Graeco, qui itinere Argonautarum quam accuratissime exposito carmini suo haud paucas observationes e geographico genere petitas immiscuit. neque Peraebii fata et Etesiarum originem (Apoll. *B* 460 sqq.) Valerius commemoravit et omisit quae de Herculis in Mariandynorum terram expeditione narrata sunt. laudandum etiam, quod de Thermodonte fluvio et Amazonum vita nisi in transcursu quasi non dixit et absurdam illam fabulam de Aretiade insula Martisque avibus ab Apollonio multis verbis narratam silentio praetermisit.

At vero quae propter rerum aut magnitudinem aut formidinem affectuumque et copiam et vim et veritatem digna videbantur, ut ab epico poeta efferrentur, ea quamvis brevissime tractata essent ab Apollonio Valerius et nova de suis

*) duobus tamen locis non nego Valerium doctrinae laudem affectasse: in libro tertio ubi Minyas a Mopso purgatos describit et in libro sexto, ubi Persae et Aeetae auxilia enumerantur.

addendo et animorum maxime commotiones diligenter apteque describendo magnopere exornavit. conferas velim Valerii versus qui sunt libri primi 22—90, quibus Peliae malignitas, virtus et pietas Iasonis expressa est, cum Apollonii *A* 5—17, qui de noto illo oraculo Peliae a diis dato monuisse satis habet. porro quam pulchre illa cogitata sunt, quibus Iason Acastum movet ad expeditionem cum ceteris heroibus suscipiendam et hic se secuturum esse promittit. in libro secundo Lemniadum scelera et Hypsipyles ad patrem servandum callide fortiterque facta a Valerio accuratius longe et aptius narrata sunt, quam ab Alexandrino poeta. neque in describendis Dolionum et Minyarum proeliis, Iasonis et Clytes de Cyzico interfecto lamentationibus, Argonautarum propter Tiphyn mortuum planctibus Valerio palmam tribuere quisquam dubitabit. omnino in iis partibus, quibus miserationem movere studebat, Valerius egregius est. quam ob causam animos non nolo advertere ad I 315—350, ubi Iasonis ab Aesone et Alcimede, et II 393—427, ubi eiusdem ab Hypsipyle digressus depingitur; quamquam hic ab Apollonio quoque praeclare descriptus est. etiam vehementissimam illam altercationem (III 633—714) quae inter Telamonem et Meleagrum exorta est, utrum exspectandus esset Herculis reditus an sine illo iter continuandum, non aliam ob causam Valerius commentus esse videtur, quam quod sic occasionem nanciscebatur magnos fortium virorum affectus describendi. alios Argonauticorum locos, qui in hoc genere praeclari sunt, ne longus fiam sciens praetermitto.

Postremo Valerium laudandum esse dixi, quod materiam et electam apte et exornatam ita disposuisset, ut singulae fabulae in corpus quasi redigerentur partibus suis perfectum et expletum. ac duplici quidem ratione poetam id assecutum esse videmus: primum eo quod Iasoni, qui apud Apollonium infirmus est et enervatus, summas attribuit virtutes, ut iure meritoque primaria carminis persona habeatur. quod cum iam ab aliis, inter quos Weichertum nomino, observatum sit, nolo hoc loco in singulis persequi, duo significasse contentus: primum prudenter egisse Valerium, cum Iasonem ducem fuisse expeditionis, tamquam id per se esset consentaneum, sumeret neque

Apollonium sequeretur, qui ab Argonautarum conventu Herculem ducem creatum esse sed Iasoni honorem cessisse narravit; deinde sextum librum quo proelia inter Persae copias et Aeetae socios, Minyas inprimis, commissa continentur, fere totum inventum esse, quo egregia Iasonis fortitudo ita illustraretur, ut etiam sine auxilio Medeae laboribus ab Aeeta constitutis par esse videretur. omnino, ut hac opportunitate oblata id moneam, in moribus describendis non sine magna laude Flaccus versatus est, veluti Medeae et Aeetae ingenia egregie adumbrata sunt. neque minus Valerius carminis sui concinnitati consuluit, cum satis non habens aliam fabulae actionem post aliam narrasse, id quod Apollonius fecit, eas aut e voluntate deorum repetebat aut alteram e priore exortam faciebat. atque deorum auxilio neque raro et apte ubique poetam usum esse iam a Weicherto aliisque iure laudatum est. neque enim dubitari potest, quin multum fecerit ad singulas carminis partes inter se conectendas, quod ubicunque periculum existit Argonautis adsunt ibi Iuno et Minerva, quarum ope Iason omnia impedimenta superet. ad singulas quoque quas narrabat res explicandas deorum intercessionem quam idonea ratione Valerius adhibuerit exemplis quibusdam probare iuvat. itaque I 574 sqq. tempestas, qua Argonautae itinere vix incepto iactati sunt, a Borea ceterisque ventis propter hominum temeritatem iratis excitata esse fingitur, sedata a Neptuno Iunonis Minervaeque precibus placato; III 20 sqq. Cyzici mortem ex ira Cybelae cuius leonem venatus ille interfecerat repetitam habes; in eodem libro 532 sqq. Hylas raptus esse narratur, quod Iuno Dryopae nymphae pulcherrimi pueri amorem promisisset; IV 60 sqq. Latonae Apollinis Dianae coniunctis precibus Iovem moveri videmus ad Prometheum liberandum.

Quod autem Valerium dixi sic etiam res continuasse, ut omnes inter se aptae colligataeque viderentur, eius rei primum librum quasi testem prodire volo. sollicitus est Iason de parentum salute, quos malignitati Peliae et crudelitati deditos videat. itaque ut obsidem habeat, necquid mali accidat patri et matri, Acasto persuadet, ut Colchida secum petat. quem profectum esse ubi comperit Pelias, ab Iasone eum necatum iri

ratus Aesonem et Alcimedon cum Promacho filio interfici iubet, ut ulciscatur Iasonem. vide quam sint haec inter se nexa et continuata, ut in carmine Valerii de Aesonis morte narratio multo aptiorem locum habeat, quam apud Diodorum et Apollodorum, qui Peliam crudelissimum Aesonis cum stirpe trucidandi consilium tum demum et cepisse et executum esse dicunt, cum Iasonem sociosque eius in Ponti litore mortuos esse audivisset.

Quoniam hanc commentationis partem, quae in poetica Valerii virtute iudicanda versatur, fere totam eo rediisse video, ut in rebus eligendis exornandis disponendis ubi ab Apollonio recessisset demonstraverim, addam etiam, ubi huius vel verba vel versus adeo suos fecisse videatur. qui loci cum satis multi sint, versuum in utroque carmine congruentium numeros tantum significabo. itaque comparari velim Apollonii *A* 1—4 cum Valerii I 1—4, *A* 35—39 c. I 355—357, *A* 105—108 c. I 481—483, *A* 130—132 c. I 107—110, *A* 144 et 145 c. I 231—233, *A* 153—155 c. I 462 et 463, *A* 290 et 291 c. I 327 et 328, *A* 440—443 c. I 234—236 (multo pulchrior est hoc loco Valerius apud quem Idmon videt quidem in ignibus, quid sibi destinatum sit, sed non pronuntiat ut apud Apollonium), *A* 919—921 c. II 439—440, *A* 973 sqq. c. III 316 sqq., *A* 1058—1060 c. III 347—349, *A* 1153 et 1167 c. III 459 et 476, *A* 1265 sqq. c. III 581 sqq., *B* 12—14 c. IV 208 et 209, *B* 52 c. IV 250, *B* 55 c. IV 251, *B* 66 c. IV 253, e similitudine quae apud Apollonium *B* 71 sqq. legitur Valerius duarum comparationum IV 261 sqq. et 268 sqq. quasi lineamenta mutuatus esse videtur, *B* 145 sq. c. IV 247 sq., *B* 188 c. IV 429, *B* 190 c. IV 459, *B* 192 sqq. c. IV 454 et 455, *B* 234 sqq. c. IV 465 sqq., *B* 251 sqq. c. IV 471 sqq., *B* 267 sqq. c. IV 451 sqq., *B* 296 c. IV 513, *B* 306 c. IV 531, *B* 564 sqq. c. IV 656 sqq., *B* 756 sqq. c. IV 757 sqq., *B* 899 sqq. c. V 73 sqq., *B* 911 sqq. c. V 82 sqq., *B* 936 sqq. c. V 103 sqq., *B* 946 sqq. c. V 109 sqq., *B* 955 sqq. c. V 113 sqq., *B* 1009 sqq. c. V 147 sqq., *Γ* 201 c. V 185, *Γ* 919 sqq. c. V 363 sqq., *Γ* 956 sqq. c. V 368 sqq., *Γ* 451 sqq. c. VII 103 sqq., *Γ* 649 sqq. et 707 c. VII 114 sqq., *Γ* 464 sqq.

et 778 sqq. c. VII 128 sqq., Γ 627 sqq. c. VII 143 sqq., VII 323—340 his Apollonii versibus Valerius usus est Γ 802 sqq. 530 sqq. 767 et 790 809 sqq., Γ 845 sqq. c. VII 355 sqq., Γ 967 sqq. c. VII 403 sqq., Γ 1007 c. VII 416, Γ 1011 sq. c. VII 433 sqq., Γ 1069 sqq. c. VII 477 sqq., Γ 1022 c. VII 511 sqq., Γ 1306 sqq. c. VII 587 sq. et 594 sq., Γ 1381 sqq. c. VII 616 sqq., Δ 26 sqq. c. VIII 6 sqq., Δ 179 sqq. c. VIII 122 sqq., Δ 350 sqq. c. VII 408 sqq.

Praeter Apollonium Vergilii in primis exemplum in sententiis dicendique formulis Valerium secutum esse Wagnerus prooem. p. 11 docuit: quod post curas Woldemari Ribbeckii, qui Vergilio ab Ottone fratre edito auctores illius et imitatores diligentissimo collectos addidit, non est cur uberius explicetur. Homerum ubi Valerius imitatus sit doctus quidam Britannus in miscellancis observationibus vol. IV tom. II Amstelod. 1734 exposuit.

De elocutione quoquo Valerii Scaligeri iudicium meum feci. quamquam quod vir doctissimus penitus nudam Gratiarum comitate eam dixit, haec verba non nimis premenda sunt; haud pauci enim in Argonauticis occurrunt loci qui verborum etiam versuumque elegantia valde commendantur; at duriusculo dicendi genere poetam usum esse in universum recte indicatum est. de quo plene hoc loco exponere non est animus, id potius agam, ut versus non nullos, quorum tam in verbis quam in locutionibus et structuris ab usu ceterorum poetarum scriptorumque Valerius recessisse videatur, interpreter et a coniecturis doctorum hominum defendam.

I 274 sq. pro *totum . . . undae deduxere diem* Peerlkampus proposuit *totum . . . umbrae obduxere diem*, quae faciliorem haberent explicationem. verum id quidem, neque tamen erat cur *deduxere* mutaretur; nam undae in quas cum Sole diem cadere poetae fingunt, diem ipsae deduxisse audacter dictae sunt. — I 551 Graeci ad Helenam repetendam Troiam profecti *proci* vocantur, quod vehementer miror a nullo interprete notatum esse; cum enim Helena in iis quae antecedunt non nominata neque raptus eius nisi perobscure significatus sit, hoc quidem loco eius modi audacia parum placet:

ut diu cogitaverim, quid pro *procorum* apte reponerem, sed nihil me invenisse fateor.

II 35 *habenae* Solis quod *evectae* dicuntur multis offensioni fuit, Baptista Pius enim *erectae*, Heinsius *invectae*, Peerlkampus ingeniose *emeritae* legi maluerunt. sed non viderunt viri doctissimi, habenis tribuisse poetam quod equis tribuendum erat, qui cum summum aethera superaverunt eum evecti esse apte dicuntur. comparabitur non sine utilitate V 611, ubi Euryalen *alipedi curru* corpora mortuorum pulsasse narratur. omnino in epithetis eligendis Valerius parum curiosus fuit, cuius generis exempla quaedam lubet expromere. veluti II 268 *famularibus* quod codici Monacensi (saec. XV) debetur non mutavi, etsi quid sibi velint *hederae famulares* non facile intellegitur, quae sic vocatae sunt, quod Bacchae, famulae i. e. sacerdotes Bacchi, hedera coronari et cingi solebant. — libri tertii versum 613 Burmannus et Peerlkampus vituperarunt *cunctantes ausus* qui essent non capientes. sed *ausus* sunt res ab Argonautis susceptae, quas cum *cunctantes* dicebat poeta, ausibus addidit quod audentibus recte additur. — iisdem illis viris doctis V 273 *iamque aderat* (Perses) *magnis regum cum milibus urbi* displicuit *magnis* epitheton, ut Burmannus e Vergilio (Aen. V 75) *multis* reponeret, Peerlkampus *magni regis* coniceret. at, modo sana sit *milibus* vox, pro qua *viribus* olim suspicatus sum, ita fortasse Valerius excusari potest, ut in eligendo adposito non tam propriam vocis illius vim spectasse dicatur, quam communem exercitus notionem, quae hoc loco illi inest. — V 485 *tot vigili pulcherrima flumina cornu* editum est. Heinsius cui fluminum flexus — ea enim sunt cornua — parum apte vigiles dici videbantur *viridi* proposuit, quod a Wagnero probatum est. sed translationem audacter quidem at non ineleganter inventam nolim poetae eripi. namque, ut ex adnotatione Wagneri didici, iam Lenzius vidit, Valerium *vigil cornu* fluminibus tribuisse, quod aquam perennem haberent quae numquam dormiens quasi semper flueret. — V 593 Heinsius cum dubitaret *profundum* num *merum* recte diceretur, *profuso* coniecit; qua coniectura facile caremus. nam mero dedit poeta quod poculo, in quo illud

erat dare debuit. — VI 176 idem Heinsius et Friesemannus (coll. crit. Amstelod. 1786) Gorgoneos crines cur *semineces* poeta vocasset non ceperunt: ille de voce emendanda desperasse videtur, hic *saxificos* restituit; quod inventum ad sententiam quidem non ineptum est, sed traditis litteris parum commendatur. inconsiderate Valerium adiectivo illo usum esse manifestum est. vultum enim Gorgonis, qui rigidus sit et inmotus, seminecem non inepte forsitan aliquis dixerit, sed anguineis crinibus epitheton illud nullo modo convenit.

III 646 Eyssenhardtius (mus. Rhen. XVII p. 387 sqq.) *potioribus* ablativum tolerari posse negavit, quod *prae* praepositionis loco ablativum poni inauditum esset. itaque *potior quibus ille* temptavit, ut Moleager cum iis qui sententiae ipsius favebant comparatus potior dictus sit. neque tamen opus est coniectura; eam enim *fovendi* verbo notionem poeta indidit, ut idem fere significet quod *magis sequi* vel *magis amare.* quod si recto observavi *potioribus* ablativus est quem comparationis vocant grammatici. cf. VII 428 sq.

IV 88 quod libris traditum est *quod simul adsumpta pulsum fide*, iam is moleste tulit, a quo editio Bononiensis anni 1498 adornata est, in qua legitur *quo simul adsumta pulsus fide luctus* e. q. s., cui coniecturae Burmannus calculum suum adicere non dubitavit. sed *lyram pellere* cum dictio sit poetis frequentata, Valerius carmen quoque, quod e fidibus pulsatis quasi eliceretur, pelli dixit. quae interpretatio cum Heinsium non falleret, miror eum coniectura vorsui subveniendum esse duxisse; scripsit enim *quo simul assumta pulso fide*, qua mutatione verba non egent. nam *simul* e consuetudine poetarum pro *simulatque* Valerius posuit, neque *est* ad *pulsum* difficile subauditur. ceterum cum hoc versu non inepte fortasse conponuntur VI 310, ubi ad exemplum usitatae dictionis quae est *vitam* vol *fata abrumpere* hanc inventam habes *segnes metas* i. e. vitae *abrumpere*, et VII 533, ubi Valerius Vergilium Ovidium alios, qui dolore vel laboro vel animi motibus carpi aliquem recte dixerunt, inepte imitatus haec posuit *heu tantis iterum carpende periclis.*

V 27 poeta significare volebat, imagine Idmonis modo mortui revocata admonitos esse Argonautas, Tiphyi quoque mortem imminere. quam sententiam his verbis efferens *et ille recens oculis intervolat Idmon* ei brevitatis generi studuit, quod propter obscuritatem vitiosum est et scriptoris aut festinantis nimium aut iudicare nescientis. cuius alia praeter illud exempla in promptu sunt, veluti I 109 sqq. *cuius . . . tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus gestat Hylas: velit ille quidem, sed dextera nondum par oneri clavaeque capax*, ubi ad *velit ille quidem* supplenda sunt *et clavam gestare.* in eodem libro v. 563 voces quae sunt *me primum regia mundo . . . . inposuit* non habent facilem explicatum. haec autem erat poetae mens, Iovem cum *Iapeti post bella trucis Phlegraeque labores* regiam suam i. e. caelum obtinuisset, ea re primum et principem mundi constitutum esse. Wagnerus *regiam* deorum concilium intellexit. — II 139 pro *litoribus*, librorum testimonio, *velleribus* cum ex editione Aldina ab omnibus interpretibus receptum viderem, et ipse posui. quod num recto fecerim ne hodie quidem certus sum. neque enim abhorret a probabilitate, una *litoribus* voce significasse poetam, ab Eurynome Codri uxore famulas fatigatas esse iterum iterumque ad litora missas, ut spectarent, num coniunx illius e Thracia rediret. — quod ab Apollonio accurate narratum est, Orphea, postquam manes Stheneli placasset, prope oram Callichori amnis in ara Apollini extructa lyram suam deo dedicasse, unde locus nomen traxisset, id V 100 his tribus verbis Valerius significavit *nomenque relinquit harenis*, quae nemo intellegeret, nisi Apollonii carmen haberemus. quam ob rem et cum in versu 100 quae ante penthemimerin sunt librariorum neglegentia adeo sint corrupta, ut nisi audaci satis et incerta coniectura restitui non potuerint, inter versus 99 et 100 hiatum non indicasse nunc vehementer me paenitet. — III 598 sqq. cum propter sententiae difficultatem tum propter auctoritatem eorum, qui iis emendandis operam dederunt, uberiorem sibi flagitant disputationem. ipse nisi quod Eyssenhardtium secutus pro *moraes*, quae est Vaticani scriptura, *mora est* scripsi, librorum testimonium non mutavi. etenim quod est in Valerio brevitatis studium,

ex iis quae proxime antecedunt eum ad *nec parvus Hylas* voces verbum quale est *moratur* sumi voluisse, non improbabile videbatur. coniectura autem quam in Aldina editione habemus *At sociis iam mota fides, austrisque secundis Causa morae non parvus Hylas, quamquam omnibus aeque Grata rudimenta Herculeo sub nomine pendit* non tam propter mutandi audaciam displicet, quam quod sententia praebetur cum iis quae secuntur non conveniens, quibus Argonautarum fidem non motam esse doceamur. quae Heinsius proposuit *At sociis inmota fides austrisque secundis Certa morae, praereptus Hylas. namque . . . pendit* confiteor me non intellegere et in eam sententiam adduci, ut in adnotatione Burmanni, unde Heinsianorum notitiam petivi, typothetarum errore coniciam *Certa* positum esse pro *Causa* ab Heinsio ex Aldina scriptura recepto. quod ut ita sit, duo tamen restant quibus Heinsium sequi vetamur. nam *praereptus* a litteris traditis nimis longe recedit, neque Hylae desiderium in causa erat, cur morarentur Argonautae, sed quod sine Hercule iter continuare nolebant (cf. 607 sqq.). idem valet contra Bentleii coniecturam *Stat sociis inmota fides austrisque secundis Certa morae; nec parvus Hylas: tanquam omnibus . . . . ponat,* quam his verbis vir summus explicavit: 'neque enim Hylas puer parvus et contemnendus videbatur: immo contra carus et acceptus, tamquam non sub Hercule solum, sed sub omnibus Minyis militiae rudimenta ponat. Certi igitur erant opperiendi istos duos. Hylan enim non spreverunt, *illum* autem (i. e. Herculem, de quo prius) et votis et lacrimis repoposcerunt.'

V 156 Valerius narravit, Herculem ad Caucasum montem venisse *Titania fata morantem*, ad quae verba haec est Burmanni adnotatio: 'capio dictum pro moraturum, effecturum, ut cessarent mala.' Eyssenhardtius cum *morandi* verbum sic explicatum nimis insolenter dictum esse putaret, *novantem* coniecit. largior quidem, verbum illud huic loco sic adhibuisse poetam, ut usum a ceteris scriptoribus observatum paululum migraret, neque *novantem* scite inventum esse nego, cum tamen similis vel audaciae vel neglegentiae haud pauca sint in Argonauticis exempla, Burmannum secutus librorum scripturam intactam relinquere malui. — V 324 *stet potius* e libris reduxi, quod

a sententia probum est, sed insolite et obscure ita dictum, ut sit pro *ante omnia spectemus* vel *quaeramus*. quae ex Aldina editione in omnes quae secutae sunt editiones transiit coniectura *stet procul et*, ea quin reiectanea sit nulla potest esse dubitatio, sive *pudor* retinemus sive *pavor* ex eadem Aldina recipimus. etenim si Argonautae spem aurei velleris in Graeciam reportandi abiciunt, neque pudor abest neque pavor: ut sententia existat ab hoc loco prorsus aliena. — VI 244 Campesum hasta inter latus et ilia inpacta morientem sublatum esse et in hastam *descendisse*, tam inusitate dictum est, ut Heinsius *desidit* proposuerit pro *descendit*. — VI 247 *linquuntur* legitur in Vaticano. quod cum huic loco non aptum esset, *liquuntur* posui e codice Carrionis et editione Aldina, quamquam non ignorabam, Valerium sic scribere non potuisse nisi verbi illius significatione quae est *liquefacere* ita mutata, ut esset *rigare* vel *imbuere*. — VI 248 *ictum tollere* idem significat quod *manum ad ictum tollere*. — de VI 417 infra dicam propter lacunam quae in Vaticano est et male expleta in libro Carrionis; hoc loco monuisse sufficit, verbis quae sunt *haut usquam Colchorum animi* virtutis exhibendae copiam Colchis defuisse parum dilucide significari. — VI 455 Veneris tecta recentibus semper sertis ornata *sertis recentia* vocantur. — VI 614 Iason comparatur cum leone, qui in stabula irrupit et in omnes partes saevit, quod his verbis poeta expressit: *stabulis qualis leo saevit opimis luxurians spargitque famem mutatque cruores.* i. e. ut leo iram fame urguente excitatam modo in hoc modo in illud pecus vertens non unum sed multa interficit. Wagnerus non inepte Silium comparavit, cuius est V 286 *hostem mutare*. — VI 712 qui oleam ita collocat, ut ventis foventibus exposita sit, illam *felicibus ventis implere* dicitur. — VII 6 Medeam insomnem iecisse et multa questam esse Valerius his verbis significavit: *vertere tunc varios per longa insomnia questus*, quae ab Heinsio variis coniecturis temptata sunt. in vertendo autem et movendi notio inest et mutandi. — VII 537 *vix deinde* et Maserio et Heinsio offensioni fuit, quorum ille *mihi deinde* non male suspicatus est, hic *mox deinde* proposuit. repudiavi has coniecturas, non quod insolitam esse dictionem illam negarem,

sed quod quid sibi vellet intellegere mihi videbar. cupit enim Medea tam statim et continuo post draconem ab Iasone superatum mori, ut inter ipsius et illius mortem nihil fere temporis intersit. — VII 546 *ausa* pro *aula*, quae est Vaticani scriptura, e codice Carrionis et editione Bononiensi posui. significant autem voces *spesque addidit ausa*, Iasonem spe velleris aurei potiundi audentiorem factum esse et ad magnas res suscipiendas inflammatum. Heinsianis coniecturis verba non egent. — e libro octavo de *tempus* voce duobus locis insolenter posita monendum videtur. v. 163 enim *tempora* non possunt non dicta esse pro diebus laetitiae et hilaritatis plenis, quod Burmannus iam intellexit, et v. 393 *id tempus enim* voces significant: id enim facere Iasonem.

His insolitae elocutionis exemplis versus aliquos adiungam, quorum sententia propter artificiosum et perplexum dicendi genus obscura est. veluti I 265 sq. Valerius Pelea deos precantem fecit, ut ipsum in itinere mallent perire, quam ita reverti, ut Achilles in vivis non esset. ad id significandum poeta his verbis usus est: '*placido si currere fluctu Pelea vultis*' *ait* '*ventosque optare ferentes, hoc, superi, servate caput.*' nam *placito* quod Heinsius ex Aldina probavit nihili est. — I 758 Aeson, contra Peliam utrum ipse arma capiat an populum excitet, dubitans leoni comparatus est, qui capite humi depresso rictuque aperto circumspicit, quemnam hostium primum adgrediatur. atque rictus apertus quibus depingeretur haec posita sunt: *rictuque genas et lumina pressit* i. e. leo rictu aperto effecit, ut genae contraherentur et palpebrae paululum clauderentur. quae verba I. Columbo et Wagnero tam obscura videbantur, ut *rictumque gemens et lumina pressit* conicerent. — IV 130 magna est inter Carrionis librum et Vaticanum diversitas, cum hic exhibeat *reges preme dure secundos*, ille *reges doliture secundos*. scripturam quae in *C* est praeter Carrionem ipsum nemo defendit; nam Argonautae, Pollux in primis et Castor Iovis filii, reges post Amycum secundi non possunt dici, neque *secundus* adiectivum, ubi idem significat quod *felix*, vocabulo adiungitur quo persona notatur. sed Vaticani quoque memoria perquam obscura est. adloquitur autem

Neptunus Iovem et accusat, quod sibi et Plutoni, secunda post illum regna sortitis, invideat semper et detrimenta adferat. — VI 354 sqq. Burmanno offensioni fuerunt, maxime propter *ille dies* voces in v. 356, pro quibus quae proposuerit, in adnotatione critica videas. sed versuum illorum sententiam iam Wagnerus recte cepit, cuius verba lubet repetere: ʽmagno cum strepitu venti in ipsius Aeolii antri limine ad claustra frangunt sese, premunt, urguent, alter alterum proturbat, de eo decertantes, quem pelagi rabies, quem nubila, quemque sequatur ille dies h. e. cui hoc die pareant, obtemperent, cedant maria et nubila, cui concedatur maria in fluctus tollendi nubesque cogendi potestas, vel, quod idem est, qui hoc die per maria et aerem dominetur.' concedendum tamen Burmanno, *diem ventum aliquem sequi* satis obscure dictum esse.

Ad causas obscuritatis illius, quam viri docti poetae non inmerito vitio tribuerunt, neglegentia quoque in verbis collocandis referenda est. cuius exemplum e libro primo expromo v. 306 sqq., quorum sententiam qui hoc tempore in Valerio emendando versati sunt Kochius (mus. Rhen. XVIII p. 163) et Eyssenhardtius non ceperunt. hic enim est verborum ordo: *age rumpe moras et iam nunc fidens superisque mihique mitte metus, si dum toto aequore currimus incertus aether nubila duxerit.* recessit autem Valerius a recta verborum collocandorum ratione, cum *que* copulam, ad *iam* ponendam, *dum* coniunctioni adiungebat, et enuntiatum ab hac ipsa incipiens, quod sententiae hypotheticae inserere debuit, huic praemittebat. sed copulae traiectae Burmannus in praefatione p. 7 multa exempla congessit, neque hoc uno loco Valerius enuntiatum quo temporis significatio continetur ante eam sententiam posuit, post quam ponendum erat. cf. I 425 et 765. iam unum restare video, ut *toto* in versu 306 servatum defendatur. ac *totum mare* dictum esse quod *longum* poeta dixit III 354, duobus versibus docemur qui sunt V 439 et VIII 103. his expositis videas, quam necessariae sint Eyssenhardtii et Kochii coniecturae. ille proposuit: *namque aequore tuto currimus incertus nec nubila duxerit aether*, in quibus sana quidem et quercus Dodonidis sermocinationi conveniens sententia inest. quod iudicari nequit de

hoc Kochii placito: *nunc aequore tuto currimus; incertum si nubila duxerit aequor;* nam his verbis ut augeantur Iasonis animi cum tantum absit, ut quam maxime infringantur, Valerii ea non esse confidenter adfirmo. — praeterea his locis turbatam verborum seriem deprehendi: I 529 et 530; I 662 sqq., ubi hic est verborum ordo: *cum fingeret alti tela Iovis et contra Athon aut Rhodopen ruenti aemulus maestae nemora ardua Pisae et miseros Elidis agros ipse ureret;* I 503 et 504 ubi *genitor* a *Sol*, V 35 et 36 ubi *Aesonius* a *ductor*, VI 429 et 430 ubi *Iuno* a *regina* nimis longo seiunctum est; VI 229 *densa* ad *dextra* relatum est, cum ad *hastilia* referendum esset; VI 403 et 404 aut *quorum* vitiose repetitum est aut vitiosa verborum collocatio, quae haec esse debebat: *quorum pilis, quorum aquilis agmina utrimque micant;* VIII 318 *sed* particulam tertio loco Valerius posuit, qua re oratio tum obscura facta est, ut versus ille haud paucis coniecturis temptatus sit; sic autem verba sese excipiunt: *sed haud ita segnis Iuno summo aethere sedet.* cf. VII 160.

Verborum luminibus quae σχήματα Graeci vocant est ubi Valerius tam perverse usus sit, ut non modo non exornaverit orationem, sed obscuram reddiderit et inelegantem. atque particulas quibus membra orationis copularentur saepe omissas esse iam Burmannus monuit praef. p. 7. veluti II 178 *plaustra sequi,* VI 302 *lancea caeruleas circum strepit incita vittas,* VIII 249 *breve tempus amorum,* VIII 310 *ense simul clipeoque micat,* VIII 404 *haut ultra sociis obsistere pergit* iis quae antecedunt non iuncta sunt. qui I 12 sq. desideratur membrorum conexus quo modo recuperari posset in adnotatione critica exposui. — ellipseon exemplis a Burmanno l. l. prolatis demendi sunt libri sexti vv. 213 et 269, ubi Vaticani memoria non recte ab illo intellecta est, addendi I 548, quo de versu infra dicetur, et V 246 *haec tibi, fatorum genitor tutela meorum!* — nulla autem figura ineptius poeta usus est, quam zeugmate quod vocant, quo adhibito mirum quantum oratio saepe impedita est. ut I 681 habes *oritur clamor dextraeque sequentum*, ubi ad *dextraeque* ex *oritur* verbum quale est *tolluntur* vel simile sumendum est. V 316 in verbis quae sunt *nec pelagi nos mille*

viae nec fama fefellit, Soligenam Aeeten e. q. s. *fefellit* vel *fefellerunt* etiam ad *nec pelagi nos mille viae* pertinere, vidit quidem Wagnerus, sed sententiam enuntiati non recte cepit, cum significari dicebat, Argonautas omnia maris pericula quae praenuntiata essent passos esse; id potius gloriatur Iason, ne innumeris quidem quae in pelago paterent viis effectum esse, ut Minyae ab recto itinere in diversam regionem aberrarent. V 475 *tot casus, horrenda tot avia mensi* leguntur. sed *casus emetiri* cum proprie dici non possit, alius verbi participium, *passi* fortasse, e *mensi* eliciendum esse apparet. — ad exempla huius schematis etiam V 304 sqq. refero, quamquam hi versus impedita quoque totius enuntiati conformatione obscuri sunt. *movens* enim participium in versu 305 positum etiam ad versus 307 et 308 pertinet. cum autem *fatorum ortus* ab aliquo *moveri* non proprie dicatur, *aperiens* vel simile participium supplendum est. — VII 604 sqq. vehementer vexarunt interpretes, quorum coniecturas in adnotatione critica repetivi. equidem cum Wagnero hos versus ita explicandos esse duco, ut Iason cum Lapitha comparetur, qui terga equi recens e telluris hiatu exorti — meminit fortasse poeta Vergilii, qui georg. I 12 sq. his verbis Neptunum adloquitur *tuque o, cui prima frementem fudit ecum magno tellus percussa tridenti, Neptune* — conscendit et equum resistentem primo et frementem habenis ori adhibitis domuit. obscuritas autem et inelegantia sententiae in eo posita est, quod Lapitha ut terga ita murmur equi habenis invasisse dicitur. — denique ineptissimum zeugma quod VIII 254 habemus nemo non vituperabit; ubi quod poeta scripsit *pars veribus, pars undanti despumat aeno* e *despumando* verbum *assandi* ad voces quae sunt *pars veribus* non facile suppletur.

Etiam in rebus grammaticis Valerius a consuetudine ceterorum scriptorum non numquam recessit; quibus locis emendatione opus esse cum interpretes plerumque putaverint, eo maxime disputatio nostra redibit, ut librorum memoria defendatur. veluti I 199, ubi omnes fere editores *tumet* quae est Baptistae Pii coniectura probaverunt, *tamen* e codicibus restitui, quae particula eandem fere vim habet hoc loco, quam *certe* vel nostrum *doch wenigstens*. simili ratione Valerius *tamen* usur-

pavit II 642 et III 290 et 696. — I 662 *cum* coniunctione in comparatione poeta ita usus est, ut omitteret vel *ut* vel *qualis* cum verbi substantivi aliqua forma; nam ut plena esset oratio, dicendum fuit *nondum ille furens, qualis erat cum fingeret* e. q. s. is coniunctionis illius usus duobus locis fraudi fuit interpretibus. nam II 103 quod in Vaticano legitur *cum reti crinem subnectitur aureo* (*aureo* quidem e coniectura scripsi) non est cur mutetur. nimirum dixit Valerius, Venerem tum non tam almam fuisse videri, qualis esset cum reti aureo crinem subnecteret. II 453 quoque pro *cum* Sabellicus coniecit *qua*, Andreas Schottus *ceu*, quamquam neutra traditae scripturae mutatione opus est. nam vox quaedam 'flebile succedens' aures Herculis et Telamonis attingit, qualis est unda cum fracta remurmurat. pro vocibus quae sunt *flebile succedens* quod *flebilis ac cedens* fortasse scribendum esse dixi in adnotatione critica, nunc me paenitet; illae enim defenduntur VII 215 *tum flebile gaudens prosiluit.* tribueram autem *cedendi* verbo eam fere vim quam *evanescere* habet, neque displicebat illa coniectura, cum et Vaticani litteris commendaretur et aucta comparationis vi et veritate; eo enim putabam contineri tertium quod vocant comparationis, quod vox Hesionae evanescebat, ut undae postquam in litore fracta est remurmurantis sonus paulatim imminuitur.

Libri primi versus 670, quod leges quibus temporum consecutionem Latini circumscripserunt turpiter violatae videbantur, complurium doctorum hominum emendatrices manus expertus est, qui Valerium a *volvitur* praesenti tempore dicto *staret* pendere voluisse negabant. sed cum omnes quae propositae sunt coniecturae, quamvis sint ingeniose excogitatae, Oudendorpii in primis, a Vaticani memoria nimis longe recedant, poetam malo neglegentiae incusare quam librarios, cum praesertim in sententia versus quid offendat non inveniam. ponit enim Iason axis volvatur necesse esse, ut aequali mundi pondere non turbato aeternum deorum opus durare possit (cf. II 358). neque in Valerio brevitatis amantissimo *vicissim*, quam vocem Wagnerus negat habere quo referatur, displicere potest, cum quod Oudendorpius coniectura in versum intulit

facile subaudiatur. — in temporum usu Valerius quam neglegens fuerit libri secundi v. 142 sqq. testes sunt, ubi *essem* imperfectum recte positum *obruat* sequitur. sed versus illi alio quoque nomine memorabiles sunt; *nuntius* vocem dico masculino genere de femina dictam. nemo certe interpretum alium scriptorem sic illud vocabulum usurpasse animadvertit. adsentior Wagnero, qui incuriae poetam accusare nolens, ut *esset* Burmanni coniectura recipiatur suadet; nam Heinsianae omnes nimis audaces sunt.

II 280 per omnes editiones e libris manu scriptis forma propagata est ab occulendi verbo non recte deducta, legebatur enim *occulerat*, quod Reisigius (schol. d. gramm. lat. ed. Hase p. 250) Valerium metri necessitate coactum scripsisse docuit. tali autem vitio carmen ne amplius etiam inquinaretur, cum e Heinsianis coniecturis nulla ita comparata videretur, ut in verba poetae recipi posset, *occuluit* reposui, insolitum perfecti temporis usum praesenti quod sequitur satis excusari ratus.

Quae libri secundi v. 377 continetur interrogatio *quid et ipse viris cunctantibus adsit?* ea num Valerii esset vehementer me dubitare dixi. nimirum expectamus quam aegre ferat Iasonis mollitiem et ignaviam Herculem exclamatione aliqua significare, quae ea structura quam accusativum cum infinitivo vocant grammatici proferenda erat, sed Iasonem habemus ab Hercule interrogatum, quibus causis cum cunctantibus faceret neque iter strenue continuare vellet. itaque Valerius aut vim fecit latinitati, aut posuit quae vix dici potest quam languida sint et inepta. nam cum legantur haec verba in Vaticano, quem amplioribus quidem interpolationibus non esse corruptum infra demonstrabitur, ea Valerio abiudicare non ausim. — II 605 Wagnero offensioni fuit quod ad rem praeteritam significandam Valerius praesenti tempore usus est, unde *fregit* pro *frangit* proposuit. quam coniecturam non dubitassem recipere, nisi quarti libri versui 27 idem illud tempus eadem ratione poeta adhibuisset, ubi Hylan dicentem fecit *inproba quo me nympha rapit* pro *rapuit*. ceterum nolo omittere his exemplis *mactat* praesens defendi in illo versu, quem inter libri primi 44 et 46 in Monacensi insertum habes pro Valeriano qui librariorum

neglegentia olim perditus est. — VI 204 insolitus *ab* praepositionis usus notandus est; nam Valerius cum significare vellet Gelae et Medoris patrem duos egregios equos ab omni armento seiunctos aluisse, ne ambigua essent verba, participium aliquod addere debuit quale *remotos* vel *seiunctos*. — VI 306 *sicubi* satis breviter dictum est; subaudiendum enim *incideris in eum* vel simile quid. — VI 487 addendus est iis versibus quos Burmannus praef. p. 7 propter omissas verbi substantivi formas laudavit; *erit* enim ad voces quae sunt *tales quando tibi cernere regere* supplendum. — libri octavi v. 10 propter insolitum *ille* pronominis usum memorabilis est, quem Heinsius ad Ovid. epist. XIV 95 explicuit, at hoc loco *mille* coniciendo moleste se ferre significavit. cf. Phil. Wagneri quaest. Verg. XXII 7. — VIII 368 voces quae sunt *virgine cessit* Heinsio scrupulos moverunt, ut variis temptaret illas coniecturis, quibus non opus est, modo passiva vis quae cedendi verbo inest prematur, ut *virgine cedere* idem sit quod *a virgine vinci*.

Finem faciam huic commentationis parti cum versus aliquos significavero, quibus graecam dicendi rationem Flaccus liberius quam ceteri poetae imitatus est. ad quos dum I 491 *venator . . . urguet equum teneras conpressus pectore tigres* refero, Heinsium magis audio, qui elegantem graecismum in his verbis adgnovit, quam memet ipsum. neque enim sana illa esse mihi persuadere possum, cum sic poeta dicere debuerit: teneris tigribus pectus vel pectora pressus. Italorum coniectura quae est *complexus* recepta paululum quidem expeditior fieret oratio, sed ne *pectore complecti* quidem recte dictum est. itaque doctioribus viris et sagacioribus huius versus emendationem cedendam esse video. — III 412 *tu socios adhibere sacris armentaque magnis bina deis* infinitivum pro imperativo positum habes. cf. Kruegeri gramm. graec. § 55 I, 1 adn. 5. — denique laudo V 170 *Titan vociferans, fixos scopulis dum vellitur artus* et VI 55 sq. *nec primus radios, miles Romane, corusci fulminis et rutilas scutis diffunderis alas.*

Priusquam ad fata Valeriani carminis enarranda transeatur, dicendum est de quaestione explicatu satis difficili, utrum absoluta et expolita Valerius Argonautica reliquerit, an temporum iniuria perditi sint libri octavum olim secuti: de qua quaestione nemo quidem usque ad hoc tempus dedita opera exposuit, omnes tamen a Baptista Pio et Petro Crinito (de poet. lat. lib. IV cap. 66) sumpserunt magis quam certis rationibus demonstrarunt, non licuisse poetae opus suum perficere, perfecto extremum perpoliendi laborem adhibere. quam sententiam ut amplecterentur homines docti maxime Quintiliani testimonio moti sunt, multum in Valerio Flacco Romanos amisisse; in eam enim partem id accipiebant, ut Quintilianum docuisse existimarent, praematura morte poetam impeditum esse, quominus opus inceptum ad finem perduceret. haec tamen ratiocinatio quam falsa sit, iis quae de aetate Valerii supra exposui apparet. nam si verum est, poetam anno septuagesimo primo p. C. n. Argonautica auspicatum esse, obiisse intra annos octogesimum octavum et nonagesimum, perficiendo operi quod satis esset tempus non defuit. altera autem causa, qua inperfecta habebantur Argonautica, firmior est et magis idonea. haud pauci enim versus atque ampliores etiam carminis partes ita comparatae sunt, ut quin ultimam limam poeta iis non adhibuerit nequeat dubitari. atque hunc locum iam mihi video accuratius tractandum esse.

Ac primum quidem duobus locis eadem prorsus sententia duobus versibus expressa est tam similibus inter se, ut, ambos poetam edere voluisse cum nullo modo credi possit, id potius vero videatur simillimum, eum ante quam ederet carmen meliorem ex illis electurum fuisse. locorum autem illorum prior est in libro quinto, ubi (565 et 566) hi versus se excipiunt *qualis ab Oceano nitidum chorus aethera vestit*, *qualibus adsurgens nox aurea cingitur astris*, quorum alter Bulaeo iam et Heinsio suspectus fuit: quamquam ille rem acu tetigisse videtur, cum eum a poeta additum esse dixit, ut eligeretur postea, uter esset melior; nam elegantior est hic versus quam qui a falsario profectus esse putetur. — certior etiam res est in libro septimo cuius versum ducentesimum primum *hoc satis*, *ipsa*

etiam casus spectare supremos hic sequitur in Vaticano *ei mihi ne casus etiam spectare supremos.* nimirum Valerius intellexerat, verbo substantivo omisso obscuram fieri sententiam quae haec est: satis esset flere me labores tuos, sed spectare etiam casus tuos extremos cogar. itaque alterum versum addidit, ut limans opus et perpoliens eum reciperet qui praestare videretur. sic autem haec verba interpretor: o me miseram! modoue extremos tuos casus spectare cogar. fortasse erravi quod ex his versibus priorem recipere malui.

Aliud argumentum quo carmen non emendatum esse probatur eo constat, quod est ubi poeta ipse secum pugnet. veluti nemo qui in libro secundo v. 174—189 Venerem in imagine Dryopes Lemuiades ad coniuges interficiendos adhortatam esse legerit, quod eadem paulo post v. 197 e caelo in Lemnum desiluisse narratur nou mirabitur. — libri tertii versum 328 Baptista Pius et Wagnerus iu eam partem interpretati sunt, ut Clyten questam esse putarent, quod Cyzicus tam tarde in urbem et thalamum rediret. sed vereor hac explicatione probata ne vis fiat poetae verbis, e quibus nou aliam elicere possum sententiam, nisi questam esse Clyten, quod Cyzicus tantum temporis cunctaretur, priusquam e thalamis ad pugnam faciendam exiret; *te* enim supplendum est et *thalamis* ablativus pro *in* praepositione cum ablativo sumendus. quae interpretatio si vera est, hic versus pugnat cum quinquagesimo octavo et iis qui secuutur, quibus Cyzicum, ubi strepitum armorum audivisset, continuo a lecto desiluisse et ad pugnam properasse narratum est. sed cum tales querellae ardori amoris, quo Clyte cum Cyzico, cui uupserat modo, coniuncta erat, parum conveniant, fortasse versus 328 ita emendandus est, ut scribatur *quin a thalamis modo questa morari.* — eiusdem libri versu 341 Hypsipyleu vestem illam, quam Iasoni douo dederat, austris Argonautas ad iter coutinuandum vocantibus festinanti manu texuisse poeta narravit, tamquam ab Iasone ad properandum laborem admonita esset. quae nemo uou videt quam parum apta sint ad libri secundi versus 393 sqq., ubi subito Minyarum discessu Lemniades quantopere adtonitae essent Valerius multis verbis descripsit. — IV 200 Amycum solum

ad pugnam cum Argonautis venisse poeta dixit, neque secutos eum qui tuerentur populares. contra v. 278 regem Pollucis impetu fatigatum ab agminibus suis non agnitum esse atque adeo v. 315 Amyco devicto Bebryeas terga vertisse narratur.

Omnino rerum veritatem vel probabilitatem potius est ubi non satis diligenter ponderatam videamus, quo quidem vitio minus fortasse carmen adfectum esset, si emendari ab ipso poeta potuisset. ut hoc proferam, cum in libro primo v. 22 sqq. Peliae regnum usque ad Ionicum mare et ad Haemi radices pertinuisse dixit, in magnitudine eius describenda Valerius ita modum excessit, ut in geographico genere parum curiosus iure meritoque habeatur. quamquam Wagnerus non recte eum accusavit, quod II 14 *εὐρυμένας* participium ab Apollonio *Α* 597 positum pro loci nomine acceperit; namque *Εὐρυμεναί* ut Stephani Byzantii testimonio constat urbs Thessaliae fuit, cuius rei memor Merkelius in Apollonii versu *Εὐρυμενάς* reposuit. — V 477 in genere Iasonis exponendo Valerius parum diligens fuit; Cretheum enim et Phrixi et Iasonis avum fuisse dixit. quem errorem quod librariorum quam Valerii neglegentiae Burmannus tribuere malebat et emendare *namque mihi Cretheus ambobus at Aeolus auctor*, propter audaciam mutationis huic coniecturae calculum non possum adicere. — VII 423 inter Argonautarum de Colchis merita Iason etiam illud refert, quod Iphis pro moenibus Aeae ceciderit. quamquam in catalogo Minyarum qui in primo libro est, Iphin praedicitur in Scythica arena moriturum esse, tamen non iniuria Wagnerus miratur, cur in sexto libro, quo pugnae inter Aeetae et Persae copias commissae narrantur, Iphidos mors praetermissa sit: sed hoc quoque loco de festinatione Valerii cogitare malo, quam cum Wagnero facere, qui librariorum oscitantia in libro illo versus non nullos intercidisse coniecit.

Vituperandus est etiam poeta quod heroicis temporibus non numquam tribuit quae minime illis conveniunt. quamquam enim non ignoro alios quoque poetas anachronismos quos vocant sibi indulsisse (de Vergilio conferas Wagneri quaest. Verg. XXXVIIII), tamen in hoc genere certus quidam modus est, ultra quem non liceat progredi nisi carminum dignitate pessum

data. quem modum Valerium excessisse videmus, cum V 187 sqq. in tumulo Phrixi Iasonem statuam conspexisse narravit Pario marmore factam tamque grandem et perfectam, ut non Phrixi solius figura expressa esset sed Helles etiam utrum novercam magis metueret an maris pericula dubitantis et arietis tergo salutem suam committere nolentis. Pario quidem marmore artificium illud factum fuisse coniecturae debetur, sed indubitatae illi — *parvum* certe *marmor* qnod libri tnentur nihili est — neque tamen magis probabile, temporibus illis et in Colchorum quidem terra tam sollertes extitisse artifices, qui tantum opus effingere possent. unde in temporum ratione Valerius hoc loco non minus graviter, immo gravius etiam errasse iudicandus est, quam V 422, ubi Arsinoen Sesostri regnante Aegypti urbem fuisse dixit, et VI 118, ubi Lagea novalia commemoravit; tales enim temporum anticipationes poetis facile condonantur.

Dixi supra ampliores esse carminis partes, quibns extremus perpoliendi labor a Valerio non sit adhibitus. ad quas etiam primi libri exitum me referre, cum primos certe libros a poeta limatos esse propter rem ipsam probabile videatur, nemo non mirabitur. tot autem tamque graves in iis quae de Aesonis morte narrantur insunt offensiones, ut in illa sententia non potuerim non consistere. quid enim? nonne ut cum reliqua tum versus 816 — 818 in primis recte intellegerentur, ante versum 774 poeta significare debuit, Aesonem tauri sanguine poto mortem sibi voluisse consciscere? neque versibus qui sunt 781 — 784 rerum narratarum ordinem turbari negabitur. quam ob rem quod eos post 815 collocandos esse dixi, non videbam quam multa essent quibus huius coniecturae probabilitas everteretur. primum enim quamquam in codice Vaticano versus non nullos librariorum neglegentia praetermissos et postea alieno loco additos esse non ignoro, tamen cum nullum eorum longius quam undeviginti versuum intervallo ab ea sede, quam a poeta acceperat, diremptum esse videam, qui factum sit, ut versus 781 — 784 unius et triginta versuum spatio hodie a suo loco distent, satis apte explicare non possum. deinde versus 780 et 785 non se potuisse excipere nemo est quin videat.

quam offensionem cum versibus 779 et 780 eiectis removere volebam, codicum Valeriauorum rationes neglexi; desunt enim exempla, quibus duobus versibus a falsario quodam additis Vaticanum interpolatum esse probetur. denique cum versu 796 ultrices deae invocatae sint et v. 817 Furiarum maximam Aesonis poculum dextra contigisse narretur, versibus 781—784 interpositis versus 816—818 ab iis quae proxime antecedunt non possunt seiungi. itaque quid restat, nisi ut hanc carminis partem a poeta non emendatam esse dicamus? quae suspicio etiam alia sunt quibus magnopere commendetur. veluti de versibus 779 et 780 Waguero adsentior, cuius haec verba sunt: 'in his versiculis me obfeudit *nefandae;* nam si Thessalis non est saga quaedam, quae praeter Aesonem et Alcimeden adesset, quod Vossio placuit, sed Alcimede ipsa, uti ego existimo, non satis honorifica huic vox illa videtur, quae quamquam non ipsi sed *genti* iungitur, nihil tamen inde ad excusandam Alcimeden efficitur, quae nefandae gentis moribus sese adcommodare non debuit.' neque in versu 782 quid sit *retro carmen solvere* a quoquam probabiliter explicatum est, quibus verbis Valerius fortasse usum aliquem in veneficiis observatum respexit de quo nihil memoriae proditum est. denique sermo ille quo Aeson Peliam exsecratur nimis longus est tamque plenus exquisitae crudelitatis, ut eum numquam sine magna offensione legerim.

De libri secundi versibus 311 — 340 quibus Argonautarum in Lemnum insulam adventus narratur alibi exponam, ubi de lacunis quas in Vaticano codice deprehendisse mihi videar disputabo: neque tamen iam hoc loco significare nolo, eos quidem hiatus qui inter 317 et 318 et inter 328 et 329 sunt, librariorum incuriae deberi, sed quae inter 331 et 332 forsitan desiderentur ab ipso poeta omissa esse, qui huius narrationis lineamenta sola iecisse contentus expleudam eam in aliud tempus reiecerit.

In extrema quinti libri parte a versu 649 Minervae contra Martem sermocinatio est, cuius duo versus 656 et 657 plus uno nomine displicent. nam prioris quae sit sententia cum non ita facile capiatur — Martem autem a Minerva vituperari puto, quod matrem etiam quae Iasonem tueatur simili ac se ipsam

ferocia, hanc enim insolenter gravitatem poeta dixit, insequatur — tum alter, quod Iuno cum Minerva contra Martem facit, tam non convenit huic loco, ut quin poeta curis secundis eum deleturus fuerit nullus dubitem.

In octavo libro, si verum sit quod homines docti posuerunt, non temporum iniuria carminis exitum periisse, in octavo igitur libro plura esse quam in reliquis quae emendatricem poetae manum non experta sint, per se intellegitur. atque quod inter 139 et 140 hiatus est nihil moror, cum librariorum neglegentiae is tribuendus esse videatur. continebantur autem iis qui interciderunt versibus eadem fere ni fallor quae apud Apollonium Δ 212—236 habemus, iussisse Aeetam classem parari, quae ulcisceretur Argonautas navemque eorum caperet. fortasse Absyrtum classem aedificare coepisse additum fuit, ut ad id relata fuerit *adhuc* particula, qua interpretes offensos esse videmus; namque dum Absyrtus in navibus struendis occupatus est, adhuc mater bracchia ad aequor tendebat. haec igitur mitto, sed vehementer offendor eius qui sequitur Idyiae sermonis versibus extremis, quibus filiam mater accusat, quod de Iasonis amore nihil confessa sit; quod si illa fecisset ipsam aut effecturam fuisse, ut Aeetes Iasonem generum reciperet, aut cum Medea fuisse fugituram. primum enim in versibus 167 et 168 cum hic sit rectus verborum ordo: aut certe tunc omne nefas commune fuisset, verborum collocatio supra ac dici potest difficilis est et impedita; deinde Wagnerus recte iudicavit, ineptius vix posse cogitari, quam Idyiam cum Medea voluisse aufugere. — in versu 174 quam inelegans esset sermonis ad Medeam aversio Peerlkampus sensit, qui poetam scripsisse suspicatus est *sed venti procul et sua fata ferebant;* quam coniecturam recipere non dubitassem, nisi cum in toto Valerio tum in hoc libro potissimum artem criticam non ita severe factitandam esse scirem. — in versu 200 *protinus inde alios flectunt regesque locosque* cuius sententia est, ad alia regna locosque, ac cum irent in Colchida, redeuntes Argonautas navis cursum flexisse, in hoc igitur versu ut *se* pronomen omissum poetae condonetur, praepositio quod deest vitio tribuendum est. — de asyndeto in v. 250 et zeugmate in v. 254 supra

dictum est. — v. 364 quae in Vaticano leguntur *aut ille velit* quamquam ab Heinsio probata sunt, tamen non possunt non esse corrupta. nam quam voluerit Styrus servari poeta v. 362 significavit, maestas voces aliis puppibns eum intendisse dicens. itaque cum ad coniecturam redeundum esset, si ea quam recepi Weicherti emendatione *aut ulla valet*, qnae relicuis qnae prolatae sunt multo praestat, Valerii verba recnperavimus, ea languida sunt profecto et *ταὐτολόγα*. Weichertus ad correctionem suam defendendam Ciceronis ad Attic. IV 3 laudavit *quantum potes et vales* et Wolfium ad Suet. Iul. c. 79 conferri iussit. — v. 453 Medeae quae Iasonem fugerit et sola sub nocte ab illo se desertam esse queratur lamentationes cum vocibus maestarum luparum comparantur vel ieiunorum leonum fremitu vel suspiriis denique orbatarum vaccarum: quae comparationes non minus ineptae sunt et inelegantes quam illa, qna in septimo libro v. 125 sqq. Valerius usus est, ubi Medeam priusquam abiret parentes mulcentem contulit cum cane, quae rabiem futuram sentiens totam domum perlustrat. — post 459 in Vaticano hic versus legitur *quid iubeas heu dure siles magnumque minatur*, qui quin suo loco motus esset nemo quidem dubitavit, dubitatum tamen est a multis et etiam nunc dubitatur a me, utrum a Lemairio post 440, an a Maserio et Weicherto post 462 rectius collocatus sit. illius ratio eo commendatur, quod post 440 et aptissimum locnm versus habet neque opus est pro *iubeas* e Monacensi reponi *dubitas;* horum sententiam erunt qui probent, ne inter 462 et 464 nimius existat sententiarum hiatus, cum praesertim is qui olim quadringentesimum sexagesimum secundum sequebatnr versus non Valerii sit, sed Italorum. qua cogitatione et ipse motus sum, ut cum Weicherto facerem; cuius rei nunc me paenitet. nam cum paulo ante Medeam aufugisse poeta narraverit, nisi Iasonem secutum esse ante significatum est, hunc illa non potest alloqui. quae cum ita sint, Lemairii sententiam ut simpliciorem multo minusque violentam nunc praefero, post v. 462 autem hiatum esse statuo, quem nescio an poeta ipse explere noluerit. namque versu 467 si finem fecit scribendi, extrema cum adumbrasse magis quam enarrasse non inprobabile videtur.

Antequam de singulis quibusdam locis quorum deformitate extremam manum Valeriano carmini deesse probetur, dicere adgrediar, praemonendum esse video, haud pauca eorum quae insolenter dicta esse supra exposui ad hanc quoque quaestionem pertinere; nam Valerius si carmen emendare potuisset quin ad usum ceterorum poetarum et scriptorum magis se accommodaturus fuerit dubium esse non potest.

I 66 pro *sectantem*, quod libris traditum est, *sic tandem* Italorum coniectura per omnes editiones propagata est. quam cum nihili esse videret Heinsius, ut aut *quo iussos sectantem avertere Colchos Arte queat?* aut *qua iussos sectando inquirere Colchos Arte queat*, *nunc* e. q. s. reponeretur suasit. sed illa si Valerius scripsisset, enuntiatum a quo penderent sic conformasset: nec vellera viro curae esse, sed eum Iasona in inmania freta cogere, quo e. q. s. altera coniectura reiectanea est, quod *qua* — *queat* verbis ad ea quae secuntur adnexis de vi orationis multum detrabitur, ut mittam *queat* praesens non recte pendere a *vellet* imperfecto, neque plantarium vel currus ab anguibus vecti usum artem apte dici. quae cum ita sint, librorum memoriam revocavi, quippe quae Valerii manum exhibeat, nondum tamen politam et emendatam. haec autem poeta voluisse videtur: Iason sensit se in freta mitti, ut sectaretur i. e. experiretur, qua arte in terram Colchorum pervenire posset.

I 149 stupendi verbo Valerius, quamquam a frequentata eius significatione ad principem propriamque quae est *adtonitum esse* redibat, tamen *haec* accusativum adiunxit, qua neglegentia effectum est, ut sententia huius versus a plerisque interpretibus non caperetur. nostris etiam temporibus Eyssenhardtius (l. l. p. 380) et post eum Kochius (l. l. p. 163) coniectura opus esse putarunt. ille enim coniecit *Haec quamquam miranda at vix stupet Aesone natus* insolitum *at* particulae usum Claudiani d. r. Pros. III 168 non satis defendens, hic *Haec quamquam miranda minus stupet Aesone natus* parum curans, stupendi verbo, quod summum admirationis quasi gradum significet, *minus* non recte addi. ipse librorum scripturam intactam linquere malui et hoc modo explicare: quamquam

ornatus navis pulcherrimus erat et admirabilis, stupuit tamen Iason et metu perculsus est, cum in nave tam fragili summa pericula cum sociis se subiturum esse cogitabat.

II 222 et 223 sic olim distinguebantur *Pars conferre manus etiam, magnisque paratae Cum facibus; quosdam insomnes et cuncta tuentes.* hos versus cum non intellegerent Heinsius et Burmannus emendatione indigere putabant, ut verba quae sunt inter *pars* et *quosdam* ad maritos referrentur coniugibus resistentes. Heinsius proposuit *Pars conferre manus etiam magnisque paratos cum facibus*, Burmannus *Pars conferre manus etiam raptisque parantes cum facibus.* his tamen coniecturis facile caremus, modo *conferre* — *facibus* voces commatis inclndantur, quo facto ad *pars* eas adpositas esse nemo non videbit, et haec existet versuum illorum sententia: pars Lemniadum coniuges insomnes et omnia quae fiunt videntes adoritur eamque ob causam ad pugnas etiam cum illis committendas parata est. duo quidem restant quae emendata velis. primum enim *paratae*, quod ad *conferre manus* voces solas pertinet, inter *magnisque* et *cum facibus* positum vehementer displicet, deinde in v. 223 *quosdam* prorsus abnndat.

II 520 qualis et olim legebatur et a me datus est *inlidique ratis pronaeque resurgere turres* plus uno nomine displicet. ac primum quidem hodie non dubito, quin egregiam Gronovii coniecturam, qua pro *rates* librorum testimonio *trabes* restituitnr, prae *ratis* Italorum invento inprudenter neglexerim; nam Argo — ea enim intellegatur necesse est — longius aberat quam nt beluae motibus inlideretur *). deinde autem turres olim praecipitatas monstri illius voluminibus resurrexisse fingens Valerius rem ineptissime auxit. video quidem quosdam aut coniectando, ut Burmannum et Friesemannum, aut interpretando, ut Wagnerum, poetae subvenire voluisse, sed illorum coniecturis quae sunt *rupes* et *puppes* mutatur vitium, non emendatur; neque quae Wagnerns verbis de quibus agitur inesse

*) Beckii coniecturam a Wagnero laudatam *intremere undae inlidique vadis* non debui omittere in adnotatione critica, est tamen reiectanea, quia illae voces ad vim beluae significandam non sufficiunt.

voluit, tam longe recessisse undas, ut turres olim demersae iterum apparerent, ea inesse possnnt.

III 150 verba qnae sunt *taboque labantia terga* si Baptista Pius et Burmannus recte explicuerunt, ut *labantia terga* essent diffluentia vel dilabentia, Valerins neglexit, fuisse ea recens mortuorum. qnam neglegentiam ne putaveris eo excusari, qnod poeta Vergilium fortasse imitatus sit, qui in tertio Georgicorum libro Noricam pestem describens v. 557 Tisiphonen *turpi dilapsa cadavera tabo* in stabulis aggerasse dixit. quam ob rem siquis *natantia* cum Heinsio vel *madentia* cum Friesemanno volnerit reponere, non obloquar.

Ea figura quam *ἀποστροφὴν* rhetores vocant Valerium supra monui in libro octavo infeliciter usum esse. idem indicandum est de III 181, qno ad Ornytum adolescentem ab Idmone interfectum hoc modo sermonem avertit *desere nunc nemus et nympharum durus amores.* quae quidem inrisio eo ineptior est, quod mortem illius paulo ante venuste et ita ut misericordiam moveret descripserat. qua observatione effectum esse arbitror, ut Heinsius *deseris heu* praeferret.

IV 507 etsi *sic ubi* voces locum habere non posse certissime scio, dubito tamen utrum Valerii neglegentiae illae debeantnr, an librariorum et incnriae et ignorantiae latinitatis. aut enim sic res potest animo informari, ut Valerius festinanti manu scribens voluerit quidem a vocibus illis incipere comparationem, sed cum ea ratione rem parum feliciter procedere animadvertisset, aliter perrexerit *sic ubi* mntare oblitus, aut ad coniecturam redenndum est et scribendum fortasse *atque ut*, quod in adnotatione critica proposui. supra *ut* a librario aliquo *sic*, qnod in iis quae secuntur illi voci respondeat, scriptum esse et postea genuinum *atque* e verbis poetae eiecisse suspicor, inde latius repsisse corruptelam, nt existeret quod nunc habemus in Vaticano. iudicent peritiores quid de hoc versu statuendum sit, illud tamen nolo praetermittere, quam mirum sit, nulli interpreti *sic ubi* voces offensioni fuisse.

VI 15 sqq. Bulaeum et Heinsium vexarunt, sed illius coniectura *mandataque Perses edocet effari Minyis* qnae insunt in his versihus offensiones non removentur, Heinsiana autem

legatos placet ire duces, mandataque Persei edere et effari Minyis de fraude tyranni: tum moneant audacior est, quam quae recipi possit. itaque praestare videbatur librorum scriptura servata hunc versum iu illis habere, qui a poeta nou emendati sunt. displicet autem iu primis enuntiatorum a *mandata edocet* vocibus pendeutium structura immutata.

VI 110 *positusque* Heinsius et Peerlkampus sanum esse negaruut. contra illius couiecturam, quae est *posītique*, Burmaunus *posītique* et *recepti* ineleganter geminari recte monuit; neque collocatio verborum ita comparata est, ut quid voluerit poeta facile appareat. Peerlkampi inveutum *inter avos proavosque virum* iugeniosum quidem est sauamque seuteutiam egregie restituit, sed a traditis litteris nimis louge recedit. ipse cum huic versui emendaudo frustra operam dederim, uisi doctior aliquis et sagacior quid Valerius scripsisse videatur iudagaverit, nihil restare video, uisi ut *positus* vocabuli notionem poetam ita mutasse dicamus, ut loci significareutur, iu quibus virorum corpora iacereut.

Libri sexti versu 238 finitur descriptio equitis Sarmatici, cuius arma habitumque alii quoque poetae veteres depiuxerunt. Heinsius cum non altiorem hastam iterum per medios hostes ire non caperet, *non lentior* vel *non tardior* vel *audentior* poetam scripsisse coniecit. neque tameu *non altior* voces corruptae sunt; uam hasta relecta cum Sarmata iterum impetum facit, ea re vera non altius vibratur, sed in eodem iu quo ante positu est. cf. v. 254 *dumque recollectam rursus locat.* alia potius re hic descriptiouis locus obscurus redditur et difficilis ad iutellegeudum; dixit euim Valerius hastam etiam docilem esse *relinqui*, quod uon aliter explicare possum, quam explicuit Wagnerus, hastam et retrahi potuisse et iu corpore mortuo fixam relinqui. sed hasta relicta nequit iterum ire per corpus, ut *docilisque relinqui* vocibus insertis poeta seutentiam prorsus pessum dederit.

VI 252 cum Taxes Hypauim et seminecem vexisse et remissum pone se traxisse narratur, molesta existit eiusdem rei repetitio. quod Heinsium movisse videtur, ut *atque remissam pone trahit fugiens et calcibus exuit hastam* scriberet, con-

iectura usus infelicissima. nam remissam hastam Taxes non poterat pone se trahere, neque pedes fuit, ut calcibus illam e corpore hostis exueret.

In libri sexti versibus 450—453 nihil mutavi, etsi omnes, qui ante me in emendando Valerio versati sunt, coniectura opus esse crediderunt. nam haec est enuntiati illius structura: Iuno praeter Medeam non videt aliam tauris armisque crescentibus parem, non aliam, quae medio in agmine flammae inviolata stet, non aliam denique ad nullum nefas nullosque visus horrescere. vitio autem tribuendum est poetae non solum quod structura bis mutata sententiam obscuram reddidit et impeditam, sed quod hoc quoque loco bis idem dixit. ea enim ipsa re tauris se parem Medea praestat, quod vel in mediis flammis integra manet.

Postremo loco e libro sexto duas comparationes significabo, quas Valerium, si carmen suum retractare voluisset, emendaturum fuisse persuasum habeo. vv. 490 et 491 Medea narratur a Iunone in moenia ducta esse, unde Iasonem fortiter pugnantem spectaret et adamaret, qua re paulo post infelix facta sit. haec Medea cum albis liliis, quae breve tantum tempus floreant et ventorum vi floribus foliisque mox despolientur, comparata apte quidem illustrantur, vide tamen, quam inepte poeta comparationem conformaverit. cum enim in vv. 493 et 494 insit tertium quod vocant comparationis, qui hos versus primum leget, in v. 492 id inesse putabit, ut Medea Chalciopen specie superarit, ut lilia alba e vernis coloribus eluceant. — ea quoque quae 503 sqq. continetur comparatio habet cur displiceat. nam horrent quidem Medea et Chalciope armorum tubarumque strepitu, neque tamen fugiunt, sed restant spectantque: aves autem, quibus illae comparantur, instante nimborum vi turbatae in nidos suos se abscondere dicuntur.

Superest ut de VII 559—563 loquar, quem locum censor editionis Harlesianae, quem Beckium esse Wagnerus suspicatus est, non iniuria intricatum dixit et ob diversissimas explicationes memorabilem. quae interpretes ad versus illos enarrandos adhuc protulerunt nolo repetere; alia enim, ut

Baptistae Pii et Delamalli inventa, tam perversa sunt, ut non sit cur refutentur, alia ab anctoribus ipsis reprobata velut a Burmanno Beckio Wagnero, denique quod Dorvillius ad Charit. VII 6 p. 591 ed. Lips. dixit *), a cnrru comparationem ductam videri, eam imaginem Beckius rectissime indicavit nimis humilem esse. equidem non explicatione sed emendatione hunc locum indigere arbitror sedemque esse corruptelae *axis* vocem in versu 560, cui apte explicandae omnes illi viri doctissimi frustra operam dederunt. pro qua quid reponerem etsi diu multumqne cogitavi non inveni. quidquid autem rescribetur, hos qnoque versns Valerium opus suum retractantem deleturum fuisse pro certo habeo. quamqnam enim quid voluerit poeta propter corruptam librorum memoriam non prorsns liquet, unum tamen manifestum est, non minus falsam esse hanc comparationem, quam illas quas e libro sexto modo notavi. neque enim Iason a sociis suis desertus ea illustratnr, sed Iason igni et fumo taurorum naribus proflatis involutus; ut poeta vitiose praeceperit, quae in iis demum qui secuntur versibus descripturus erat.

Ut breviter comprehendam, quid hac disputatione efficere voluerim, cum octavus liber multo plures habeat offensiones, quam ceteri septem nltimique eius versus adeo non cohaereant inter se — nam inter versus 457 et 458 qnoque desideratur sententiarum continuitas —, ut a poeta non tam diligenter elaborati quam festinanti mann iacti esse videantur, Valerium Argonautica non perfecisse, etsi pro certo dici nequeat, veri

*) haec sunt cius verba: 'Iason a suis solus destitutus, ut depugnet cum tauris, comparatur plaustro, quod solitarium et non movendum haesit sub vesperam in agro, dum reliqui currus, aurigae et veredarii iter suum in mansionem perrexerunt. Poetice autem causam istius rei dat: vel enim hoc accidit in agris, puta, Cyrenaicis versus austrinum polum, per excitatos subito arenarum cumulos, vel contra per nivem et glaciem sub polum arcticum in campis Rhipaeis. *orbes extremi* sunt *ultimi currus:* in istis enim regionibus simul multi currus iter faciunt, *caravanen:* in australi regione arena currum *abstulit* i. e. *obruit*, in septemtrionali regione ourrum nix et glacies *abstulit et obruit: extantem* autem secundo loco dicit, quia plaga septemtrionalis altior, at australis plaga depressa creditur esse. Altiora dicuntur passim *extare; currus extat ad arces* conspicuus est.'

tamen multo similius est, quam temporum iniquitate ea periisse, in quibus Argonautarum redeuntium fata narrata erant. deinde quod in omnibus quos habemus Valerii libris haud pauca sunt quae displiceant simulque ita comparata sint, ut, cum carmen neque a multis lectum sit neque in scholis tractatum, ea vitia e pravo semidoctorum hominum emendandi interpolandique studio repeti non possint, illis adsentior, qui Valerium Argonauticis extremum perpoliendi laborem adhibuisse negarunt. aliter de hac quaestione a Nicolao Heinsio iudicatum est, cuius sententiam propter magnam quam habet vir summus in hoc genere litterarum auctoritatem integram subiciam. haec igitur sunt eius verba in praefatione: 'Breviter is ergo (i. e. Varro Atacinus) libris quattuor idem argumentum erat persecutus, quod noster, quantum ex iis, quae adhuc supersunt, colligi datur, duodenis, aut ut minimum decem *) voluminibus complectendum sibi proposuerat. Neque enim, nisi multum temerarius, quis adseverarit, morte praeventum Flaccum supremam poemati manum haud admovisse, quando id opus longae aetatis iniuria mutilatum, ut nunc est, ad nos potuit pervenire. Nam quod e Quintiliani verbis de eo volunt abunde constare, cum *multum nuper amissum morte Valerii Flacci* testetur Oratoriis in Institutionibus, me non habent, fateor, huic sententiae suffragatorem. Potuit enim Flaccus aliis elucubrandis post confectum hoc opus incubuisse, quae Quintilianus respexerit nobis ignota. Etsi potius est, ut taedium laboris subrepsisse librario credam, ne reliqua describeret, aut codicem sive Gothica direptione, sive alio quo casu ad posteros mutilatum esse transmissum. Certe in septimi atque octavi libri Valeriani ultimis plus multo mendarum occurrit, quam in reliquis: unde de oscitantia librarii ac supinitate, paullatim magis ac magis labori succrescente, suspicari nobis dabatur. Quippe cum nec Absyrti mortem, nec illa, quae Argonautis exinde complura in reditu obtigerunt, enarret, minimum abest, quin operis totius tertiam, quartam certe partem desiderari opiner.'

*) de his numeris Heinsio adsentior.

CAPUT II.

De fatis carminis Valeriani disputaturo primum mihi repetendum est, quod iam supra dixi, antiquis temporibus nisi a paucis illud non lectum videri; praeter Quintilianum enim ex antiquitate neque poetam novi neque scriptorem neque grammaticum denique, qui Valerium nominaverit vel Argonauticon versum protulerit. Hermannus Vsenerus quidem in commentatione de scholiis Horatianis Bernae hoc anno edita p. 22 in verbis quae sunt *divosque in vota fatigent*, quae codicis Bernensis numero vicesimi primi scholiasta ad Hor. carm. II 26 Vergilio falso attribuit, Valerii IV 69 *maestaque fatigat voce Iovem* agnovisse sibi visus est, sed scholiastam etiamsi e memoria Valerium laudaverit, verba eius adeo mutasse non est probabile: ut mittam testimonium illud corruptum esse, non intellego certe *divos in vota fatigare* quid sibi velit. medio quod vocatur aevo quamquam nemo quod sciam poetam nostrum commemoravit aut carmine eius usus est, tamen non prorsus id neglectum iacuit. duobus enim codicibus Argonautica scimus propagata esse, quorum alter etiam nunc superstes est, Vaticanum dico 3277 (*V*) saeculo nono in CXXXX membranis formae quadratae, sed modicae mensurae scriptum, regnante Pio nono cuius insigne gentilicium inpressum est corii rubri tegumento vestitum. compositus est codex undeviginti membranarum fasciculis, quorum decimus et duodecimus terniones sunt, duodevicesimus et undevicesimus quina folia habent, relicui quaterniones sunt, quorum sextus, decimus quartus, decimus sextus singulis foliis orbati sunt, nono unum folium additum est. a folio 1 ad folium 33 singulae paginae habent versus vicenos singulos, a fol. 34 ad fol. 55 vicenos exceptis fol. 37 b quae pagina habet duos et viginti, fol. 38 a et b et fol. 39 a quae habent vicenos ternos, fol. 40 a et b quae habent novenos denos: a fol. 56 ad fol. 139 noveni deni versus sunt in singulis paginis. scriptura adeo caret aequabilitate, ut alias in aliis partibus manus occupatas fuisse facile suspiceris, duas tamen vel tres potius distinxisse satis est, quarum prior

scripserit ad folium 65, exceptis paucis tertii quaternionis paginis a rudi et indocta manu scriptis, ad finem altera: illam sciendum est rotundis magis et humilibns litteris usam esse, hanc gracilioribus et altioribus. verborum distinctio saepe aut nulla est aut perversissima, quod non ubique me adnotare potuisse facile intellegetur. manus emendatrices codex expertus est duas, quarum prior aut eius ipsius est, qui scripsit librum, aut ei aequalis, quo factum, ut eius emendationes nota non addita supra versus ponerem. iterum codex saeculo decimo quinto a doctis quibusdam Italis correctus est, qnorum emendationes *secundae manus* dixi. quas non ante illud tempus factas esse uno exemplo demonstrabo, sed certissimo. I 130 enim *spectes* *etenim* exhibet Vaticanus, ut *ctes* litterae et *etenim* a manu secunda addita sint. in codice Monacensi, qui saeculo decimo quinto e Vaticano descriptus est legitur *sperata*. unde apparet et quo tempore is qui Monacensem scripsit Vaticano uteretur nondum correctum enm fuisse, et errasse me cnm a priore manu quinque litterarum spatium relictnm esse dicerem; *ctes* enim in rasura quin scriptum sit, quae in inaequali membranae superficie haud facile dignosci poterat, non est cur dubitetur. ubinam scriptus sit liber, vix potest incertum esse; Baptista Pius enim ad V 353 (cf. ad I 441 et III 538) ex ultimis Germaniis Romam eum adlatum esse testatus est. cuius testimonii auctoritatem noli putare eo infringi quod idem Pius alio loco Dacicum illum codicem vocavit. Daniam enim medio aevo Daciam saepissime dictam esse Tycho Mommsenus docuit (nov. mus. Rhen. VI p. 627). dolendum vero est, quod duo versus qui subscriptionem codicis secuntur temporum iniquitate tam male adfecti sunt, ut panca tantum eaque nullius momenti legi possint, quae haec sunt

Nos renova noxa — — — — — — — —
En monachus — — — — — — aravit

in secundo enim versu non inprobabile videtur coenobium in quo codex scriptus est significatum fuisse. liber olim fuit bibliothecae Fulvii Vrsini (quod haec in principio inscriptio testatur: Valerio Flacco di scrittura di mille anni libro conservatiss° in perg. in 4° Ful. Vrs.), unde in Vaticanam venit. anno supe-

rioris saeculi 97 Parisios abreptus est et signo bibliothecae Francogallicae nationalis notatus, sed Vaticanae postea restitutus. primns hnne codicem ad emendandum Valerii carmen adhibuit Baptista Pius, sed non eadem ubique diligentia, secunda maxime manns a priore non satis accurate distincta est (cf. ad I 178). post Pium Nicolaus Heinsius eum tractavit. ipse in praefatione narrat, se Romae morantem et Vaticanam bibliothecam perlnstrantem invenisse pervetustas Valerii membranas easque diligenter excussisse, sed paulo post quae enotasset e codice furto sibi snblata esse. peropportune autem evenisse, ut Lncas Langermannus collationem codicis Vaticani secum communicaret. quam collationem qnod Heinsius dicit diligenter institutam esse nolo quidem negare: quamqnam qni adnotatione mea utentur inveuient ubi alia legerim quam Langermannus: sed Heinsius discrepantia scripturae a viro illo docto enotata parum accurate snbinde usus est. cuins rei unum sufficiet exemplum protulisse, sed certissimum illnd simnlqne haud illepidum. V 453 enim, ubi *aligeris* e codicibus Italorum restitutum habes, in Vaticano post *ali* litteras quattuor fere radendo deletae snnt, quod Langermannns ita significavit, nt *ali* enotaret et ad lacunam indicandam adderet *vacat*. quod testimonium etiamsi facile largiaris non satis perspicuum esse, Heinsii tamen festinationem non poteris non mirari, qui *alivacat* Vaticanum exhibere dixit et *alivagas* vel *alivagis* inde elicuit.

Codicis Vaticani sic externa specie descripta fatisque enarratis, emendando Valerio quid utilitatis is afferat aestimandum est. atque non vetustate solum relicuis Argonauticon codicibus praestat, sed etiam quod librarii codicem archetypum fideliter transcripsisse contenti a verbis poetae interpolandis se abstinnerunt. ceterum corruptionum qnibus libros primis medii aevi saeculis scriptos adfectos videmus quamquam nullum genns non passus est, unnm tamen prae ceteris eminet quo multum de auctoritate eius detrahitur, lacunas dico verborum et versuum, qnas et eorum a qnibus exaratus est neglegentiae debet et hereditate quasi accepit; quod genus depravationis ad qnos locos pertineat eo accuratius mihi exponen-

dum esse video, quod multitudo hiatnnm plerosqne editores prorsus fefellit. ac primum quidem ubi intercidisse aliquid primus animadvertisse mihi videar significabo.

II 311—331 versus, quibns Argonautarum in Lemnum insulam adventus narratur, lacunis deformatos esse iam supra dixi, quarum quae post v. 331 esse videtur poetae festinationi tribui, librariorum oscitantiae relicuas post v. 317 et 328. a librorum testimoniis aestimandis ut ordiar, in fine v. 317 Vaticani et Poggiani apographi scripturas *taete* et *tete* corruptas esse apparet. contra coniectura *) quam in Carrionis libro habemus *cete*, etsi *maxima* epitheton displicet, tamen quod cete marina ad Protea pertinere notum est, habet quo commendetur. in versu qui sequitur quamquam post *pharii se* in *VP* lacuna est, certo tamen licet contendere, et *Phariis* scribendum esse et reiciendum quod in *MC* suppletum est *patris*; Pharius enim pater Proteus est, iam in primo versu nominatus. his librorum testimoniis Heinsius ita usus est, ut coniceret *te, maxima Ceto, Proteaque ambiguum Phariis fert rumor ab antris huc rexisse vias* vel *Pharii fert* (i. e. Polyxo) *patris ab antris h. r. v.* vel *Phariae fert Thetyos antris h. r. v.* Burmannus proposuit *te, maxima Tethys, Proteaque ambiguum Phariis referebat ab antris huc rexisse vias.* hae tamen coniecturae omnes reiectaneae sunt. Protea enim et Ceto et Thetyn Lemnum tetigisse nolumns doceri, sed unde Polyxo venisse Lemniades suspicatae sint. deinde neqne Ceto, quam Phorcyos coningem fuisse e mythographis scimus, neque Thetys cum Proteo recte coninngitur. quid scripserit Valerius nemo inveniet, sed quid voluerit fortasse assequemur. Apollonius *Α* 668 sqq. Polyxo nntricem Hypsipyles fuisse narravit, quae suasisset Lemniadibus, ut Argonautas liberorum procreandorum causa reciperent. cui consilio Valerius videtur eo voluisse plus auctoritatis adicere, qnod tamquam divinitus id adlatum diceret; unde factum esse suspicor, ut Polyxo fingeret deam esse marinam eamque fatidi-

*) praemonendum est Carrionis codicem meo iudicio saeculi decimi quinti esse, in Italia scriptum doctorumque Italorum coniecturis quam maxime interpolatum.

cam, quae Protea cum Cabiro filia ex Aegypto Pallenen et Toronen migrantem comitata in Lemnum insulam venisset ibique mansisset: cuius commenti poetae quasi ansam praebere poterat, quod fabulae de Cabiro circumlatae cum fabulis de Vulcano et Lemno insula frequentatis artissime cohaerent (cf. Preller griech. Mythol. I p. 477) et quod ab Hygino in praefatione Polyxo quaedam inter nymphas ex Ponto et Mari procreatas nominatur. id igitur fortasse versu, quem post 317 periisse conieci, significatum fuit; qui quibus verbis conceptus fuerit divinare velle stolidi esset, duae tamen voces sunt quas in eo fuisse non inprobabilis coniectura est, *Cabiro* nomen et *comitata* participium, a quo et *Cabiro* pendeat et *Proteaque* *ambiguum*. in v. 318 inter *Phariis* et *ab* excidisse *narratur* vel simile quid iam in adnotatione critica dixi. restat ut de exitu versus 317 dicatur, ubi, scriptura quae in Carrionis libro est servata, *inmania* fortasse pro *sed maxima* scribendum est. neque enim exempla desunt quibus glossemata supra versus scripta in verba poetae deducta esse probetur, et *genus* vocis syllaba altera arseos vi producta defenditur versibus quales sunt II 225 *arma metus; adeo ingentes inimica videri*, III 234 *porrigat et iussa sanguis exuberet ulna*, VI 152 *omnibus in superos saevus honor, omnibus artes.* ceterum *inmania cete* accusativos esse puto pendentes illos fortasse ab *inter* praepositione a qua versum deperditum incepisse suspicor. — versus 322 quoque detruncatus est; in Vaticano enim legitur *portum demus aït hec credite puppis*, et quod in Carrionis libro inter *haec* et *credite* insertum est *hospita*, id Valerianum non esse iam Burmannus cognovit. nam *hospitus* dicitur qui aut alienus est vel peregrinus, aut hospitaliter aliquem excipit, aut hospitio alicui iunctus est, quarum significationum nullam adiectivum illud hoc loco habere potest. itaque alio modo versus instaurandus erat. atque *laeta* quod post *aït* fortasse addendum conieci libri primi versu tricesimo defenditur *virtusque haud laeta tyranno; mihi* autem pronomine inserto oratio alacrior fieri videbatur. — etiam inter versus 328 et 329 quin non nulla interciderint, non dubitare me dixi in adnotatione. etsi enim totus de adventu Minyarum locus a poeta incohatus tantum

sit et adumbratus, nullo tamen modo Argonautas in terram escendisse et a Lemniadibus benigne exceptos esse omitti potuit. huc accedit quod in versibus qui secuntur subiectum deest; Piersoni enim coniectura *procerum dux nomine taurum deicit* cavendum est ne admittatur. namque cum Minyae omnes proceres essent neque haberent cur Venerem placarent, *dux* Iason intellegi nequit. Hypsipylen autem si significare voluisset, reginam, non ducem Valerius dixisset.

In eodem libro versuum 375 et 376 sententiam non integram esse miror quod interpretes fugit. nam si verba quae sunt *desertasque domos fraudataque tempore segni vota patrum* ad *invidisse* referuntur: id quod cum post *adortis* vulgo non distinctum sit interpretes voluisse puto: cur dii fraudata vota patrum Argonautis inviderint non intellegitur; sin verba illa, ut versum 375, a verbo aliquo dicendi, quod e *non tulit* vocibus in versu 374 facile suppletur, pendere cogitamus, patriam frustra relictam Herculem indignatum esse consentaneum est. id versu quem intercidisse statui poetam significasse suspicor, simulque quid dii Argonautis invidissent, gloriam fortasse quam expeditione tam periculosa ad felicem exitum perducta sibi paraturi essent.

Transeo ad libri tertii versum nonum, ubi in archetypo, e quo Vaticanus descriptus est, lacunam habes eo exortam, quod librarius e versu nono aberrans in decimum verbis quae sunt *Cyzicus abscessu lacrimans* adiciebat *coniunx Percosia vestes:* is qui correxit illum librum non addidit versus noni et decimi partes omissas, sed versum decimum totum idque in margine paginae inferiore, qua re factum est, ut in Vaticano librisque ex eo propagatis versus decimus sequatur vicesimum quintum. quomodo autem explenda sit illa lacuna dubium est. neque enim quae in Aldina editione e Vergilio (Aen. III 485) addita sunt *oneratque superbis* retineri possunt neque quae in libro Carrionis fuerunt *cui tradit amicis.* nam Aldinum supplementum structura caret; in additamentis Carrionis *cui tradit amicis muneribus vestes* insolite dictum est, ut mittam *cui* quo referendum sit dubium esse. mihi versus noni vocibus deperditis cuius abscessu Cyzicus lacrimasset significatum fuisse

videtur, veluti ut hoc ludam *concordis amici.* unde consequitur ne *muneribus* quidem sanum esse; pro quo *munera dat* reponerem, nisi dandi vocabulo Valerius in versu qui sequitur usus esset. ubi pro *quas dabat et picto* vel pro eo quod in adnotatione critica proposui *quas dederat picto et* non inepte fortasse conicitur *quas nerat picto et.*

V 670 verba quae sunt *fas aliquae nequeant* permultis coniecturis temptata sunt, quas in adnotatione nostra enumeratas habes. sed excepta Heinsiana *fasque nihil nil iura queant,* multo illa audaciore, quam quae in verba poetae recipi possit, omnes videbis ita comparatas esse, ut ordo constructionis turbetur et oratio existat ineleganter abrupta. quo factum est, ut reiecta quam olim probaveram coniectura *Pallas quid nequeat?* versum intercidisse mihi persuaderem, cum praesertim ne ea quidem quae proxime antecedit sententia plena esse videretur. nam *ibimus indecores* nihil quidem habet quo offendamur, sed *ibimus* illud ad ea quoque quae secuntur *frustraque tot aequora vectae* relatum displicet; expectamus potius, Minervam quaesivisse, num ipsi et Iunoni frustra tot aequora evectis omnis spes quae proposuissent sibi consequendi deponenda esset. sed etiamsi versum intercidisse probetur, tamen *fas aliquae nequeat* verba nolo putari ita esse tradita ut Valerius scripserit: id unum demonstrare volui, certam eorum emendationem inveniri non posse, quod inter ipsa et ea quae proxime antecedunt sententiarum continuitas interrupta sit.

Vt in libro sexto inter 95 et 96 hiatum esse statuerem, id inde factum est, quod versui 95, ut Heinsii et Burmanni coniecturis probatur, sana sententia recuperari nequit, nisi librorum memoria violentius quam par est immutata; nam et *ast ubi* et *Sidonicas* et aut *inter* aut *aequat* voces emendatione egerent. versuum autem deperditorum quid argumenti fuisse existimem breviter quidem iam dixi in adnotatione, video tamen addendum esse, Sidonici pedites quid aequavissent — equorum ni fallor celeritatem — primum significatum fuisse videri, deinde relicuas Batarnarum gentes de quibus Strabo l. l. loquitur simili modo descriptas, enuntiatum autem sic conformatum, ut *ubi* adverbio *illinc* responderet. — etiam post 101

versum intercidisse suspicor; *quosque* enim in versu 102 nnde pendeat non video, neque Wagnerum sequi possum, qui versum 102 post 98 collocatum vult, ut *quosque* ad *armat* referatur; nam amnem aliquem accolas armasse nullo modo dici potest.

Qnod post VI 258 versus non nullos fortasse periisse dixi, nunc video me vehementer errasse. quamquam enim Onchens qno modo mortuns esset, tam obscure significatum est, ut iure hic locns ad eos referatur quos poeta non emendadaverit, nihil tamen desiderari Pii adnotationes me docuerunt. sic autem versus 256—259 interpretor: eqno cadente efficitur, ut Onchens in hastam Castoris ex adverso venientis inruat; cnm equum armis revocatis erigere velit, id non consequitur, sed eqnns in latus se volvit secumque rapit equitem, qui frustra operam dat, ut ipse resnrgat et hasta adversarii liberetur; itaque moritur ut avis, quae visco tenaci retenta frustra nititur mortem effugere. ita sententia versnum illorum exposita restat, nt singula expediam. v. 256 *adverso conto* tertio casu dictnm est pro *in adversum contum*, non sexto, ut Burmannns et Wagnerus voluerunt. v. 258 qni pro *accedit* cum Heinsio *assedit* reposnerit, etsi ne id quidem verbum huic loco aptum est, aliquid tamen profecerit. v. 259 verbis quae sunt *rorat procul ultima cuspis* significatur, a cuspide hastae i. e. e vulnere mortui sanguinem longe manasse.

Contra in eodem libro inter versus 571 et 572 lacunam esse etiam nnnc contendo, nbi eum locum qnam diligentissime potui retractavi. nam Carrionis scriptura *brevibus praereptus in annis* sincerior quidem est, qnam Vaticani testimonium *brevibus ereptus in annis*, sed nisi addideris aliquid, neque sententiam habebis probabilem, cum *brevibus praereptus in annis* idem sit, quod *immoritur primaevus*, neque verba apte inter se conexa. Heinsius autem, qui *brevibus praecepta sub annis* coniecit, id iis qnae proxime antecedunt *nec reddita caro nutrimenta patri* contrarium esse non vidit; praecepta enim nutrimenta non sunt perdita, sed ante tempus capta. duo fere versus interciderunt, quorum priore quid dictum fuerit, nihil adtinet quaerere, altero autem Colchornm aliquis vel Minyarum nomi-

natus fuisse videtur, qui unum e Persae sociis interfecerit. ita enim debet comparata esse orationis restitutio, ut verbum recuperemus, quod ad ea quae sunt in versu 572 *at Latagum Zetemque Daraps* apte subaudiatur. — in libro octavo quas putem lacunas esse supra dixi (pag. XXXI sq.).

Disputabo iam de iis locis, ubi hiatus esse in Vaticano olim intellectum est et cogitatum, qua ratione explendi essent.

I 16 *iam* inserere malui e Monacensi, quam e Sangallensis apographis *tu*, quod et ipsum iudico decimo quinto demum saeculo additum esse, idque parum probabiliter, cum post *tibi* in v. 15 *tu* vehementer displiceat. — inter I 44 et 46 versus deest in Vaticano et Sangallensis apographis, in Monacensi et relicuis quos vidi libris in Italia saeculo decimo quinto scriptis hic insertus est *inter et attonitae mactat sollemnia mensae*, quem Carrionis liber quoque habuisse videtur. hunc versum quamquam Heinsius in libris potioribus 'perperam' deesse dixit, tamen non solum quod nulla est eorum in quibus legitur codicum auctoritas Valerio abiudico. primum enim praesentis temporis pro perfecto usus etiamsi sine exemplis non sit (cf. II 605 et IV 27), habet tamen quo offendamur. deinde nolo quidem cum Heinsio dubitare, num *attonitae mensae* latine dictum sit, nam III 601 *maestaeque silentia mensae* habemus, sed epulas vel convivium *sollemnia mensae* dici non convenit latinitati. — I 132 in Vaticano ab his verbis incipit *corripit sedet.* poetae manum ea quae Carrionis libro ad nos propagata est coniectura *corripit; illa sedet* restitutam esse, non est cur multis verbis demonstrem. nam asyndeton quod Heinsio displicuisse videtur nihil habet offensionis, cum et ea quae antecedunt enuntiati membra non copula inter se iuncta sint. — I 227 sic legitur in *VPM Iandudum minsas* (mensas *P* minyas *M*) *ambage ducemque.* Carrionis scripturam *I. longa Minyas a. d.* quod non receperim nemo vituperabit, sed erunt fortasse qui mirentur, cur Heinsii coniecturam *hac vates Minyas* mutaverim et *hac Minyas vates* scripserim: idque merito mirabuntur. nam et ante et post *Minyas* aliquid intercidisse multo minus credibile est, quam aut ante aut post. sed cum eam versus partem quae est ante penthemimerin solis spondeis contineri

nollem, detrahi aliquid a probabilitate mutandi praestare videbatur. — post I 829 lacuna est in *VMP*. Baptista Pius in codice Alexaudri Farnesii hos duos versus additos iuveuit *Senserit atque gravi totam subsidere motu Fata velint, si summa dies subverterit orbem*, quos praeter eum a quo Aldina editio curata est Weichertus quoque Valeriauos esse existimavit. 'omnia' inquit 'apte coeuut: uam *senserit* iungendum est cum pronomine *illa*. neque mutandum est *volvere*, quod cum delectu posuit, ratione poli habita, qui, soluta massa, ad Orcum se devolvit. uam prouomen *se* hic quoque ex suo more Noster omisit.' sed primum Weichertus erravit, cum codicem illum, quem Pius in praefatioue 'lima Pomponii Laeti elimatum' dixit, vetustum habuit et optimum; deinde inanium verborum turba, qua iu his versibus offeudimur, a brevitate Valerii quam longe abhorreret non vidit. qui in margine libri Carrionis legebatur versus *Iuppiter et primae velit omnia reddere massae* defeusores nactus est Vossium Heinsium Burmannum. ac profecto in verbis nihil est quod displiceat, sed rerum descriptarum gravitati non convenit numerorum volubilitas. — in libro secundo inter 565 et 567 quod duorum vel trium versuum lacunam esse dixi, nimius fortasse fui iu neglegentia librariorum accusauda, sed unum versum iutercidisse etiam uunc persuasum habeo, cum Laomedontem significasse probabile sit, quo consilio Herculem socios suos in urbem inducere iuberet. illum autem versum, quem in Monaceusi insertum habemus quique in Carrionis quoque libro fuisse videtur, Valerii uou esse manifestum est. uam ut H e r c u l i equos ostenderet, quos filiae servatae praemium constituerat, non erat cur Laomedou s o c i o s H e r c u l i s iu urbem venire vellet. — post III 76 in Vaticauo et sententiae continuitas interrupta est et structurae, ut versum periisse certum sit; ueque tamen minus certum, eum quem Carrio e libro suo invexerit uou esse Valerii. est autem hic: *hostis et exciti dent obvia proelia Colchi*. primum enim cum *rapere obvia* sequatur in versu 79, *obvia dare* locutio quam maxime displicet. scio quidem, Valerium saepius eadem voce in paucis versibus bis usum esse, sed locutioues illae, simillimae inter se, miuus usurpatae sunt, quam ut alteram

altera in tertio versu sine offensione sequatur. deinde secundi libri versibus 381, 597 sq., 649 docemur, Minyas non potuisse suspicari, in Colchorum terram iam se advenisse. fraudi fuit falsario versus 82 non recte intellectus, quo Iason non monet socios, Colchos adesse, sed hortatur, ut fortitur pugnent, tamquam Colchi adsint. — IV 29 post *iungitque* in *VMP* una vox deest. quod a Burmanno insertum recepi *toros*, id sua virtute adeo commendatur, ut non sit, cur multis verbis defendam. Itali *preces* inepte suppleverunt. neque magis placet *suos*, quod in Carrionis libro additum est; nihil enim discriminis interest inter nymphae honores et fontis. — inter eiusdem libri versus 195 et 197 hiatus est in codicibus hodie superstitibus. in Aldina hic locus sic legitur *Qualiter ingressus spumantem taurus in amnem Pandit iter*, quibus coniecturis sententia quidem feliciter restituta est, sed nimis longe recessum a Vaticani memoria. in codice Carrionis post 195 hunc versum insertum habemus *Taurus aquis qui primus init spernitque tumentem*, quo Weichertus lacunam egregie expleri iudicavit. sed praeter fidem illius libri merito suspectam etiam alia sunt, quibus spurium esse versum fortasse probem. primum enim a q u i s ignotis amnem spumare languide dictum est, et acrioris ut ita dicam significationis vocem, qualis est *vertex*, hoc loco desideramus. deinde *taurus* vocabulum non apte collocatum est. denique tertium comparationis quod vocant insolita enuntiati conformatione paululum obscuratur; haec enim esse debuit sententiae structura: qualiter, ubi taurus amnem ingressus iter pandit, mox omne pecus sequitur. sed, ut aperte loquar, quae dixi parum momenti habent; nam si versus in libro bonae notae legeretur, cum Valerius carmen suum non emendaverit, suspitionem non moveret. — lacunae quae IV 287 in Vaticano est explendae cum ipse periculum fecerim, quibus rationibus ductus sim accuratius exponendum est. legitur in *VM artificum notata et*, ut *et* in *V* a manu prima supra versum additum sit, in *Pψ artificumque notata*, qua coniectura metro tantum consultum esse apparet. Carrionis libri scriptura *Artificum notat ipse* in plerasque editiones transiit; quam Dorvillius ad Charit. p. 592 ed. Lips. his verbis enarravit: 'ita sonant sub plagis pectora Pollu-

cis et Amyci, uti strident incudes Aetnaeae, quando *ipse*, Vulcanus nempe, ipse dominus et ἐργοδιώκτης officinas Cyclopum suorum invisit et opera eorum inspicit (*notat*) et illi primas massas in fulminis figuram procudunt (*prosubigunt*).' neque tamen hac explicatione verborum illorum difficultates expeditae sunt. primum enim non inmerito Burmannus dubitavit, *notare manus* num latine dictum esset. deinde non is est *ipse* pronominis usus, ut hic eo Vulcanus significari potuerit. longe enim aliter comparatus est libri sexti versus 57, ubi *ipse* est Colaxes, et paulo ante nominatus et oppositus quasi militibus suis. neque libri septimi versu 213 uti poterunt qui Carrionem secuntur, cum ibi *ipsa* sit Medea, quae in illa carminis parte primas ut ita dicam partes agit. his addo, quod idem valet contra Vaticani et relicuorum librorum scripturam, pessime sonare *ut cum artificum* voces sese excipientes, etiamsi in duos versus distributae sunt. quae cum ita essent et cum e coniecturis ab Heinsio et Burmanno prolatis nulla placeret, alia via versus huius emendandi quaerenda erat. atque quod *artifex* substantivo adiectivi loco poetam usum esse sumpsi, id his exemplis defenditur: V 144 *manus creatrix* et VI 464 *artificis formae*. de *rotandi* verbo iam Pius cogitavit, cuius adnotationem in Burmanni editione repetitam adeas. *usque* adverbio non raro poeta usus est, veluti VII 9, qui locus aptissime confertur cum eo de quo nunc agitur, quia ibi quoque *pervigil* et *usque* voces iunctim positae sunt. — V 11, ubi post *fronde* hiatus est in Vaticano, *caput* quod Italis debetur non dubitavi recipere; id enim Valerium dedisse pro certo licet affirmare. — V 72 post *sedens* una vox periit. quae lacuna quo modo probabiliter expleretur cum non invenissem, spatium relinquere iussi typothetam. quamquam quod Itali inseruerunt *placidas* propter Lyci hospitalitatem non displicet. contra *tristes* quod in Carrionis libro post *sedens* legebatur displicet quam maxime; eadem enim vox redit in versu qui proxime sequitur. ceterum talis significatus vocem intercidisse quam proclivis sit suspitio, codicis regii testimonio probatur quod est *moestae*. — V 197 *placidus*, in eodem libro v. 287 *ingens* e codice Carrionis recepi. 410 et 440 *per* praepositionem in Vaticano

omissam habuit Carrionis codex, sed priore loco ille quoque qui editionem Bononiensem curavit *per* intercidisse vidit. — post VI 77 non solum in *VM*, sed in *C* etiam versus deest. in editionibus Italorum hic sequitur: *arboris ad summum quam pervenere cacumen*, quem e codice Bononiensi in bibliotheca monasterii Sancti Salvatoris asservato (saec. XV) sumptum esse inde conicio, quod Dureau de Lamalle qui eo libro praeter Vaticanum et Monacensem usus est, in his solis eum deesse adnotavit. quin genuinus esset hic versus nemodum dubitavit, puto, quia in verbis et sententia nihil invenitur quod offensioni sit, sed numeri cum magnifici aliquid habeant atque grandisoni, quod rei descriptae nullo modo convenit, Valerii eos esse nego. — VI 300, qui versus in Vaticano talis legitur *Agmina non usquam videt atque iterum intrat*, talis in *C Agmina quem quaerit nusquam videt atque iterum intrat*, paenitet me recepisse Carrionis scripturam. quamquam enim ipsum illud quo Vaticani hiatus expletus est non habet cur reiciatur, tamen *intrat* simpliciter positum tolerari nequit: id quod Heinsium quoque sensisse puto, cum *instat* proponeret. itaque prudentius hodie iudico me facturum fuisse, si in fine versus lacunam indicassem. namque *in aequor*, Italorum addidamentum, quoniam *aequor* vocabulo nude posito locus pugnae non significatur, displicet. ut asyndeton quod est inter v. 301 et 302 vitaretur, Burmanni coniecturam, qua *utque* pro *adque* Valerio redditur, fortasse non debebam reicere. — VI 666 *sensere*, quod Vaticanus omittit, recepi e libro Carrionis, margine Monacensis, editionibus Italorum; id enim Valerium dedisse certum est. VII 24 *levis* in libro Carrionis quin recte additum sit, non dubito. — VII 84 Vaticani memoria leviter corrupta est, cum *liberine* pro *Tiberine* scriptum sit et *tues* pro *tuens*. illud eum non fugit cuius emendationes Carrionis codex habuit, sed pro *tues* ei restituendum esse visum est *tuos*. qua prava opinatione ductus *iam te* quoque mutavit et *portus* scripsit, ut haberet ad quod *tuos* referret; neve deesset, unde accusativi qui sunt *portus* et *pharon* penderent, *subiit* posuit pro *subito*. sed ut mittam *portus Tiberini* inepte dici, vide quam sit perversa sententia. qui subiit iam portum et pharum, is nusquam ostia,

nusquam Ausoniam videt, sed Syrtes. qua re Heinsius, quem *subiit* probasse vehementer miror, motus est, ut post eam vocem non nulla intercidisse putaret. ipse cur inter *praeceps* et *subito* lacunae signa posuerim et quid iis quae perierunt a Valerio significatum fuisse videatur, in adnotatione critica dixi. — VII 452 mutilus est in Vaticano, in *C*, *superis* voce mutata in *sumptis*, additum est *in armis*. quod recipi nequit. id enim si Valerius scripsisset, idem hoc versu contineretur, quod eo qui sequitur. *in istis* quod ipse intercidisse conieci ad versum 442 spectat, quo Iuno et Tritonia ubi sint Medea ex Iasone quaerit. — maior hiatus est inter vv. 578 et 581; in Monacensi et Carrionis libro hi duo versus leguntur *Vt tandem stetit et torvo* (*torto* inepte legitur in *C*) *se lumine flexit Qui prior adversi respexit Iasonis arma*, quorum numeri nihil habent quod offensioni sit. sed *respiciendi* verbum ita positum, ut conspiciendi vim habeat, displicet. neque sententia recte procedit. taurum enim qui *adversi* h. e. ex adverso stantis Iasonis arma conspexerit nequit cogitari so flexisse, ut Iasonem adgrederetur. — VII 632 sq. sententia non plena est. quam ob rem Itali pro *Medea* reposuerunt *dedit illa*. sed *illa* pronomine ad Medeam significandam Valerius uti non potuit, cum eam in iis quae proxime antecedunt non commemorasset. neque *Tartareo veneno* ablativi explicatum habent. itaque versum intercidisse manifestum est. in locum eius in *C* hunc successisse videmus: *Infectam dederat ususque armarat in illos*, in quo praeter ultimam *dederat* vocis syllabam arseos vi productam — quod tamen ut supra demonstravi non sine exemplis est in Valerio — et praeter luxuriam quandam et redundantiam verborum nihil est quod arte Valeriana indignum videatur, ut proptor suspectam modo libri illius fidem eum non receperim. — VIII 83 e Monacensi recepi *venenis*, omissum in Vaticano; eam enim Valerii manum esse certum est. contra in versu 458 qui detruncatus est in libris manu scriptis, mancam esse orationem significare malui, quam alienis insertis de fide editionis meae detrahere.

Cum lacunae sint in codicibus Valerii permultae, interpolationes fere nusquam deprehendi. nam I 63 num recte se-

cluserim etiam nunc dubito quam maxime. verum quidem est et abundare versum et VIII 97 tam similem esse, ut ex hoc ille effictus videri possit, neque latet, in initiis librorum frequentiores esse interpolationes, quam in posterioribus partibus: cum tamen in una *hesterno* voce, quae pro *externo*, librorum testimonio, ab Italis restituta est, haereatur, vereor, ne temere egerim versum spurium esse coniciens. atque *hesterno* illud ipse quoque dedi, quod *hesternus* adiectivum in libris manu scriptis in *externus* saepissime abiisse vidi et quod aliquam habet explicationem, ut *hesternum venenum* sit hesterno die infusum. contra Heinsii *alterno* quid sibi velit non intellego, neque quod Eyssenhardtius proposuit *interno* minus languet quam Italorum commentum. ad sententiam aptum est *insperso*. — in libri secundi versibus 386 et 387 emendandis aut explicandis viri docti parum feliciter versati sunt. nam sive Gronovium et Heinsium sequeris, sive Carrionem et Heynium, aut *equus* vox duo habet epitheta inter se non copulata, aut *terra*. quam ob rem *brevis* mutavi et *vix* scripsi, Burmanni usus observatione, equos priusquam domiti sint et exerciti in laevum orbem ire solere. cum autem neglegentia librariorum *vix* non potuerit abire in *brevis*, ita mihi finxi exortam esse corruptelam, ut, *vis* facto e *vix*, monachus aliquis paulo doctior e sua coniectura rescripserit *brevis*, cogitans ille de equo loro non nimis longo ad palum adligato. — denique hoc loco profero libri quarti versum 526, quem cum Heinsius et Burmannus suspectum reddidissent Wagnerus felicissime defendit. nam *numquam non* v. 525 reposito optime omnia procedunt, neque invenio quod non sit latinum. *meritus* enim cum Wagnerus exemplis prolatis (II 99 et VII 484) ita a Valerio usurpari demonstraverit, ut passivam vim habeat, non poterit dubitari, quin etiam tertius casus participio illi recte iungatur.

Haud pauci versus in Vaticano inde labem traxerunt, quod librarii in eos, qui proxime aut antecedunt aut secuntur aberrarunt et ex iis verba in ipsum quem scribebant adsumpserunt. veluti libri primi versus undevicesimus incipit a *seu* voce, quae nullum ibi locum habet, sed in initio insequentis versus, ubi eam desideramus, *et* exhibet Vaticanus. aut fallor, aut

librarius aliquis, cum versum undevicesimum scripturus erat, aberrans in vicesimum, falso illum a *seu* incepit, ut ter poneretur haec coniunctio. quod ferri non posse intellegens alius librarius pro tertio *seu* reposuit *et*, cum primum mutandum esset; pro quo *cum* posui, quod nec Gronovius nec Slothouwerus coniecturis suis, quae sunt *si* et *quam*, Valerii manum recuperasse videbantur. — I 39 Baptista Pius et Burmannus homoeoteleuto quod est *fictis* — *dictis* non inmerito offensi sunt; unde *verbis* Valerium scripsisse suspicabantur, quod mihi quoque placere dixi. sed cum parum probabile sit, *dictis* ut glossema adscriptum fuisse ad *verbis*, — hoc enim vulgare, inusitatum illud — alia quaerenda est corruptelae explicandae ratio. equidem *actis* e versu qui sequitur in versum 39 transpositum fuisse conicio et *dictis* esse coniecturam doctioris alicuius librarii. — II 293 Vaticani scriptura *possum tantis retinere periclis* non aliter potest explicari, quam ut *tantis periclis* tertio casu dictum sit et pericula intellegantur quae Thoanti a Lemniadibus deprehenso immineant. quam ob rem altera interrogatione quod continetur cum priori contrarium sit, *possum* ineleganter per anaphoram repetitum est; id quod Heinsium sensisse existimo, qui *possum tantisne offerre periclis* nimis audaciter ut solet coniecit. leniorem ut ita dicam medicinam ipse huic versui sanando adhibui; *possum* enim e versu 292 falso repetitum *nec te* expulisse conieci. quod si probaveris, *tantis periclis* sexto casu dictum habebis et intelleges pericula, quibus Thoas in mari solus navigans expositus est. — eae quoque turbae, quas in libri quarti versibus 387—389 exeuntibus habemus in codicibus, sic optime explicari puto, ut *cantu* e versu 388 in versum 387 adsumptum esse dicatur. librarius aliquis, qui duos versus sese excipientes in *cantu* exire non posse videbat, v. 387 *cantus* coniecit, ut penderet ab *respice*, et in versu 388 spatium reliquit; is a quo Carrionis liber emendatus est *cantus* non mutavit, sed ad *languentia* addidit *somno*, non curans ille, quod *somnos* voce versus 389 terminatur. ipse in exitu versus 387 lacunam significavi, ubi vocativum aliquem intercidisse puto, quo Argus compellatus fuerit, et *cantu* reposui in versu 388 exeunte. nam Heinsium audire nolebam, qui

optimum versum sine idonea causa suspectum habuit, neque Burmanni coniecturas probare poteram. interpunctio enim ante ultimum pedem posita quam maxime displicet. — VI 417 intercidisse aliquid significavi. in Vaticano enim versus 418 verba extrema huc adsumpta sunt, ut uterque versus exeat in *peste revinctos*. quae in libro Carrionis fuerunt *cura cavere* cum iis quae antecedunt *haut usquam Colchorum animi*, modo sententiam eorum supra (pag. XVIII) recte explicaverim, non conveniunt. nam qui cavere tela non curat magnam audaciam probat. neque Ariasmeni copias in tanta clade tela iecisse veri simile est. expectamus potius Valerium dixisse, Colchis non opus fuisse tela vitare. etiam quod Burmannus supplevit *non incita dextris* displicet, quod iis quae secuntur non contrarium est. — in libro septimo versus 244 vox extrema in Vaticano est *menti*, quam apparet e versu 243 huc deductam esse et genuinam scripturam loco movisse. Carrio *ardua amanti* in suo codice fuisse testatus est, quod non unam ob causam reiectaneum est. nam nondum amantem se confiteri Medeam Burmannus iam monuit. tum ad voces quae sunt *nulla quies animo, nullus sopor* Carrionis illa ineleganter adposita sunt. denique vitiosa est elisio in quinta thesi facta. quod ego in adnotatione fortasse addendum dixi *membra*, in id incidi, quod febri se corripi Medea queri videtur et *arida febris* dicitur a Vergilio georg. III 458; sed id ludibunda manu ieci neque velim Valerio inferri. — libri octavi versus 161 finis periit in Vaticano, quia librarius exitum versus proxime antecedentis repetivit. Italorum supplementum *aequora remi*, probabile illud quidem, sed non certum, nolui Valerii verbis inserere.

Aliquotiens codicis Vaticani memoriam eo videmus depravatam, quod librariis voces ei quae scribenda erat vicinae obversabantur. veluti I 38 in Vaticano est *tranquilla timens nec fronte timendus*. nempe librarius hunc versum antequam scriberet legerat totum, ut *tuens* quod in Carrionis libro et Aldina editione Valerio redditum habemus, quamquam ante *timendus* positum est, eo quo dixi modo corrumpi potuerit. cf. adnotationem criticam ad I 113, 180, 609, 769. — I 242 quoque de hoc corruptelae genere cogitare debebam. *tantisque* enim,

Heinsii inventum, multo praestat illi quod e codice Carrionis recepi *quandoque*. aut fallor aut *quantisque* pro *tantisque* in Vaticano scriptum est, quod coniunctio relativa a qua enuntiatum antecedens incipit librario obversabatur. — eiusdem Heinsii auctoritatem IV 161 inprudenter sprevi, ubi *nomen* voce bis posita vehementer offendimur. coniecit autem vir summus *ductumque secutus*. — V 467 ubi *rogitantque* a librariis repetitum est, ipse emendandi periculum feci, cum neque Heinsii coniectura placeret, neque ea quae a Burmanno proposita sunt mihi satis facerent. nam urguendi verbum etsi a Valerio adamari scio, tamen cum eandem fere vim habeat quam *rogitare*, hoc loco ineptum est. neque pavitasse Colchos Argonautarum adspectu credibile est. contra *lustrantque* vocabulo quid aptius pro priore *rogitantque* reponatur non video. cf. IV 234, VI 299 et 658. — VII 159 *tecum* in Vaticano vitiose scriptum est, quod *mecum*, quae vox sequitur, librario obversabatur; neque a testimonio librorum aliud habemus, quo ad versum emendandum utamur, nisi vocem, quae *tecum* illo eiecta est, a *t* littera incepisse. quod doctos Italos qui Valerio emaculando operam dederunt non fugit; nam in Carrionis libro *totum* habemus, *tantum* in editionibus Italorum. sed neutrum placet. quamquam enim verbi substantivi frequens est apud Valerium omissio, coniunctivum tamen perraro poeta suppressit, veluti II 133 ad *haec tibi principia* et VII 467 ad *ausi* supplendum est *sint*, quod tamen ab *instimulet* et *ferat* coniunctivis qui proxime insecuntur excusationem habet. deinde autem *totum* vel *tantum mecum* voces sese excipientes male sonant. mihi in mentem venit Valerium fortasse scripsisse *sum memor, ut tu sis mecum partita laborem.*

Non nullos Valerii versus tam gravibus notum est adfectos esse vulneribus, ut leni medicina adhibita sanari non possint, sed fortioribus remediis indigeant. ad hoc genus corruptelas refero inde exortas, quod e locis similibus comparandi et explicandi causa adscriptis ab indoctis librariis singula verba in eos versus ad quos adscripti erant recepta sunt. ut proficiscar a certo exemplo, de quo nulla potest esse dubitatio, in libri secundi versu 473 Vaticanus exhibet *Nos Ili veteris quon-*

dam genus, quod quam ineptum esset, miror neminem vidisse ante Slothouwerum et Peerlkampum, qui pro *veteris* verissime reposuerunt *felix*. nimirum e II 581 supra versum aliquis adscripserat *veteris*, quod a stupido librario in ipsum versum deductum est. — eodem genere emendandi utor in versu 501 libri primi. de quo restituendo quotienscumque cogitavi, in eam semper sententiam recidi, ut ultimum pedem sedem quasi corruptelae haberem. sed cum desit quod pro *mundo* reponatur, ut et sententia probabilis evadat et observetur litterarum similitudo, *mundo* illud e versu 246 primi libri adscripto in hunc versum translatum esse conicio. sic enim rem mihi fingo: in archetypo Vaticani ad voces quae sunt *patrii neque enim probat otia regni* in margine aliquis adscripsit *ipse suo voluit commercia mundo*, ut *mundo* iuxta extremam versus 501 vocem poneretur *): itaque cum is qui Vaticanum exaravit duas syllabas abundare videret, non *mundo* omisit, sed eam vocem qua poeta versum terminaverat, fortasse verbo aliquo quale est *laudant*. artificiosam esse hanc emendandi rationem concedo, neque tamen minus artificiosum est, quod olim suspicatus eram, Valerium in *que* copula transponenda nimis audacem fuisse et hunc esse proprium verborum ordinem: *una gaudent superique omnes ventura tempora Parcaeque, quae cernunt sibi vias crescere*. eandem ob causam Burmannum non audivi, qui quam esse voluerit seriem verborum in adnotatione dictum est. — V 134 eos secutus sum, qui egregiam coniecturam Carrionis libro servatam *patrius quam vexerit amnis in aequor* in verba poetae receperunt. restat ut exponatur, quo modo Vaticani scriptura quae est *patrius quam sanguine vexerit amnis* exorta esse videatur. nisi fallor ad *patrius* adiectivum explicandum e versu 125 adscripta erant *est vera propago sanguinis*, unde a stupido librario *sanguine* — *sanguinis* enim metro non aptum esse videbat — in versum ipsum sumptum est. — uberiorem disputationem sibi flagitat libri septimi versus 357, qui in corruptissimis totius carminis numerandus est. ac primum quidem

*) laetatur; patrii neque enim probat otia regni. | ipse suo voluit commercia
una omnes gaudent superi venturaque laudant | mundo.

gramina vox scrupulos movet. quam si intactam linqneremus, alia herba praeter florem Prometheum intellegenda esset, quod fieri nequit propter Apollonii III 845 sqq. et Valerii VII 365 et 449, quibus locis omnibus flos ille solus commemoratur. quodsi *gramina* patet submovendnm esse, ne *nutritaque* quidem teneri potest, cum praesertim qna re nutrita essent gramina, non significatum sit. id cum aliis Italis Baptista Pius vidit, qui *tonitru* et *promit* scripsit pro *promit* et *ponti*, quae in Monacensi leguntur, quem unum sequi debemus in iis carminis partibus, in quibus Vaticanus deficit. sed qua tandem ratione tonitru gramina illa nutrita esse nobis fingamus? nam quod Pius adnotavit, herbas diras ac virulentas nasci in locis fulmine percussis, id nihili est. itaque cum graviores sint huius versus corruptelae, quam quae litteris tantum mutatis submoveantur, illo de quo agitur emendandi adiumento usus in archetypo Vaticani *Titania gramina* e versu 449 supra versum 357 adscriptum fuisse conicio, nnde is qui Vaticannm descripsit *gramina* deduxerit et *nutritaque,* fortasse e versu 359 de quo infra dicam, addiderit. quo modo corruptela latius progressa sit — nam *ponti* quoque scriptura depravata est — cum Vaticanus quid exhibuerit nesciatur, in medio relinqno, lnbet tamen proponere lecturis, qualem fere hunc versum a poeta datum esse cogitem: *Prometheae florem de sanguine fibrae Caucasei promit generatum vertice montis, quem sacer ille* e. q. s.. in versu 359 quin *durat editque* a manu Valerii non sit nemo dubitabit; nam quod dixerunt interpretes, *edere* verbum idem valere hoc loco, quod *corrodere* vel *marcidum facere,* id reiectaneum est. iudicent autem homines docti, utrum *durat alitque* ab Heinsio et Bulaeo, an *durat agitque* a viro docto in margine Venetae editionis, an denique *nutrit agitque* a me probabilius coniectatum sit.

Glossematis quoque quae dicuntur in verba poetae inlatis codex Vaticanus haud raro inquinatus est. veluti V 53, nbi iam in antiquissimis editionibus *praescia* legitur, codex ille *praesagia* exhibet. nimirum *praesaga* supra versum et *praescia* in ipso versu scriptum librarius aliquis conglutinavit et *praesagia* scripsit. — non tam certa res est in libri primi versibus

67 et 68, qui nondum probabiliter emendati sunt. ipse duas coniecturas in adnotatione critica proposui, e quibus hodie illam praefero, quae cum verba poetae typis exprimenda curabam minus placebat. servata enim in versu 67 Vaticani scriptura, in versu 68 *fertur ut* restituendum esse puto, ut *creditus* ortum sit e *creditur*, quod explicandi causa aliquis supra *fertur*, quae vox minus usitata est, adscripserit. nam altera coniectura *aut cuperet saevos frenare dracones illius* e. q. s. tersior quidem evadit oratio, sed *illius* unde ortum sit apte explicare non possum. — I 331 mira est scripturae diversitas. Parisinus 7647 enim et Carrionis liber *polumque* exhibent, *cretamque* Vaticanus. *polumque* verum esse non est cur probem; *cretamque* autem inde extitisse conicio, quod in antiquo aliquo libro supra *polumque* adscriptum erat *caelumque*, quod in *cretamque* abiisse non abhorret a veri similitudine. ceterum nequis e consensu qui est hoc loco inter Parisinum 7647 et codicem Carrionis huius scripturas, quae quidem a Vaticani memoria discrepent, antiquitus traditas, non coniectura inventas esse efficiat, *polumque* moneo quam facile potuerit conici e versu 586 libri primi *hinc olim soliti miscere polumque infelixque fretum*. — non glossema habemus, sed quod glossemati simillimum sit, cum IV 38 ad *fruentem* in Vaticano adscriptum est *fruitur*. nimirum monachus quidam docere volebat lecturos, *fruentem* participium a verbo deponenti ductum esse. — V 151 in Vaticano legitur *Moossonychi*, cum breviorem nominis illius formam quae est *Mossyni* versus sibi postulet. puto in archetypo Vaticani vel in vetustiore etiam libro *Μοσσύνοικοι* adscriptum fuisse, unde Vaticani testimonium extiterit. — duobus locis *tuendi* verbum remotum esse deprehendi *videndi* vorbo, quod explicandi causa adpositum erat, in contextum recepto. nam VI 3 *tueri* e libro Carrionis recepi pro *videri* quod Vaticani testimonium est. aut fallor aut is qui Vaticanum scripsit supra *tueri* additum invenit *videre*, quas duas scripturas conglutinans *videri* dedit. cf. quae ad V 53 supra dixi. deinde VII 503 *tuentem* pro *videntem* Heinsii coniectura Valerio restitutum est. — VI 165 Vaticanus exhibet *clamor*, quae vox cum versui non apta sit removenda est. quod Heinsius pro-

posuit *canor* quamquam non nego litterarum similitudine quae est inter *clamor* et *canor* magnopere commendari, nolui tamen recipere, quia canor avium i. e. verus cantus quo aures audientium mulceantur cum strepitu lituorum non recte comparatur. neque coniecturae illae quae Carrionis libro ad nos pervenerunt *aut is apud fluvios volucrum quatit aethera clamor. tunc lituum concentus agit* e. q. s. probari possunt, quippe quibus comparationis continuitas interrumpatur. ut mittam, *agit* iam v. 163 legi et *quatit* redire v. 169. itaque Italorum auctoritatem secutus *sonus* reposui, quod et ad numeros aptum est et ad sententiam. videlicet *clamor* vox supra versum in archetypo Vaticani adscripta in verba poetae recepta est et genuinam scripturam loco movit. — unus restat versus de quo hoc loco disputetur, libri sexti 382. ubi quod *quis* dedi cum Baptista Pio et *cadens* cum Italis turpiter erravi. *etiam* enim quod *quin* sequitur in Vaticano glossema esse apparet. *gravior* autem est *firmius stans.* cf. Verg. Aen. V 437 *stat gravis Entellus nisuque inmotus eodem.* quod sequitur *nutuque carens* insolite quidem et obscure dictum est, habet tamen explicationem; est enim *inmotus.* contra *nutuque cadens* propter *tunc ruit*, quod in versu insequenti legitur, prorsus ineptum esse non debebam nescire.

Versus non nullos in Vaticano eiusque apographis e sedibus suis motos esse additosque, ubi locum non haberent, iam antiquissimi interpretes viderunt; veluti in libro primo versus 56 in Vaticano sequitur versum 64, vs. 303 vm. 308, vs. 815 vm. 820, in libro tertio vs. 10 vm. 25, in libro quinto vs. 407 vm. 426, in libro sexto vs. 228 vm. 245, qui omnes iam in Bononiensi editione et in Aldina suis locis leguntur. sed supersunt aliquot versus, quos librariorum incuria transpositos esse nondum intellectum est. etenim hic libri tertii versus *cur etiam flammas miserosque moramur honores* post versum 272 ubi in libris legitur ineptissimum locum habet; quod Wagnerus quoque sensit, qui 'Iason' inquit 'urguere nimis iusta facienda videtur.' itaque eum post 310 collocandum esse conieci, etiamsi nihil ibi desideretur neque transpositio quo modo facta sit explicare possim. — in libro septimo cur 276—283

versus post 291 collocatos mallem, causam gravissimam in adnotatione protuli, sed omnino hi versus ita comparati sunt, ut Veneri magis convenire videantur, quam Iasoni. praeterea versus 284 optime excipit versum 276. — de libri octavi versu 463 transponendo supra iam dictum est. praeterea in hoc libro seriem versuum eo turbatam videmus, quod in archetypo Vaticani, folio traiecto, versus 136 — 185 post versum 385 legebantur. ipse Vaticanus eo folio quo 366 — 385 et 136 — 153 continebantur hodie orbatus est.

Restat ut leviores aliquos librariorum errores commemorem quibus Vaticani codicis auctoritas imminuitur. fortasse compendiis scribendi perperam lectis factum est, ut exitus formarum a verbis ductarum aliquotiens corrupti sint. veluti III 540, ubi *moveret* a Baptista Pio restitutum est, *moventem* libri habent. VII 32 *parantem* codicum scriptura est, *paratas* poetae manus. his exemplis fretus V 519 Peerlkampum secutus sum, qui pro *talibus orantem* coniecit *talibus orabat,* quamquam etiam Heinsii correctio, qui v. 520 *premit* scripsit pro *fremit,* habet quo commendetur, mutandi dico facilitatem.

Principes versuum litterae non raro a librariis omissae sunt: cuius rei e libro primo haec profero exempla. v. 356, ubi *Piresius* ex Apollonio Heinsius egregie reposuit, in Vaticano legitur *Crestus*, quod in libro Carrionis in *cristatus* infelicissime mutatum est. v. 303 pro *Chaoniique* in Vaticano legitur *Hiaionique.* hac observatione usus VI 583 pro *Orantesque,* Vaticani testimonio, *Palantesque* ex Aldina recepi, quippe quod iis quae secuntur *quam densis sisteret hastis*, nam *sterneret* e libro Carrionis et Aldina male positum est in plerisque editionibus, magnopere commendetur. cf. etiam Verg. Aen. XII 738. nimirum postquam *P* littera intercidit latius serpsit corruptela. ceterum a sententia *errantes,* Sabellici coniectura, non displicet.

Latissime patet in codicibus Valerii illud corruptelarum genus, quod constat in littera ultima aut omissa aut temere addita. cf. adnotationem criticam ad I 297 312 331 414 539 632 759 785. itaque non dubitavi calculum adicere his Heinsii emendationibus: IV 8 ubi *arma viro sociosque* pro *arma viros sociosque* et IV 216 ubi *feram mox* pro *fero mox* feli-

cissime restituit. neque vituperabitur, quod IV 113 Burmannum secutus pro *haec miseri sors* dedi *haec miseris sors*. ipse talem depravationem emendasse videor III 703, ubi pro *pares adque inclita* fortasse scribendum esse dixi *pares satque inclita*.

Ex hoc codice Vaticano praeter Sangallensis apographa, de quibus infra dicetur, quotquot iu Italia scripti sunt Valerii libri fluxerunt omnes. quamquam enim leviora scribendi vitia haud paucis locis correcta sunt versuumque gravius corruptorum emendatio temptata est, maxima tameu, in lacunis potissimum versibusque transpositis, inter hos et illum intercedit similitudo, in omnibus praeterea idem est carminis Valeriani ambitus qui in Vaticano 3277. ex his Monacensem (*M*) totum quam maxima poteram diligentia contuli. est is Victorianus 123 vel codex latinus 802, forma quadrata, chartaceus, saeculo decimo quiuto ab una manu scriptus. continet folia CV, vicenos septenos versus iu paginis singulis. in iuteriore tegumenti superioris parte a manu saeculi decimi quinti scriptum legitur *est Ioviani Pon*, quae secuntur ligatura tecta sunt, sed facile suppletur *tani:* ab eadem manu post totius carminis subscriptionem haec posita sunt: *Emit Florentiae Iovianus*, infra quae verba alia manus atramento anni numerum addidit, quem MCCCCLI esse hodie quidem, cum uumerorum signa tinearum morsibus arrosa sint, uisi coniectando non licet assequi, olim tamen suis oculis vidit bibliothecae Monacensis praefectus quidam, qui saeculo decimo septimo aut octavo haec adscripsit: 'Ioviani Pontani v. cl. nomen hoc loco rubrica sive minio aut cinnabari notatum a semet ipso codici, quem Florentiae emit anuo M. CCCC. LI ut ibidem memoriae prodit non modicum pretii coufert ac decoris.' correctores passus est codex Monacensis complures eosque uon indoctos, quorum mauus neque potui ubique discernere neque volui: itaque omnes emendationes praeter eas quae primae manus esse videbantur *m* littera uotavi. illud tamen nolo omittere, nou nusquam correcturas supra versus minio scriptas esse a manu simillima illi, a qua *Emit Florentiae Iovianus* additum esse dixi, ut hae emendationes

fortasse Ioviani sint. huius codicis scripturas in libro primo attuli omnes, in libris autem qui secuntur hac ratione migrata leviorem scripturae discrepantiam omisi, neque ubi idem quod Vaticanus 3277 exhibet Monacensis id adnotavi; unde a libro secundo ubi in *M* aliud esse quam in *V* non diserte adnotatum est, idem in utroque legi sciendum est.

Vaticanus 1653 (Heinsii Vaticanus secundus) membranaceus, formae maximae saeculo decimo quinto ab una manu elegantissime scriptus est, ut triceni versus sint in paginis singulis. hunc codicem in illis tantum carminis partibus, quae foliis raptis in Vaticano 3277 perditae sunt, accurate contuli, praeterea aliquot singulorum librorum locis inspexisse satis habui.

Reginensis 1869 formae octavae, chartaceus, saeculo decimo quinto exaratus XCIII folia continet. triceni versus a manu satis rudi in singulis paginis scripti sunt. inscriptio codicis haec est: P. Valerii Flacci Argonauticon liber primus incipit.

In bibliotheca Chisiana duo sunt Valerii codices, notati *H. V.* 172 et 173, ambo membranacei, formae quadratae, saeculo decimo quinto scripti, foliorum numeris non significatis. in illius (172) foliis primis varias lectiones non nullas in margine adscriptas vidi, quae non licebat investigare utrum docti hominis coniecturae essent, an e codice antiquo excerptae. nam qui his annis bibliothecam illam adierunt, non ignorabunt quam difficilis sit eius praefectus in libris manu scriptis monstrandis, nedum usum eorum concedat. in marginibus alterius codicis (173) scholia leguntur quae nullius pretii sunt.

Qui Florentiae in bibliotheca Laurentiana asservantur Argonauticorum codices, eos Bandinius tam accurate descripsit, ut nihil invenerim, quod addendum esset. sunt autem plutei 39 codices 35 36 37 38, quorum nullum quidem contuli, sed omnes tam accurate inspexi, ut e Vaticano 3277 eos transcriptos esse pro certo possim adfirmare. idem testor de codice Marciano, Venetiis in bibliotheca Sancti Marci asservato, qui in CXII membranis formae quadratae saeculo decimo quinto exaratus est.

Codicem Bononiensem bibliothecae monasterii Sancti Salvatoris vidi quidem sed non inspexi. in membranis formae octavae saeculo decimo quinto scriptus est, neque audiendus Dureau de Lamalle, qui (praef. p. VI) eum saeculi decimi tertii vel quarti esse dixit. idem Francogallus, ut hac opportunitate oblata id addam, etiam Vaticanum 3277 neglegentissime excussit.

Praeter haec quae ipse vidi Vaticani 3277 apographa tria nomino ab aliis ad emendandum poetam adhibita: regium Heinsii Holmiae Suecorum e regia bibliotheca Heinsio oblatum, parum quidem antiquum, sed erudita et quidem Pomponii Laeti manu, nisi Heinsium coniectura fefellit, descriptum: codicem Burmanni, quem Burmannus neque vetustum esse dixit neque valde accuratum: codicem Cocki, cuius excerpta Dominicus Ferrarius Londinio Burmanno misit. codicem regium scripturae eius ab Heinsio laudatae Italorum coniecturis receptis interpolatum fuisse probant, contra e Cocki libro quae Burmannus protulit cum Vaticani 3277 memoria plerumque consentiunt.

In epistola Constantiae XVII Cal. Iul. anno Christi MCCCCXVII ad Guarinum Veronensem data Poggius Florentinus narrat, in monasterio Sancti Galli prope Constantiam sito repperisse se cum alios scriptores tum libros tres primos et dimidiatum quarti C. Valerii Flacci Argonauticon. hic codex Sangallensis hodie perditus est, sed quattuor quod sciam apographa eius saeculo decimo quinto facta supersunt, e quibus tria asservantur Romae in bibliotheca Vaticana, unum Oxoniae. cf. Bernardum in catalogo librorum mss. Angliae et Hiberniae II p. 30 et Nicolaum Heinsium, cuius haec verba sunt in praefatione: 'volumine altero, itidem chartaceo, et tres priores Argonauticon libros cum parte quarti complexo, quod Oxoniae in Collegio Reginensi adservatur, iam olim inter ipsa studiorum tirocinia apud Britannos fueram usus.' inter Vaticana primo loco nomino Ottobonianum 1258, ante Altaempsianum V. 4. 39. continet is in 331 foliis chartaceis formae maximae Silii Italici Punica (usque ad folium 288) et Valerium Flaccum ad lib. IV 317. inscriptio libri primi haec est: GAGI.

VALERII . FLACCI . BALBI . SETINI . ARGONAVTICON LIBER PRIMVS. in foliis 289—295 permulta scholia ad fabnlas enarrandas maxime spectantia et in marginibus et inter ipsos versns scripta sunt, praeterea glossae quae vocantur supra verba poetae positae: quae omnia ab una manu scripta videntur. contra plures manns in iisdem illis foliis poetae verba tam inpudenter mutarunt, nt ubi primae manns scriptnram quam maxime optamus servatam i. e. in locis corruptis ibi ea erui neqneat. in relicuis qnoque primi libri foliis manns secunda priorem scripturam non raro mutavit. iis qui secuntur libris pepercit emendatorum temeritas, quam ob rem in secnndo libro quartique reliquiis hunc codicem totnm comparavi, cnm praesertim in fine ab alia manu, quam quae Valerium scripsit, haec addita invenissem: 'Finis eius qnod invenitur | argonauticon et quia exemplar | in multis carminibns mendosum | erat et scriptum est festine opus | alio tempore corrigendum. In | Sancto Gallo M̊CCCC̊XXVI | Iulii XVI̊.' in versu quarto *et* supra versum positum est, in sexto prius X deletum, sed non ab eodem qui scripsit; nam bibliothecae Altaempsianae praefectus quidam in primo codicis folio indicis loco haec posnit: 'Ex codicibus Ioannis Angeli Ducis ab Altaemps. Silius Italicus et Valerins Flaccus Poetae scripti anno 1426.' in quaest. Sil. crit. Halis anno 1858 editis p. 4 hanc subscriptionem a falsario aliquo profectam esse dixi: in qua sententia etiam nunc persevero. etiamsi enim festinatione scribentis factum esse largiamnr, ut XXVI poneretur pro XVI, tamen cnm Poggii epistola snpra laudata Constantiae XVII Cal. Iulias MCCCCXVII, non Ianuarias, nt vnlgo fertur, data sit (cfr. Laur. Mehns praef. ad vit. Ambr. Traversarii Florentiae 1759 p. XV), Valerii libros mense Inlio anni 1416 iam repertos esse parum probabile est. deinde extrema verba 'scriptum est festine opus alio tempore corrigendum' ficta esse videntur ad ea, qnae Poggius Guarino nuntiavit: 'haec mea mann transcripsi et quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardnm Arretinum et Nicolaum Florentinum.' denique de fide subscriptionis illius multum detrahitur alia qnadam, quae est in codice Vaticano 1613, membranaceo, formae octavae sed maioris mensurac, foliorum 38,

versnum 31 in paginis singulis. inscriptio codicis haec est: CAI . VALERII . FLACCI . BALBI SETINI . ARGONAVTICON . LIBER PRIMVS . INCIPIT FELICITER. a primo folio usque ad qnintum manns altera codicem correxit, cuius scripturas manns secundae in adnotatione vocavi: ab eadem in margine et argumenta addita snnt et repetita nomina propria in versibns poetae obvia. in foliis quae secnntur non correctum est nisi a mann prima, perpancis locis exceptis, ubi recentiore ut videtur tempore verba codicis mutata sunt. ad versus corruptos, lacunosos maxime, cruces in margine adpositae snnt. ceterum codicem elegantissime scriptum esse sciendum est et ita, ut saeculi decimi scripturam librarium imitari volnisse appareat. falsa verborum distinctio qnae fuit in Sangallensi, in hoc libro nondum nbique emendata est. deficit in libri qnarti versu 199 *Et procul e silvis sese gregibusque ferebat.* snbscriptio, olim a Tychone Mommseno (nov. mns. Rhen. VI p. 628) publici iuris facta, haec est: 'C. VALERI FLACCI ARGONAVTICON. hoc fragmentum repertum est in monasterio sancti galli prope constantiam XX milibus passunm nna cum Q. Asconii pediani. Dens concedat alteri ut utrumque opus reperiat perfectum. Nos quod potuimns egimns. Poggius florentinus.' ab ipso Poggio utrum scriptus sit liber necne Mommsenns non vult diindicare. qnamquam cnm Romae morabar frustra operam dedi, nt Poggii *αὐτόγραφον* aliquod viderem, qno inspecto de manu eius certior fierem — Florentiae in bibliotheca Riccardiana esse Asconii apographum ab ipso factum nesciebam —, tamen Vaticanum 1613 ab eo non exaratum esse mihi persnasum est. namque qui adnotationem criticam vel obiter perlustraverit, is *P* videbit Valerii verba non talia exhibere qualia in Sangallensi fuisse putandum est, sed interpolatum esse receptis Italorum saecnli decimi quinti coniecturis. neque Poggium litteris ad normam scribendi saeculo decimo usitatam depingendis tam anxie quam librarinm hnius codicis operam dedisse credibile est. itaqne Vaticanum 1613 ex apographo quod Poggins se fecisse narravit et fuit fortasse postea Laurentii Pignorii (cfr. Mehns l. l. p. XLV) transcriptnm esse statuo. contuli codicem totum.

Tertium Sangallensis apographum est Vaticanus 1614, membranaceus, formae octavae maioris vel minoris quadratae, foliorum 46, 28 versuum in paginis singulis. continet carmen Valerianum ad IV 317 ab una manu elegantissime scriptum. scripturae discrepantes et ab eadem manu, *al.* vel *t* signo praemisso, subinde in margine adscriptae sunt et ab altera supra versus: illae coniecturae videntur, hae e Vaticano 1613 excerptae. hunc librum non totum quidem contuli, sed per primum et secundum librum tot locis inspexi, ut certum de eo iudicium ferre liceat.

Iam paucis exponam, quae ratio intercedat cum inter singula Sangallensis apographa tum inter ipsius Sangallensis scripturam, qualem fuisse ex apographis licet conicere, et Vaticani 3277 memoriam. atque in primo quidem libro Vaticani 1613 et 1614 consentiunt plerumque alter cum altero, ubi dissensio est, extitit ea, quod in illum coniecturae receptae sunt, et quod aut Poggius festinanter scribens Sangallensem passim non recte legit, aut ad Vaticanum 1614 emendandum Vaticani 3277 testimonia adhibita sunt. quod recte dictum esse haec exempla probabunt: I 117 *columenve* habet 1614 *columemque* 1613, 156 *conanti* 1614 *tonanti* 1613, 157 *ergit* 1614 *rapit* 1613 (idem a manu prima in margine codicis 1614 est, quem in ipso versu Sangallensis scripturam servasse non dubito), 172 *tunc* 1614 *nunc* 1613, 178 *sede adorrescere* 1614 *sede accrescere* 1613, 250 *laeti* 1614 (i. marg. *iacti* a m. pr.) *iacti* 1613, 288 *umida* 1614 (*invida* supra scr. m. pr.) *invida* 1613, 310 *optulit* 1614 *obtulit* 1613. in libro secundo paulo frequentior dissensio est, sed iisdem causis exorta; has enim in versibus 1—103 animadverti scripturae discrepantias: 17 *vident* 1614 *rudent* 1613, 26 *praensum* 1614 *praessum* 1613, 49 *Derigimus* 1614 *Pergimus* 1613, 50 *ipsa* 1614 *iam* 1613, 53 *arta* 1614 *arte* 1613, 58 *in* 1614 *et* 1613, 72 *altantidis* 1614 *saltantibus* 1613, 94 *Hinc* 1614 *Huic* 1613, 103 *tum ea cum reti* 1614 *tunica cum reti* 1613.

Ottoboniani scripturas cum Vaticani 1613 testimoniis in adnotatione critica ad librum secundum composui; ubi enim eadem est utriusque memoria, *P* nota eam significavi; ubi

discrepant alter ab altero amborum scripturas dedi, Ottobonianum *P* littera notans, *π* Vaticanum 1613. dubium autem esse non potest, quin Ottobonianus Vaticano integrior sit. ad quod iudicium confirmandum sufficit monuisse in libro secundo v. 32 *iniectam* exhibere Ottobonianum *invectam* Vaticanum, 131 *cupidine* Ottob. *libidine* Vat., 186 *arrecte* Ottob. *abreptae* Vat.

Ad alteram quaestionem quod attinet, quae ratio inter Sangallensem intercesserit et Vaticanum 3277, ad hoc potissimum animum duco attendendum esse, quod quae in Vaticano illo sunt lacunae versuumque traiectiones, eaedem fuerunt in Sangallensi. conferatur adnotatio critica ad I 45, 56, 227, 303, 815, 829. II 227, 271, 289, 318, 322, 535, 565. III 9 et 10, 76, 298, 671. IV 29, 65, 183, 195. deinde si corruptelas quas duo illi codices communes habuerunt omnes vellem adferre, cum apparatus critici quem ad primos tres libros et quarti dimidium congessi hand exigua pars hoc loco repetenda esset, aliquot versus significasse satis habeo, in quibus communio vitiorum in primis memorabilis est, qui hi sunt: I 38, 95, 113, 249, 252, 310, 327, 331, 342, 357, 474, 593, 605, 721. II 139, 148, 202, 267, 289 alii. qui Vaticani et Sangallensis in his versibus testimonia inter se comparaverit, artissima cognatione eos codices coniunctos esse videbit; sed longins etiam procedendum est; nam Sangallensem e Vaticano transcriptnm esse qno probetur certissimum argumentum in promptu est. cum enim libri secundi versus 213 — 242 bis scripti sint in Vaticano, versus 240, qui in priore scriptura omissus est, legitur in altera, in omnibus deest Sangallensis apographis, contra habuit Sangallensis cum priore scriptura Vaticani versum 241, qnem omittit altera. praeterea v. 237 Ottobonianus et Vaticanus 1613 cum *Va* exhibent *properes et* cum *propere sed* recte habeat *Vb*, et v. 239 *furoris* quod Valerii est legitur in *Vb* cum *furorem* exhibeant *VaP*. nimirum is qui Sangallensem exaravit noluit alteram scripturam comparare cum priore, sed hanc transcripsisse satis habuit. haec de Sangallensi libro e Vaticano 3277 transcripto sententia eo non labefactatur, qnod inter *V* et *P* aliquotiens etiam dissensio est. ea enim aut doctorum Italorum coniecturis in *P* receptis explicatur, veluti I 205, 219,

232, 710. II 32, 49, 67, 80, 81, 94, 114 aliis locis; aut repetenda est e neglegentia et illius qui Sangallensem e Vaticano excripsit et eorum, qui e Sangallensi Vaticanos 1613 et 1614 et Ottobonianum propagarunt. neque veri videtur dissimile, oscitantia librarii factum esse, ut versus qui sunt I 819 — 822 III 351 et 717 in Vaticano 1613 omissi sint.

Anno 1565 Antverpiae apud Christophorum Plantinum Ludovicus Carrio Valerium edidit sexcentis ut ait et amplius locis castigatum scholiisque instructum, quibus et de locis difficilibus explicandis quid sentiret exposuit et scripturae varietatem congessit, excerptam illam tam ex vulgatis libris quam e codice manu scripto, quem ante sexcentos annos exaratum esse gravissimis multorum iudiciis confirmaretur. cum autem et nimia librariorum festinatione et eius cui describenda dederat neglegentia factum esset, ut pro veteribus erroribus sublatis novi succrescerent et veteres non omnino omnes tollerentur, anno 1566 ibidem alteram editionem publici iuris fecit, qua codice illo iterum diligenter conlato in verbis poetae multa novata sunt et castigationes additae. Carrio ipse ad Valerium emendandum et enarrandum quid protulerit non curo; severe quidem sed vere de eo a Caspare Barthio, Iano Guilielmio, Brouckhusio iudicatum est (cf. Burmanni praef. p. 25 sq.). at codicis illius quo usum se esse professus est quae sit in Valerio emendando auctoritas quaestio existit gravissima. atque in diversissimas partes abierunt doctorum hominum de hoc libro iudicia. nam cum Nicolaus Heinsius in iis quae suae Valeriani carminis editioni praefatus est veterrimum eum dixerit optimumque, cuius praesidio naevi plurimi et quidem inveterati poetae detersi essent, atque Eyssenhardtius l. l. p. 378 et 384 eo si superesset solo Valerium recensendum fore iudicaverit, Caspar Barthius advers. p. 764 Carrionem cum codice suo ubique sibi non parum suspectum esse dixit et Weichertus ad VIII 14 et 16 librum Carrionis non magni faciendum et pessimi commatis esse docuit. equidem Carrionem cum librum suum saeculo decimo scriptum esse diceret aut ipsum falsum

esse iudico aut fallere voluisse alios; certissima enim in promptu sunt argumenta, quibus codicem illum saeculo decimo qninto in Italia exaratum esse evincatur et interpolatum receptis doctorum hominum coniecturis, quarum aliis Valerii manus obscuratur, aliis egregie restituitur. ad id iudicium quibns rationibus deductus sim lubet accuratius exponere; nam qnod aliis accidisse video, idem mihi accidit, ut lacunis optime expletis, versibus quos in Vaticano depravatos habemus egregie emendatis imponi mihi paterer, hunc codicem relicuis qui supersunt longe integriorem fuisse *).

Atque de verbis versibusque suspectis, quibus lacunae Vaticani et Sangallensis in Carrionis libro expletae sunt, supra dictum est. deinde haud paucis locis, ubi Vaticani memoria aperte corrupta est, quae Carrio e libro suo protulit, quamquam aliquo modo explicari possunt et ad numeros respondent, arte tamen Valerii indigna sunt et ita comparata, ut ab homine aliquo docto, qui Vaticano codice utebatur, divinando inventa esse videantur. veluti I 342, ubi *ut deque* Vaticanus exhibet, Baptistae Pii coniectura quae est *video* Valerii manns sine dubio restituta est. nimirum VIDEO primum transiit in VIDEQ tum in VTDEQ. in codice Carrionis et in libro Burmanni legebatur *ut dent;* quod qui invenit, is quin Vaticano vel Sangallensis apographis, quae *ut de* exhibent, usus sit nequit dubitari. sententia autem quam habent verba hoc modo mutata inepta videtur. in aequore enim ut tot reges sibi darent Aesonem deos precatum esse non est credibile. — I 356 *Crestus*

*) conferantur quae supra dixi de I 132, IV 195 sq., VI 666, VII 632 sq. duobus locis mirus est inter Carrionis librum et codicem Parisinum 7647 consensus: I 331 ubi *pontumque polumque* uterque exhibet et VII 513, ubi *totiens ducis* habet Vaticanus, *totiens dulces* Carrionis liber, *dulces totiens* Parisinus. sed illo loco scriptura Carrionis ex I 586 quam facile repeti potuerit supra iam dixi, VII 513 autem *toties dulceis* in Aldina quoque legitur. — praeterea his locis in Carrionis libro Valerii manum restitutam esse iudico: I 49 *meque adsiduis lacera*, II 294 *miserum*, IV 308 *ceditque malis*, V 370 *hebet* (idem coniecit Sabellicus), V 379 *ora*, VI 279 *magnoque doloris*, VII 557 *prosequitur stipatque ducem* (idem est in codice Burmanni), VII 373 *vocemque Venus blandisque paventem*, VII 442 *en ubi Juno* (*o ubi Juno* Itali dederunt).

est in Vaticano, quod vitium prima versus littera a librario neglegenti omissa exortum esse dixi; *Piresius* enim Valerius scripsit. in Carrionis codice legitur *cristatus*, quod a sententia ineptum est*) et e *Crestus* coniciendo effectum. ceterum quod in versu 355 *cadentem* e Barthii coniectura dedi pro *carentem* Claudiani versu laudato satis defensum esse opinor. et *lavit* v. 356 quam vere Heinsius restituerit ut intellegatur, Caroli Friderici Hermanni antiqu. gr. III § 32 conferri iubeo. — II 283 *non patrios furtis accendere saltus* Vaticani memoria est. accendendi verbo in hoc versu locum non esse, iam Itali intellexerunt et *accedere* ediderunt. aliter sensit is cuius coniecturas Carrionis liber repraesentat, qui *accendere* non tetigit, sed *patrios furtis* mutavit in *patriis bustis*. quod quid sibi velit Heinsius se non intellegere fatetur; sed aut fallor aut *patriis bustis* tertio casu dictum voluit Aristarchus ille, ut haec esset sententia: Hypsipyle non audet saltus accendere, ut patris quasi busta fiant. ceterum saltus, in quibus patrem Hypsipyle abdiderat, *patrios* inde parum apte dictos esse non nego; *furtis* contra num integrum esset Heinsius non debuit dubitare. nam plurali numero Valerius usus est, quod saepius ad saltus illos Hypsipyle accedebat. — III 732 Carrionis scriptura haec est: *flamina conticuere iacet sine flatibus aequor*, quam Vossius et Heinsius recte repudiaverunt, ne bis idem diceretur. ipsorum coniectura *iacet sine fluctibus aequor* probam quidem sententiam offert, sed nimis longe recedit a litteris Vaticani, qui exhibet *iacet cum flatibus*. corruptum id esse apertum est, sed non minus apertum, Burmannum Valerii manum restituisse, cum una litterula mutata *tacet* scriberet, quo versum recuperamus elegantissimum. neque dubium esse potest, quin illud quod in *C* legitur a critico aliquo inventum sit, qui Vaticano codici labem a librariis inlatam esse intellegeret. — V 147 e corruptissimo Vaticani testimonio quod est *hinc tibi mavors* Angelus Politianus Apollonii versu usus audaci quidem veris-

*) Carrionis adnotatio haec est: 'allusum est ad nomen Cometae. nam, ut ait Plinius, *Cometas* Graeci vocant, nostri *crinitas*, stellas horrentes crine sanguineo.'

sima tamen coniectura elicuit *hinc Tibarenum.* quod in *C* fuit *inde Tymanos*, unde *Tymavos* Carrio perperam coniecit, vide quam propius accedat ad Vaticani scripturam quam ad id quod Valerium scripsisse certum est. — libri septimi versum 183 Heinsius restituit scribens *Impediat ne coepta time.* quod Carrio in libro suo fuisse testatus est *Ne impediat nunc acta time* propter elisionem monosyllabae vocis in principio versus factam reiectaneum est. corruptum Vaticani testimonium *impediat ne aetatime* Valerio tam impudenter interpolando locum dedisse quivis intelleget. — VII 229 pro *malignis*, quod Vaticanus exhibet, *malignus* cum Italis scripsi, quod et sententiae virtute commendatur et mutandi facilitate. contra in Carrionis libro *malignis* non tactum est. quod quo referretur ne deesset, *o* quod ante *nata* aegre desideratur, in *diis* mutatum est. — VII 380 *caecae,* quod Itali Valerio reddiderunt, in *caeoae* abiit in Vaticano. inde in Carrionis libro *Aeaeae* factum est, quod mirum quantum languet. ut numeri starent, etiam vox antecedens, quae sanissima est, deformanda erat et pro *haud aliter* scribendum *haud alia.*

Quae aliis locis inter Vaticanum et Carrionis librum est scripturae discrepantia cum librariorum neglegentia et inscitia explicari non possit, inde repetenda videtur, quod criticus aliquis Valerii verba aut propter ipsorum obscuritatem aut propter rerum difficultatem non intellecta mutanda esse putabat. I 535 Vaticani scripturam ab editoribus neglectam restituens dedi *iustique facultas hinc mihi cur varios struerem per saecula reges.* fecit enim Valerius Iovem dicentem, cum fata dedisset filios ab ipso procreatos nondum in terris fuisse, eamque ob causam iusti facultatem se habuisse i. e. partium studio vacuum decernere potuisse, cur alios alibi reges constitueret. insolite quidem *cur* dictum est, sed *cum*, quod Pius coniecit et Burmannus aliique receperunt, quamquam per se aptissimum est, quod eadem coniunctione in eo qui antecedit versu Valerius usus est, displicet. contra absona sunt quam maximo quae in libro Carrionis fuerunt *iustique facultas haec mihi, ut hinc varios struerem per saeculo reges* i. e. iusti facultatem habui, ut eam ob causam varios reges constituerem. — I 547 quo-

que reduxi Vaticani memoriam *nec vellera tantum indignanda manent propiorque ex virgine rapta ille dolor —, sed* e. q. s.; hanc enim ni fallor Iovis sententiam poeta voluit: non unus ille dolor ex rapto vellere et ex rapta Medea susceptus erit, sed aliae calamitates eaeque graviores Asiae incolis imminent, veluti Absyrtus a sorore occisus, Troia ab Hercule capta — neque tamen sententia mea mutabitur; Paris enim iniurias Asiae a Graecis inlatas vindicabit. reticentiae schemate, quod affectus vel irae aliquid ostendere Quintilianus (IX 2 54) docuit, aptissime hoc loco Valerium usum esse iudico: id quod ille non intellexit cuius inventa Carrionis libro servata sunt; coniecit enim *n. v. t. indignanda: manet proprior de virgine rapta ille dolor: sed e. q. s.*, quae verba, modone cum Carrione de Helena a Paride rapta cogites, sanam quidem habent sententiam, minus tamen nervosa sunt quam illa quae in Vaticano habemus. — IV 300 *effecta* est in Vaticano. quod cur plerique interpretes mutari voluerint non capio. faciem enim Amyci Pollux ferire voluerat, sed quod speraverat non effectum est, cum manus in pectus illius delaberentur. id neque ille vidit cuius coniecturae in Carrionis codicem receptae sunt, neque ille qui Monacensem correxit; scripserunt enim *nec spes effeta*, de *sed* particula quae sequitur parum solliciti. — V 552 *omnes* scripsi cum Baptista Pio pro *omnis*, Vaticani testimonio. Carrionis codex *tuis* habuit, quae est critici alicuius coniectura, qui non videbat, ad *omnes* quam facile *clamarunt* vel simile verbum subaudiretur. idem Pomponium Laetum fugit, quem *avidis* suspicatum esse Pius refert. — eiusdem libri versus 651 certissimo documento est, Carrionis librum a viro aliquo ad emendandum Valerium parum docto interpolatum esse. nam cum *aolidae* habeat Vaticanus, unde Itali facillima coniectura *Aolidae* elicuerunt, Carrionis codex exhibuit *Bistonidae*, quod Heinsius probare non debuit. primum enim quamquam Bistones, nomine patronymico a Bistone gentis auctore qui ab Apollonii scholiasta ad *B* 704 commemoratur deducto, Bistonidae recte appellantur, illud tamen nomen a poetis unice quod sciam usurpatum est. deinde autem Bistonibus, Martis ministris, hic non est locus. — VI 140 ubi in Vaticano recte est *vada*, falso

in Carrionis libro fuit *iuga*, haec discrepantia errore librarii orta esse non potest. nam etiam III 359, ubi *vada* e libris restitui, *iuga* quod olim legebatur coniectura est. hoc autem loco *iuga* coniecit aliquis, qui Hebrum flumen cum Haemo monte confundebat. — VI 735 in Carrionis libro post *quoque* ab homine aliquo indocto, qui *quoque* pro *et quo* Valerium dixisse non intellegebat, *et* insertum fuit. — VII 161 *decepta* legitur in Vaticano. atque cur deceptam Medeam Valerius dixisset varie ab interpretibus explicatum est. Heinsius enim Colchida deceptam esse putabat, quae se frustra impulsui numinum suorum credidisset, Pius et Maserius quia Iunonem Chalciopen non esse deprehendisset, Burmannus denique, quem Wagnerus secutus est, quia voto suo non potita de Iasonis amore desperasset. haec Burmanni sententia duobus huius libri locis magnopere commendatur: vv. 101 sqq. ubi Iason Aeeten et Medeam iratis verbis attonitos liquisse et ab infida aula prorupisse narratur et vv. 129 sqq., ubi Medea Iasonem Colchida iam reliquisse suspicatur. in codice Carrionis *furiata* legebatur, quod si per se spectes bonum est, at merito explosum ab Heinsio, cum furias, ut ipsius verbis utar, hoc ipso versu iam Valerius dedisset. — VII 179 *luciferae* Vaticani scripturam non est cur multis defendam. cf. Heinsium ad Ovid. epist. XX 192, Prellerum mythol. gr. I p. 230. *letiferae* autem quod in codice suo legi Carrio affirmavit sciendum est coniecturam esse eius, qui Dianae sagittis mulieres et puellas interfici creditum esse ex Homeri carminibus sciret, nesciret inexpectatam tantum et celerem mortem a dea illa effectam putatam esse, ut simpliciter *letifera* dici vix possit. — VII 341 magnopere dolendum est quod Vaticani auctoritate caremus. sed cum *crudelis* Monacensis exhibeat, idem fuisse in Vaticano in pleno horum codicum consensu vix est quod dubitetur. in Carrionis libro fuit *primaevus*, quod in Vaticano 1653 quoque legitur. quae scriptura cum longissime abeat a Monacensis testimonio aut ipsa est coniectura aut Monacensis hoc loco interpolatus est. atque haud pauci editores Carrionem secuti sunt. quod nollem factum. vide enim quam non sit aptum ad animum Medeae vehementissime concitatum quod Iasonem periturum

esse eam tantum ob causam qneritur, quod aetate tum maxime floreat. contra quanto Iasonis amore flagret Medea optime aperit, cum ipsa se crudelem dicat, quae illum qui nunc se unam invocet, morte sua perire patiatur. posui sane cum haec scriberem non inprobabilem esse quam ipse protuli coniecturam *qui tuus est*, quam versu 286 *ut tamen hoc saeva corpus de morte receptum, hanc animam sciat esse suam* et versu 419 *sic te sub teste remitti fas me, virgo, tuum* satis defendi puto. ceterum qui *primaevus* illud Carrionis peperit, eum suspicor non intellexisse, *crudelis* vocandi casu dictum esse.

Haud raro accidit, ut quod in Vaticano legitur exquisitius sit et elegantius, vulgarius quod Carrio e libro suo exprompsit. veluti I 812 *quae fida manus, quae cara suorum* e Vaticano dedi, *quin f. m., quin c. s.* Carrio edidit. — II 133 e Carrionis libro *Hinc tibi principia, hinc rapidas dolor undique matres instimulet* receptum est ab omnibus, qui post illum Valerii carmen ediderunt. nolo quidem negare, *hinc* particulae anaphoricam, nt ita dicam, repetitionem a sententia aptissimam esse, cum tamen *i* vocalem intra quattuor vocabula septiens repetitam pessime sonare iudicarem *Haec tibi principia* e Vaticano reponere non dubitavi. — III 717 *terroribus* Vaticani scripturam ποιητικωτέραν esse quam *sermonibus* Carrionis iam Vossius et Heinsius intellexerunt. — IV 128 e Vaticano reduxi *tumidis*, cnm Heinsius et Burmannus e Carrionis libro *motis* receperint, inmemores illi versus Vergiliani qui est Aen. III 358 *aurae vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro.* — V 515 *da iungere dextram* quod Carrio e libro suo laudavit a plerisque probatum est et repudiatum quod in Vaticano legitur *da iungere dona:* sed *dona iungere* num latine diceretur pro vicissim donare et redonare Burmannus non debuit dubitare. iunguntur enim dona cum munerationem, ut forensi vocabulo utar, excipit remuneratio. itaque ab Aeeta Iason petit ut muneribus a se illi oblatis iungatur aureum vellus sibi ab illo dono datum. — VII 241 *quando* habet Vaticanus, *quoniam* Carrionis liber, VIII 17 *prodit* Vaticani testimonium longe elegantius esse, quam *profert*, Carrionis scripturam, Heinsius et Burmannus docuerunt.

In versibus non nullis cum id quod in libro Carrionis fuit a Vaticani memoria et longissime abeat et ea multo deterius sit, ut ab ipso poeta profectum esse non possit, inde sequi videtur, nihil aliud in causa fuisse, cur Vaticani scriptura mutaretur, nisi infreuata coniectandi libido eorum a quibus Carrionis liber interpolatus fuit. quamquam est ubi falsarium id egisse videamus, ut cum aliorum poetarum tum Vergilii in primis verba Valerio iuferret. haesitabant quidem editores utrius libri scripturam probarent, sed plerumque Carriouis librum sequebantur: qua re in editionibus quae post annum 1566 prodierunt Valeriauum carmen haud leviter deformatum videmus. I 684 *anxia* habet Vaticauus, *inscia* in libro suo fuisse Carrio testatus est, qui utramque scripturam habere dixit quo commendaretur. idem iudicavit Burmannus duobus Vergilii versibus innixus, Aen. II 307 sq. *stupet inscius alto accipiens sonitum saxi de vertice pastor* et Aen. VII 381 sq. *stupet inscia supra inpubesque manus, mirata volubile buxum.* sed accurate velim comparetur Vergilius cum Valerio. ille stupere fingit pastorem et puerorum turbam, Valerius pastores ira deorum et vi Sirii attonitos in nemus coire et precari. atque stupentis est uescire, quibus causis fiat id quod stupet, is autem qui deos precatur, ut calamitatem aliquam avertant, anxii animi est. itaque Vaticani memoria integra est, Carriouis libri testimonium e prava mutandi libidine ortum, neque Burmanuus Vergilii versus illos laudans *inscia* defendit, sed unde petitum esset explicavit. — II 600 e Vaticano restitui *hic prima pia sollemnia Phrixo*, quippe quod et sua virtute et Vergilii exemplo firmatum sit; is euim Aen. VI 380 *et statuent tumulum et tumulo sollemnia mittent.* coutra quod Carrio e libro suo edidit *celeres hic prima piacula Phrixo ferte manu* duabus de causis vehementer displicet. nam cum verborum quae suut *prima piacula ferte* ea sit seuteutia, ut Helle Iasouem aute omuia Phrixo inferias mittere iubeat, abundat *celeres.* deinde quae Phrixo feruntur inferiae multo rectius *sollemnia* dicuntur quam *piacula;* nam quid pietur his piaculis nou video. ceterum *prima piacula* apud Vergilium habes Aen. VI 153. — V 25 *supremo in funere* exhibuit Carrionis codex, quod ferri nequit, quia Tiphys nondum mortuus est. iu Vaticauo *supremo*

in tempore rectissime legitur. erravit autem Burmannus cum *funere* glossatoris esse dicebat: est potius interpolatoris cuiusdam impudentissimi, qui sola motus mutandi libidine e versu 226 scripturam illam huc inferebat. — V 390 *adque* habet Vaticanus, Carrionis codex *sed et*, quod quid sibi velit non intellego; animi certe Argonautarum non minus ipsorum erant, quam relicua quae possidebant. — VI 432 *saevas* et v. 433 *seris* dedi e Vaticano, cum Burmannus illic *seras*, hic *saevis* scribens Carrionis codicem inepte secutus sit. possunt quidem irae Aeetae *serae* dici, quod antequam aperiret eas Iasonis auxilio usus est, sed ubi quaestio existit, utrum Iunonis querellas an Aeetae iras seras dicere malis, illud praeferre non dubitabis. Iunonis enim querellae re vera sunt serae, quibus non efficiatur, ut Vulcanus tauros suos e stabulis Aeetae abducat. ceterum non neglegendus est consensus, qui inter Carrionis librum est et Monacensem in versu 433 *seris* exhibentem *).

In versibus aliquot, in quibus Vaticani testimonia corrupta sunt, ea quae Carrio e libro suo dedit Valerii arte indigna sunt eamque ob causam ingenio hominis alicuius docti tribuenda, qui cum artis criticae ignarus esset, Vaticani litteris, e quibus alii Valerii manum eruerunt, uti nesciebat. I 141 *Atracia* a Monacensis manu secunda Valerio redditum est. *racia* legitur in Vaticano, in codice Carrionis *extracta* ineptissime. — I 157 *erigit* Valerius scripsit, quod in Vaticano ita deformatum est, ut *uegit* legatur. in *C* fuit *gerit*. — I 271 *inde me* habet Vaticanus, unde in Monacensi factum *inde mero*, *inde viae* in Vaticano 1614, *inde magis* in libro Carrionis. utrum *magis* an *viae* recipiendum sit quaeritur; nam *mero* nihili est. equidem Vaticanum 1614 secutus sum, primum quod *viae* vocabuli ductus ad *me* propius accedunt, deinde quod audacia, qua *calor* voci insolite quidem sed latinitati convenienter genetivus iunctus est, cadere videbatur in Valerii ingenium. contra *magis calor additus* num latine dictum sit, dubito; praestaret certe *maior*. Peerlkampi coniectura *omnibus inde animis* ingeniosa quidem est, sed audacior quam quae recipiatur. — II 166

*) conferatur etiam adnotatio critica ad II 159, 214, 396, 547. III 270, 399.

traditque ex Aldina recepi; Vaticanus et Sangallensis apographa *trahitque* exhibent quod et numerorum et sententiae causa reiectaneum est. versus quidem in Carrionis libro, qui *retrahitque* habuit, integer fuit, sed sententia depravata. — etiam de eiusdem libri versu 253 hoc loco disputabo, quamquam Vaticani testimonium fortasse integrum est. Burmannus autem Carrionis scripturam dedit *miserae retine*, quam Vossius recte putidam dixit. sana enim sententia quam Wagnerus hoc modo exposuit: 'cape tu ensem, tibi tutius committitur, quo misera ego etiam nunc fortasse abuti possim' obscurissimis verbis expressa est, quorum haec est vis propria: ensem in commodum miserae retine apud te. itaque ad Vaticanum rediens *tu potius, miserere, tene* scripsi, etsi *miserere* ineleganter orationi insertum esse non nego. sed e coniecturis, quae satis multae ab interpretibus prolatae sunt et repetitae a me in adnotatione critica, praeter Barthianam, quae est *t. p. miserate tene*, nulla placebat, quia his versibus animum Hypsipyles Valerius sic adfectum descripsit, ut se potius miseram haberet et miserandam, quam patrem. — III 359 *arcos* corrupta est Vaticani scriptura, pro qua *arctos* Itali restituerunt. in Carrionis libro pessime legebatur *agros ad patrios*. in eodem libro v. 361 Vaticanus qui habet *neque magis* depravatus est; e quo testimonio quod Vossius elicuit *nec quae magis* multo elegantius est, quam quod in Carrionis libro fuit et in Monacensi manus secunda dedit *neque magnis*. 599 ubi *fercula*, felicissimam Baptistae Pii coniecturam, recepi, e *percula* (*r* a m. pr. supr. vers.), Vaticani testimonio, *pocula* effectum est. — III 623 *dubiis variant quia pectora curis* Heinsius elicuit e corrupto Vaticani testimonio, quod est *dubiis variunt qui pectora curis*. in Carrionis libro legebatur *dubiis quibus anxia p. c.*, quod a nullo editore receptum est. id enim si Valerius scripsisset, in versu qui sequitur hoc modo orationem continuasset: consulant et sive eos via urguet pergant e. q. s.. suspicor criticum aliquem, cui intransitivus *variandi* verbi usus, qui minus frequens est, ignotus erat, coniecturae illius auctorem esse. — IV 175 corrupta sunt quae Vaticanus exhibet *dolet et dura sic pergere mente*, neque ea quam Carrionis liber praebuit scriptura *dolor et du-*

ras insurgere mentes integra est. hanc autem Carrio voluit esse enuntiati structuram: dolor iubet et duras insnrgere mentes, terga sequi, properosque coninngere gressus. sed verba qnae sunt *terga sequi* non possunt esse sine copula, quae respondeat cum *et*, quod antecedit, tum *que*, quod sequitur. unde scripturam illam hominis parum prudentis apparet esse coniectnram, qna non uti debuit Heinsins, qui scripsit *dolor atque irae consurgere mente.* eqnidem vix puto inveniri posse, qnid Valerius scripserit. cum enim in versu 176, qualis in Vaticano legitur, desit snbiectum quod vocant grammatici, neque cuinsnam terga Argonautae seqni inbeantur sciatur, inter versus 175 et 176 excidisse aliquid proclivis suspicio est. quae sententia cui reiectanea videtur, is in priore versu pro *sic*, quod corruptum est, cum Burmanno *stat* reponat; sic enim sententia versus optime redintegrata est. in versn autem qui sequitur *coepta* fortasse pro *terga* scribendum est, ut dixi in adnotatione. namque dissimilitudo litterarum non tanta est quanta videtur, modo corruptelam largiaris iam illo tempore ortam esse, qno litteris mainsculis utebantur librarii. (CEPTA — TERGA). subiectum autem recuperatum erit, si cum Burmanno *iubent* reposueris, ad quod *iuvenes* e versn 174 facile repetitnr. — V 84 *pharentes* Vaticani scriptura est, pro qua *patentes* posui cum viro docto, cuius emendationes Heinsins e margine exemplaris Venetae editionis in bibliotheca Vaticana servati collegit. cf. IV 585. in Carrionis codice, Heinsii regio, Aldina editione legitur *ferentes*, quod quamquam non longe distat a Vaticani ductibus, tamen probari nequit. nam patent quidem Symplegades, i. e. patiuntur naves praeterire, sed eas non ipsae ferunt i. e. promovent. cf. IV 678. etiam relicua huius versus verba in Vaticano corrupta sunt, habemus enim *additamque fretis repetens freta namque pharentes.* ipse *addita iamque* et *iamque* pro *namque* cum Italis dedi. *iamque* autem non pro *et iam* dictum est, sed *que* illud geminatum. Valerius metri causa non eis vocibus adiunxit, ad qnas pertinet proprie; debuit enim dicere *fretaque fretis iam addita repetens Cyaneasque iam patentes.* unde patet illo versu non opus esse, quem Pomponius Laetus ante 84 inseruit *Venturam caelo fatis melioribus Argo.* qnas

Carrio e libro suo protulit scripturas, eae cum nihil conferant ad hunc versum emendandum tum valde suspectae sunt, quia magna est earum cum Italicorum librorum testimoniis similitudo. nam *fatorum* quod in versu 83 Carrionis codex habuit e versu Pomponii repetitum esse potest et in versu 84, qui ab *addictasque* in illo libro incipiebat, *addictamque* in Monacensi a manu secunda correctum est. — V 466 *effusa Cytaeis* habet Vaticanus. *effusa* cum hoc loco ineptum sit, *offusa* Gronovius coniecit, quod Heinsio auctore iam a Burmannno receptum est. in *C* fuit *effulsit Itaeis*, quod Carrio ipse reprobavit, cum Itaeos Colchidos incolas appellatos non esse sciret. — VI 208 librariorum neglegentia Vaticanus misere corruptus est; post *adversum* enim legitur *gleacit.* in quibus litteris nomen proprium aliquod latere et facile est ad divinandum et divinavit Italus quidam; nam Heinsii codex regius exhibet *Gelae iacit*, quod non dubitavi recipere. Carrionis libro infelix coniectura propagata est quae est *graviter iacit.* — VI 537 *non pascua nexos* Vaticani memoria est. *nexos* vox corrupta quidem, neque tamen dubium, quid Valerius scripserit; *nec bos* enim quod Itali suspicati sunt et litterarum similitudine commendatur et concinnitate sententiarum. Carrio e codice suo *nec spes* dedit, quod Vossius probavit et sic explicuit: 'Armes villo et cornibus se ornarat ad incutiendum hostibus terrorem. Aron his non motus negat illi cum pastoribus timidis rem esse, nullaque ei hic esse pascua aut spem nocturnis rapinis, quapropter simulachra haec dimitteret.' quibns verbis Vossius nemini persuasit, scripturam Carrionis non languere. itaque Salmasius *nec seps* proposuit, cui coniecturae Heinsius et Burmannus album calculum adiecerunt, non videntes illi, ea recepta concinnitatem turbari. id quod non fugit Peerlkampum, qui *nec grex* coniecit; neque dubito virum sagacissimum Italorum inventum probaturum fuisse, si Vaticani testimonio usus esset. — VII 379 Vaticanus habet *cogant*, unde *rogant* Itali elicuerunt ab Heinsio probati. *volunt* quod in libro Carrionis fuit nemo non sentit minus poetice dictum esse. — VII 635 *adtonitos* editioni Carrionis deberi dixi, quamquam non dubito, quin iam in antiquiore editione id expressum sit; sed carui illis Valerii exemplaribus

quae inter Aldinam et Carrionis editionem typis vulgata sunt. Vaticanus, mutilus hoc loco, *atto* exhibet, *extimulat* liber Carrionis et editiones Bononiensis, Pii, Aldina. quod cavendum est ne recipiatur. nam propter *comatos*, ad *exectos* in versu 636 adpositum, in versu 435 *Phrygas* nisi laesa concinnitate non potest esse sine epitheto. etiam gravius est illud, quod miror eos non vidisse qúi *extimulat* receperunt, non stare comparationem, nisi ad mutua vulnera sibi inferenda Phryges Cybeles ira instigari dicantur. quam ob rem praestat *lacerat* verbum ad *annua Matris ira* quoque referre.

Duobus locis glossematis receptis verba poetae in libro Carrionis deformata erant: I 144, ubi *hic Peleus hic ense* habet Vaticanus, *Hac Peleus hac parte* liber Carrionis, et VI 225, ubi pro *candentis*, Vaticani testimonio, *splendentis* legebatur in Carrionis codice. III 534 pro *blanda* habuit *voce* Carrionis liber, quod patet explicandi causa adscriptum fuisse.

Itaque cum Valerii verba in libro Carrionis totiens deformata esse demonstratum sit, nemo vituperabit, quod quinque locis, ubi dubinm est, utrius libri scriptura praestet, Vaticanum sequi malui quam Carrionis codicem. nam V 57 et 58 e Vaticano dedi *dividat* et *contegat*, cum *dividet* et *conteget* Burmannus e libro Carrionis *) receperit. — in eodem libro v. 196 non aliam ob causam nisi quod Vaticanus maioris est fidei quam Carrionis codex ex illo restitui *passum*, quod pendet a *tuteris*, cum hic exhibeat *passis*, quod pertinet ad *fave*. ceterum in iis quae *passum* vocem antecedunt non debebam dubitare palmarem Friderici Iacobsii emendationem recipere, quae est *cursu properanti*. — V 692 cum Carrione et Baptista Pio *Phlegraeas* dedi, cum in Vaticano legatur *phlegyas qui*, unde leniore mutatione elici potest *Phlegrae qui*, ut haec sit structura: tunc adest Musarum chorus, qui adsuetus est Phlegrae pugnas reddere. cf. I 564 *Iapeti post bella trucis Phlegraeque labores*. — VI 651 quae in Carrionis libro fuerunt *flexit in admoti caput*

*) Carrionis castigationem, quia in commentario Burmanni falsa legitur, integram subicio: '*non dividet umbras.* haec est scriptura vet. cod. vulgati autem *non dividat umbras Ossaque nec tumulo nec separe contegat urna.*'

in fatumque Monesi non displicent, quamquam *admoti* vox suspitionem movet, quae critico alicui deberi videtur, qui, cum Monesen prope adstare non dictum sit, significandum esse putabat, a Iunone eum arcessitum esse, ut saxum Iasoni destinatum exciperet. itaque Vaticanum secutus dedi *flexit ad ignotum caput infletumque Monesi.* — in versu 587 libri septimi qui hic est in Vaticano *inicit Aesonides dextram atque ardentia mittit cornua* duas voces corruptas esse iudico. etenim cornua taurorum canduisse cum nusquam traditum sit, quae ferro praefixa fuisse Ovidius met. VII 112 narravit, pro *ardentia* proposui in adnotatione *horrentia.* cf. Verg. Aen. X 178 *horrentibus hastis.* deinde aut *atque* aut *mittit* mutandum est. atque Burmannus quidem cum Carrione *inque a. mittit* dedit. sed *dextram inmittere* idem est quod *inicere d.*. quod ipse proposui *prendit,* cum nimis longe recedat a ductibus Vaticani, hodie reicio. *mutat* potius debebam e codice regio recipere, quod Heinsius probavit et Burmannus recte dixit esse 'nunc hoc nunc illud cornu adprehendere.'

Dixi supra in Italia codicem Carrionis scriptum esse. quae sententia duo sunt argumenta quibus fulciatur. primum enim haud paucis locis quae in Vaticano sunt corruptelae eaedem fuere in codice Carrionis: (conferatur adnotatio critica ad I 95, 338, 479, 578. II 81, 106, 160, 327, 394, 464, 529, 578. III 121, 140, 143, 246, 251, 347, 363, 525, 540. IV 651, 673. V 394). qua re hunc aut ex illo ipso aut ex apographo illius transcriptum fuisse probatur. deinde autem admirabilis est consensus inter Carrionis scripturas et doctorum Italorum coniecturas, quae libris in Italia aut manu scriptis aut typis expressis nobis traditae sunt. cuius quidem consensus in iis quae adhuc de codice Carrionis disputata sunt satis multa exempla occurrerunt, sed alia his addere lubet. itaque habent I 38 *tuens* CAld., 82 *Aethera* Cm, 98 *avet* CBon., 130 *insperato* CP m. sec., 146 *Actora* CAld., 256 *ostendebat* CM, 285 *descendere* PC, 330 *raucos* CAld., 337 *minantem* CmAld., 412 *Phlias* Cψ, 420 *caelataque* C et codex Burmanni, 479 *luctu* P *lucta* C, 535 *Haec* CBon., 710 *humo* PCm, 827 *abscissa* CAld., 849 *Peliam* PC, II 179 *agi* Cψ, 318 *patris* MC (omittit

Vaticanus), 368 *arcet* CBon., 369 *Quem* CBon., 376 *Desertasque* Cψ, 405 *sic* CAld., 411 *Pressit acu* CAld., 464 *fluctus* CM, 467 *liquidi* CBon., 477 *idaea* CmAld., III 10 *primas* MCAld., 5 *Dat* CAld., 120 *remotae* CBon., 207 *donat* C et Pius, 274 *confertae* MC, 330 *gemino* Cm, 433 *novat* C et Pius, 455 *nostrive luant ea* Cm, 525 *indecores* CAld., 595 *percumbit* M *procumbit* C (*percurrit* Valerii manus est), 609 *compressa trahentem* C *comprensa trahentem* M (*conpensatra lete* V), 610 *durae* CM, 638 *furens in* C et codex Burmanni, 661 *lassant* CM, 670 *Ast egomet* Cψ, IV 742 *eadem ira* C et Sabellicus, V 95 *omina* MCAld., 269 *quoque* C et Pius, 338 *fratre tamen conante sequi* C et Pii exemplaria sincerae lectionis, qui sunt codices a doctis Italis emendati, 406 *ammovet* C *admovet* Ald., 438 *toto* C et Sabellicus, V 247 *tenerae* Cψ, 291 *viam* CAld., 538 *rapinis* C et Pius, 638 *necat* CAld., VII 127 *sese semel* MCBon., 478 *quando* CBon., 546 *ausu* CBon., 567 *una* MC.

In aestimando Carrionis codice video me longiorem fuisse, quam in exigua eius dignitate necesse erat. ad excusandam tamen argumentationis redundantiam liceat repetere quod supra dixi, a plerisque Valerii interpretibus permagni eum librum factum esse. neque difficile est explicatu, cur hominum doctorum iudicia a vero tam longe aberraverint. nam cum apparatum criticum quem congessi denuo perlustrarem, in multo pluribus versibus quam supra (pag. LXXI) dixi, Carrionis scripturas in verba poetae me recepisse vidi. conferatur adnotatio ad I 93 et 593, II 6, 439, 502, 535, 595, III, 1, 125, 182, 210, 254, 278, 298, 333, 237, 341, 367, 462, 519 et 520. sed qui paulo accuratius eas examinaverit, is omnes videbit ita comparatas esse, ut facillime coniectando inveniri potuerint.*) itaque ut

*) Pomponium Laetum Valerio emendando operam dedisse notum est. cf. Baptistae Pii praef. p. 4. sed alii praeter illum Itali, qui et linguae Latinae et artis criticae peritissimi erant in Argonauticis emaculandis versati esse videntur. innumera enim vitia in codicibus Monacensi, regio Heinsii, Burmanni, in editionibus Bononiensi et Aldina sublata sunt. quae exemplaria non tam libris manu scriptis adhibitis emendata esse putanda sunt quam receptis doctorum hominum coniecturis. de Aldina conferatur Burmannus praef. p. 22.

breviter complectar quid de Carrionis libro statuendum esse ducam, saeculo decimo quinto in membranis eum scriptum fuisse conicio, fortasse a librario, qui saeculi decimi scripturae imitandae operam dabat.*) permultae doctorum et semidoctorum hominum coniecturae aut in ipsos poetae versus receptae fuerunt aut supra versus et in marginibus adscriptae.

Superest, ut de codice Parisino 7647 loquar qui in membranis formae quadratae saeculo decimo tertio scriptus est. continet inter alia versus non nullos ex Argonauticis Valerii transcriptos. aliquot locis gravior est inter scripturas eius et Vaticanum discrepantia, quae aut inde repetenda, quod is qui excerpta illa scripsit sententias integras dare volebat, quae etiam per se intellegerentur (cf. II 117, 263, VII 416, VI 513), aut quod glossema in alterutrum codicem receptum est (I 331, V 540). III 365 *viris* aeque bonum ac Vaticani *animis*. VII 437 verba quae sunt *nec prima pudor dat verba timenti* in Parisino legi omisi in adnotatione.

His quos enumeravi et descripsi libris manu scriptis qua ratione mihi utendum esset non potuit dubium esse. nam cum Vaticanus 3277 et Sangallensis unius codicis loco haberi debeant et codex Carrionis quamvis multas correctiones expertus sit tamen e Vaticano illo descriptus sit, is solus auctoritatem habet. ceteri codices sicubi bonam scripturam praebent quae non est in *V*, ea non pluris aestimanda est quam cuiuslibet docti hominis emendatio. quod cum ita esset Valerii carmen ad Vaticanum recensui eiusque scripturas quantum fieri potuit intactas reliqui, in emendandis autem locis corruptis vestigia

---

*) nisi memoria me fallit Censorini codex Darmstadiensis, quem Otto Iahnius saeculi septimi esse docuit, a Carrione Caroli magni temporibus adsignatus est. unde facile aliquis effecerit, Carrionem in vetustate codicum aestimanda cautum fuisse et timidum. neque tamen minus probabiliter inde conicere mihi videor, artem diplomaticam quam dicunt eum parum calluisse. sed etiam aliud potest in causa fuisse, cur codicem saeculo decimo quinto exaratum saeculi decimi esse Carrio diceret. haec enim scripsit de eo Burmannus in praefatione (p. 26) 'sed missum faciamus hominem, cuius mores, iactantiam, ineruditum fastum breviter, ex Lipsianis epistolis ineditis, vivis coloribus videbimus depicta.'

eius secutus sum. ubi coniecturas ant aliorum aut meas recepi, in adnotatione id significavi; quamquam leviora scribendi vitia in Vaticano obvia quis primus correxerit non dixi. praeterea dedi Carrionis libri scripturas omnes, Bononiensis editionis, Aldinae, Carrionis exemplaris lectiones protuli, ubi vel ad emendandum Valerium vel ad cognoscendos depravationis gradus aliquid inde utilitatis redundare videbatur. Vaticani 1613, in libro secundo Ottoboniani quoque scripturas integras dedi (cf. pag. LXVIII), in Monacensis testimoniis laudandis quam rationem secutus sim supra dictum est (pag. LXIV). in rebus orthographicis Vaticanum 3277 plerumqne secutus sum; quamquam eam quae est in singulis verbis scribendis in hoo libro inconstantiam non ubique reddidi, sed eam scripturam dedi quae et maiore exemplorum numero et aliorum antiquorum codicum consuetudine commendabatur.

CAPUT III.

Haud pauci supersunt versus quorum aut explicatio aut emendatio uberiorem sibi flagitat causarum expositionem quorumque tractandorum adhnc non est oblata opportunitas. eos hoc capite comprehendam.

Lib. I 442 *celerem*, librorum testimonium, Heinsius corruptum esse videns ant *celebrem* aut *scelus! in* proposuit. sed utrumcumque receperis, mortuum esse Iphin in Colchide parum dilucide significatum erit, ut mittam *celebrem* supra quam dici possit languere. itaque *cinerem* scripsi, quam coniecturam Ovidii versu (met. VIII 496) *vos cinis exiguus gelidaeque iacebitis umbrae* satis defendi existimo. — 445 *pendit* Baptista Pins explicuit dictum esse pro *luit* vel *dat poenas*: quamquam enim *pendere poenas* usitatius sit, nihil tamen obstare, qnominus *pendere*, a poeta praesertim, simpliciter dicatur. adstipulatus est Pio Burmannns, adversati sunt Eyssenhardtius (l. l. p. 382) et Kochius, quorum ille *pascit* proposuit, qnamquam pascendi verbum simpliciter positum non minus inusitatum est, hic *servit*, quod si libris traditum esset suspitionem non moveret.

sed sincerum est *pendit.* interpretor enim verba quae sunt *tuis — arcu* ad exemplum huius versus (IV 477) *nec credite culpam saevitiae scelerumve mihi nunc crimina pendi,* ut *ingrato Steropen quod fuderat arcu* vocibus non tam causa significetur, cur Apollo poenas pendat, quam quid sceleris commiserit. — 749 *famulos* Valerii non esse Eyssenhardtius l. l. p. 383 sq. probavit et *tumulo* rescripsit; sed audacius id dictum esse ipse videbat. Kochius l. l. *fragiles* poetam scripsisse coniecit, quod a sententia probum est, sed traditis litteris minus commendatur quam *tremulos* illud, quod ipse proposui et Propertii versu laudato (V 7, 73 *nutrix in tremulis nequid desideret annis Parthenie*) defendi. — 755 *nemusque* Eyssenhardtius vidit non posse dictum esse pro lignis ad sacrificium paratis. neque tamen ideo vox illa emendationis indiget. *nemus* enim intellego ramos et frondes quibus aras a veteribus cingi et ornari solitas esse his testimoniis probatur: Val. III 426 sq. *circum humiles aras ignotaque nomina divum instituit silvaque super contristat opaca,* 456 *summas frondentibus intulit aris dapes*, Verg. Aen. III 25 *viridemque ab humo convellere silvam conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras* (cf. etiam Aen. III 64, VI 216), Ovid. met. VII 242 *Has* (i. e. aras) *ubi verbenis silvaque incinxit agresti.* Eyssenhardtius *animumque* proposuit, Kochius *manumque,* quae coniecturae quid sibi velint fateor me non intellegere.

Lib. II 79 pro *defleta* dixi rescribendum esse *dilecta,* sed nunc video hac coniectura non opus esse. quamquam enim *Lemnos . . . tibi per varios defleta labores* verba insolenter et obscure dicta sunt, neque quae in versu 81 leguntur *nec . . . meritique piget meminisse prioris* cum iis convenire videntur, possunt tamen illa intellegi. praeterea brevitas orationis inde excusationem habet quod fabula de Vulcano in Lemnum a Iove praecipitato vv. 81 sqq. accuratius narrata est. conferantur Wagneri ad haec verba adnotationes. — 95 voces quae sunt *nec fama notior Aetne* languent quam maxime. quam ob rem aut *flamma gratior* aut *flammea gratior* poetam dedisse conieci, quamquam alterum praefero; ut enim Ovidius metam. XV 341 Aetnam *igneam* dixit, sic Valerius hoc loco *flammeam.* de

gratior voce cf. Val. V 104 ***Inopi materna gratior unda.*** — **243** ***orsa feram*** scribendum est. cf. V 471 ***talia miranti propius tulit orsa tyranno.*** — **294** ***miserum*** e libro Carrionis recepi et *furti* elicui e *furtis,* librorum memoria. *furtum* autem intellego callidum illud commentum, quo Hypsipyle subduxit quidem patrem irae Lemniadum, luculentum edens pietatis exemplum, sed Venerem laesit Lemniis merito iratam. cf. v. 281 *ipsam* (i. e. Hypsipylen) *fraudata turbat Erinys.* id furtum *miserum* dixit poeta, quo effectum esset, ut Hypsipyle patrem sive retineret sive lacero navigio committeret in certam mortem mittere videretur. — 439, qui versus vix dici potest quantopere interpretes vexaverit, iam in Carrionis libro Valerii manus restituta est. nam *vates* voce adiectivi loco poeta usus est. verbis autem quae sunt *hactenus in populos diemque missa mane* Valerius dixit, plura quam modo de Samo insula narrasset in lucem se non protracturum esse. — 454 sq. ingeniosa quidem est Peerlkampi coniectura *vocemque secuntur. Vox iterum, iam certa, sonat,* sed non necessaria. *vocis iter* enim est regio qua Hesionae vox ad aures Herculis pervenerat, quod *vacuum* audacter poeta dixit, quia litus desertum erat. — 517 *necdum* librorum scripturam non sanam esse cum Heinsio et Burmanno Eyssenhardtius vidit et scripsit l. l. p. 386 *piceo nox dum tenet omnia caelo* (nam *caeli* typothetae vitium est), usus libri primi versu 617. non dissimile est, quod ipse Valerium dedisse conieceram *nox tum;* quod praetuli, quia Boreae vis significantius describi videbatur, si tenebrae nocti similes ea effectae dicerentur. ceterum Herculis scopulo insilientis et mare turbantis, non beluae vis, ut Eyssenhardtius voluit, cum Borea comparatur. — versum 643 labem traxisse Heinsius et Burmannus perspexerunt; libri enim *longaque iam* exhibent, pro quo Heinsius vel *Longe abit aut* vel *Non ea tam* vel *Non ita iam* proposuit; quae coniecturae omnes reiectaneae sunt, quia *lucis eoae* cum *populis* non potest iungi; nam gentibus in oriente habitantibus Cyzici regnum non erat invervium. id non fugit Burmannum, qui *Nec loca iam* scripsit et his verbis explicuit: 'non ita semota haec et nec difficilis aditu regio, nec reliqua loca ad orientem impervia populis et gentibus. quod colligit

quia novam ratem intrasse Propontida videt.' sed Burmannus a librorum litteris nimis longe recessit. itaque *regnaque* dedi quod ad *lucis eoae* voces referendum est. *regna* autem sunt *terrae*. cf. III 539 *Bacchus . . . cum domitas acies et Eoi fercula regni duceret*.

III 6 *sua*, quod quo referendum esset nescire me dixi in adnotatione, Wagnerus cum *Lesbos* iungit; sed non erat insula Cyzicenorum. si *sua* vox una corrupta est, de qua re dubito, nam *noto* quoque displicet, non video quid rescribatur nisi *cava*, quo vocabulo, cum Lesbus insula anguli ad occidentem versus patentis speciem habeat, figura eius non inepte significatur, ut Plin. nat. hist. VIII 215 Sill. lunam decrescentem *cavam* dixit. — 143 *et* ante *opima* ab Italis insertum est, *Nestor* pro *nostro* in Aldina inveni. sed cum alii tum Scaliger perspexerunt, haec verba aptius Ancaeo tribui quam alii Argonautae veluti Nestori. at *nostro — feretro* si scribitur, Ancaeus rogat socios ne spolia Telecoontis sibi eripiant, quae ipse suo iure postulet: ut haec verba iis quae secuntur *potius mihi dextera ferro navet opus* non contraria sint neque *potius* adverbium locum habeat. deinde *ferro* vocabuli geminatio, quippe quae ad orationem Ancaei aptissima sit, aegre desideratur. quod cum ita esset de *nostro* voce mutanda cogitavi. atque *retro — linquite* quod proposui idem esse interpretor quod *relinquite*. cf. 152 *Zelyn et Broten Abarimque relinquit* et VI 191 *rapit ille necem praedamque relinquit*. sententiae autem hoc modo cohaerent: cingula quidem, quae secum portare possit, Ancaeus Telecoonti detrahit, spolia autem et ipsum cadaver relinquit, ne tempus perdat, quod ad pugnandum aptius conferatur. *opima cadavera* audacter dicta sunt corpora ducis ab alio duce interfecta. conferantur Telamonis verba in versu 201 *di, precor, hunc regem aut aeque delegerit alta fors mihi gente satum*. — 158 *Protin et* e libro Carrionis dedi; sed *Protis* nomen in Papii onomastico non commemoratum est. itaque *Chromin et* proposui; Χρόμις enim Il. *B* 858 Mysonum dux nominatur. cf. Suid. s. v. Χρῶμις. — 167 *hidmon* in libris legitur, quod nomen cum Argonautae sit hic locum non habet. Vossius et Heinsius *Ichnon* ex Aldina receperunt. sed id quoque

nomen in Papii libro deest; itaque *Admon* scripsi, quod Mitylenaei cuiusdam nomen fuisse Suidas testatus est. — 223 pro *auditus*, corrupto librorum testimonio, *reditus* conieci et in contextum recepi, duobus fretus Valerii versibus: III 304 *quinam reditus?* VII 89 '*non*' *ait* '*hos reditus, non hanc, Aeeta, dedisti spem Minyis.*' — 336 *funereae manus* quae essent interpretes dubitaverunt. Burmannus vel servos intellexit, qui domini rogo iniecti simul cremarentur, vel turbam funus prosequentium, Wagnerus manus in funere parando occupatas. sed haec commenta ne ipsis quidem illis viris doctis satis fecerunt. itaque emendatione versum egere ratus Valerium scripsisse conieci *pecudumque morantur inferiae, quod cuique genus* i. e. pecudes secuntur in rogis mortuorum mactandae, prout genus cuiusque fuit et fortuna et cura cognatorum. multa quidem mutavi, sed in versu tam corrupto emendando similitudinem litterarum non tam anxie curandam esse putabam. — versus 440 quoque dum modo possit emendari, nisi librorum testimonio violentius mutato non emendabitur. versum corruptum esse eo cernitur quod *prosectaque partim pectora* verba non est ad quem referantur. quam ob rem Burmannus inter 439 et 440 hiatum esse suspicatus est. contra Heinsius Valerii manum restituisse sibi visus erat pro *pectore per* coniciens *fert ara in*, quae coniectura non displicet. dubium quidem, in sacrificiis lustralibus deis num quid victimae porrigi solitum sit (cf. Schoemann antiqu. gr. II p. 221), sed in versu 426 Mopsus narratur humiles aras extruxisse et v. 443 ea lustraminum pars quae non sit in mare iacta, rapidis flammis cremata esse. deinde *pectora* redundat. neque tamen neglegendum est quod Wagnerus monuit, Mopsi nomen in versu 440 deesse non posse, cum ea quae sequerentur ad eum solum, non ad Idmonem pertinerent; unde coniecturam in margine Bononiensis exemplaris, quo Harlesius utebatur (cf. praef. Harl. p. VII), scriptam *pectora fert Mopsus* recepit. sed cum hoc sacrificium totum ab uno Mopso institutum et perfectum esse poeta narraverit, non est cur timeatur, ne quis ea quae versum 440 secuntur ad Idmonem pertinere putet. quae cum ita sint nescio an Heinsius assecutus sit quid Valerius scripserit. ceterum pro

partem, quod libri habent, ex Aldina *partim* recipiendum est. *obvius* autem Idmon dictus est non quod adversus Mopso staret tamquam minister sacrorum, sed quod obvia voluntate i. e. parato animo Mopsum in sacrificio faciendo adiuvit. — 595 in *notas* voce offenderunt Heinsius et Eyssenhardtius; ille reposuit *nec notas*, hic *nec motas*, quod his verbis explicavit: 'depingit poeta placidam silvae quietem ut amant poetae naturam inmotam cum hominum animis perturbatis comparare.' sed neutra coniectura placet, quia *nunc* in versu 595 deesse non potest, quippe quod priori *nunc* respondeat. itaque librorum scripturam non tetigi. *notas* autem Herculi silvas Valerium dixisse quia is ornum antea et Hylan in illis quaesivisset a Burmanno intellectum est. neque largior Eyssenhardtio, putidum esse *notas*, nam poeta eo significare volebat, iterum Herculem in silvas properasse ad Hylan quaerendum. — 670 dedi quae in Vaticano leguntur *et ego et quocumque voces qua tegmina ferro plura metam*, cum ea neque ab aliis emendata esse indicarem, neque ipse emendare possem. sed nescio an Friderici Iacobsii coniectura Valerii verba recuperata sint, modo pro *ast* ponatur *atque*, ut hic evadat versus: *atque egomet quocumque vocas sequar; agmina ferro plura metam*, cuius haec est sententia: cum Hercules ire soleat quo ipse vult, ego quo tu me vocas sequar et plures hostes ense occidam quam ille clava et arcu. abrupta autem oratio ad ferociam Meleagri egregie convenit. — 731 *axis* dedi, quam coniecturam ab eo qui Monacensem correxit primo prolatam Vossius et Heinsius probaverunt, ut caelum, in quod stellas emergere veteres poetae finxerunt, ipsum stellas tollere diceretur. quod a me propositum est *nox . . . sidera sustulit undis* sic velim intellegi, ut nox sidera quasi iubere dicatur ex undis emergere. cf. IV 90 sq. — post 737 num versum intercidisse recte coniecerim iudicent homines docti. *signa legit* quod e coniectura scripsi longe quidem abit a litteris traditis, sed a sententia non ineptum videbatur. cf. I 710 sq. *fusus humo iuvenis gressus et inania signa ore premit, sparsisque legens vestigia canis* et Verg. Aen. IX 390 sq. *simul et vestigia retro observata legit dumisque silentibus errat.*

Ad lib. IV 26 hanc Dorvillii (ad Charit. V 2) coniecturam proferre debebam: *hoc nemus heu fatis mihi iam domus.* — 187 *hospes* intellegendus est Otreos amicus in Bebrycia relictus. cuius nomen cum in versibus 160 sqq. non commemoratum sit, Heinsium *Dymantis* scribentem sequi non debui. aliud quid latet in corrupto librorum testimonio quod est *tymantis,* fortasse adiectivum aliquod a gentis nomine deductum, quod ad *hospitis* vocem poeta retulerat. cogitabam de *Bityni*, quod Bityniam Mariandyni inter alias gentes incolebant, sed quam parum probabilis sit haec coniectura me non fugit. — 273 *effudit* audacter dictum est pro *effecit*, *ut effunderentur* i. e. exhaurirentur. cf. Ovid. metam. XII 106 '*manus est mea debilis ergo quasque*' *ait* '*ante habuit vires effudit in uno.*' itaque *elusit* coniectura non opus est. *nutus* autem intellego motus et flexus corporis et capitis, quibus ictus Amyci Pollux evitabat. cf. Stat. Theb. VI 771 *interdum nutu capitisque citati integer obsequio.* — 275 *deducere* vocabulum corruptum est, pro quo dubitanter proposui *detrudere.* nam *summos caestus* vocibus puto significari clavos et squamas, quibus caestus, ut Valerii verbo utar, caelati erant. versus autem Statianus, quem ad partes vocavi (VI 764) hic est: *explorant caestus hebetantque terendo.* — 364 sq., quos versus Peerlkampi coniecturis receptis emendatiores dedi quam ante ferebantur, Dorvillius ad Charit. VIII 3 sic poetam scripsisse coniecit: *qua fronte negaret aut quos inventae timuisset Iuppiter Argos?* — 530 *toris* quod *vina* Argonautae reponere dicuntur miror; nempe in mensis vini locus est. itaque pro *vena*, id enim Vaticani testimonium, conieci *vela* quae tapetes intellego, quibus tori tecti erant, quosque Harpyiae turbaverant et inquinaverant. *epulasque reponunt* autem simpliciter dictum est. — 685 *tauros invito detorquet in ilia cornu* latine dictum esse nego. quam ob rem *invitum* proposui. *cornu in ilia detorquere* autem Wagnerus vidit esse tauri caput in terram detrahere, ut ventrem spectet. — versu 715 non potest obscurum esse Valerium exprimere voluisse, ne Tyrrhenum quidem mare cum Aegaeo iunctum tantas aquas habere quam Pontum. iam dixerit quispiam, *quamvis* poetam posuisse pro *vel*, et Tyrrhenum mare cum Aegaeo iunctum eo significasse

quod *volvat* singulari numero diceret. haec tamen explicatio cum parum simplex sit, iis malui adsentiri, qui *quamvis* Valerii esse negarunt. sed una aut altera littera mutata nihil proficimus in manu eius recuperanda. poteram autem hunc versum inter eos tractare, qui glossematis quae dicuntur in verba poetae inlatis corrupti sunt. *iunctus* enim Valerium scripsisse conicio, quod ipsum et *volvat* verbum singulari numero dictum inde puto explicationem habere, quod poeta structura turbata pro *cum Aegone* posuerit *et Aegon*. *quamvis* autem supra versum aliquis scripserat, quo participium illud pro enuntiato concessivo esse significaret. versus qui sequitur, in quo *nec* pro *et* Ioannes Columbus egregie coniecit, propter brevitatem dicendi memorabilis est; haec enim ni fallor poetae mens: nec geminis Syrtibus undae deessent, si tantas aquas haberent, quantas Pontus Euxinus. — 719 *lyces* exhibet Vaticanus, unde Vossius *Lycus* facili quidem mutatione elicuit; sed *Tyres* dedi, quod Maserius in codice aliquo se legisse affirmavit, quia relicui qui hoc versu nominantur fluvii, Ister Hypanis Tanais Melas omnes a septemtrione veniunt.

Lib. V 185 Eyssenhardtius *flumineos flexus* coniecit pro *populeos flexus*; 'non enim' inquit 'intellegitur cur flexus fluminis dicantur non fluminis flexus sed populorum.' sed non vidit vir doctissimus *populeos flexus* Valerium dixisse populos, quae in orbem consitae cingerent quasi Phrixi tumulum. populis autem hoc sepulchrum circumdatum fuisse poeta finxit, quod eam arborem funebrem esse veteres putabant. cfr. Servii ad Aen. V 134 adnotatio: 'aut *populea velatur fronde iuventus* quia ludi funebres sunt, et haec arbor ab Hercule ab inferis allata est, cum canem Cerberum extraheret? nam et ipsa arbor *Acherusia* vocatur.' *flumina* in versu qui sequitur Heinsius non debuit mutare. nam ut concedam Burmannum errasse cum in versu 148 *virides lacus* et hoc loco *virentia flumina* a silvis ea cingentibus dicta esse explicaret, non video cur non Phasis ab aquarum colore virens dicatur, ut IV 719 *flavum Tyren* habemus et sexcentis veterum poetarum locis *flavum Tiberim*. — 239 Eyssenhardtius coniecit *quemcumque procorum nacta peto maneat* pro *q. p. pacta petat maneat*, cum Medea pro-

cos *petere* inepte diceretur, et quod Phrixi phantasma suasisset, ut Medea alicui in matrimonium *daretur*. iisdem de causis ante Eyssenhardtium Burmannus Vaticani scripturam mutaverat. sed non opus est coniecturis. *pacta* enim, ut VI 44, *promissa* est vel *sponsa* et *προληπτικῶς* dictum, ut haec evadat sententia: quemcumque procorum Medea eligat et sponsa sequatur. nam *petere* verbi vis non nimis premenda est. — 254 quod *refusis* e codice Carrionis recepi (*refosis* exhibet Vaticanus), ignaviae me ipse accuso. neque enim ignorabam, quam artificiosa esset Burmanni ratio, qui *spiras refusas* explicari posse dixit laxatas, in longum expansas, quae antea in orbes contractae fuissent. aut *reflexis* dare debebam, quod Baptista Pius invenit, aut *retortis* quod ipse proposui. cf. Columella de re rust. VIII 17 *stagnum habere debet specus iuxta solum eorumque alios simplices et rectos, quo secedant squamosi greges, alios in cochleam retortos.* — 375 *in solo* scripsi pro *insolito* e Heinsii coniectura, quam Burmannus necessariam esse negavit, *insolitum* esse dicens, qualem numquam Medea vidisset, non cognitum, armis et cultu peregrino. stupendi quoque verbum cum ablativo positum exemplis prolatis poetae vindicavit. sed fugit virum doctissimum, *nec minus* ferri non posse, nisi *in una* voces in iis quae antecedunt habeant cui respondeant. hac observatione ductum Heinsium *in solo* coniecisse puto, non quod de stupendi verbo sine *in* praepositione posito dubitaret. — 483 Eyssenhardtius *totum Phoebi nomen* nihil plane esse dixit et *tuto sub nomine Phoebi* coniecit, quod de Pelia Phoebo confidenti aptissime diceretur. equidem *toto* Valerii esse pro certo affirmare ausim, sed dubito num Vossium recte audiverim, qui nomen Phoebi pro Phoebo ipso Valerium posuisse dixit; *numine* potius aut *lumine* dare debebam. significat autem Iason his verbis, Peliam omnium qui in toto orbe terrarum, i. e. quoad pertineat lumen vel numen Phoebi, sint regum potentissimum esse. in versu qui sequitur *totque illa cremantia divos* Vaticanus habet. quae quin corrupta sint nequit dubitari, neque minus dubium quin Italorum et Gronovii coniecturas Eyssenhardtius recte exploserit. id quoque, quod Kochius Valerium scripsisse suspicatus est, eum non scripsisse certum est. nam

cum id agat Iason, ut opes Peliae quantae sint Aeetam doceat, pietatem popularium cur laudet non video. quod ipse conieci *totque illa* vel *ille frequentia dives* etiam nunc non displicet. *frequentia* autem *oppida* puto dicta esse quae incolis frequentia sint. cf. Curtius VIII 7 *Scythiae confinis est regio habitaturque pluribus et frequentibus vicis, quia ubertas terrae non indigenas modo detinet, sed etiam advenas invitat.* ceterum *dives* iam ante me a Zingerlingio fortasse coniectatum est. Gronovius enim 'Zinzerlingus' ait, 'ad lib. I citat *totque illacrimantia dives:* data opera an errore operarum haud scio: videtur non esse temere.' — 578 in verbis quae sunt *quis procul ille virum nobis* non offendo. namque *virum* genetivus est, quem partitivum dicunt grammatici, et a *quis* pendet. *nobis* antem vel *mihi* sententiis interrogativis et exclamationibus πλεοναστικῶς saepe insertum esse notum est. quae secuntur *quem balteus asper subligat* dubium est num integra sint. neque enim intellegi possunt, nisi *subligare* verbi notionem poetam ita inmutasse ponatur, ut idem sit quod *cingere.* cuiusmodi audaciae exempla non nulla supra (pag. XVII sq.) protuli. cf. IV 94. — 648 erravi forsitan, cum pro *possint,* quod in Vaticano legitur, *poscant* ex Aldina recepi. haec enim Martis mens: metuant ergo Iuno et Minerva nec possint, i. e. nec liceat iis insidiis efficere, ut templa mea vellere aureo spolientur.

Lib. VI 129 *Mycael* habet Vaticanus, quod Burmannus coniecit a manu monachorum provenisse, qui saepe nomina sibi notiora antiquis supposuissent. Italorum coniecturis nihil proficimus, nam Micelae, Metletae, Meletae ignoti sunt. ipse Siracorum, Ponticae gentis, nomen (cf. Plin. nat. hist. IV 83 et Tac. ann. XII 15) Valerii versui non debebam inferre. nam *Siraci* in *Mycael* quomodo abierit difficile est explicatu. — 291 *eam* legitur in Vaticano, *viam* e codice Carrionis et editione Aldina recepi. Burmannus obvium esse adnotavit, *viam* poni pro ratione, disciplina quam quis sequeretur. verum id quidem, neque tamen ideo *viam* simpliciter positum hoc loco ferri posse concedo. itaque paenitet me non dedisse Bononiensis editionis lectionem quae est *etiam.* subaudiendum autem ad *didicere* tibi fata tarda peroso parere. — 385 *tamen* Vaticani scriptu-

ram Valerio Burmannus recte vindicavit. cf. Ovid. met. 335 sq. *Clymene . . . lugubris et amens et laniata sinus totum percensuit orbem: exanimesque artus primo, mox ossa requirens, repperit ossa tamen peregrina condita ripa.* contra pro *protulit* e Monacensi *propulit* recipiendum, etsi machinae ruina ingentem urbem eversam esse satis inepte dictum est. nam Heinsii coniectura *ingentem protulit umbram* nihili est, quia machina cum stat maiorem umbram facit quam cum cadit. — 394 *diluvio* displicuit Dorvillio, qui ad Charit. VI 8 haec adnotavit: 'non belle hac voce usus est Valerius; nam miscet propriam et metaphoricam locutionem in ea ipsa re, in qua iam instituerat comparationem. idem igitur est ac si quis scribat: ceu rapidus torrens ruit; tali torrente hostes sternit pro tali impetu: hic potuisset *impete non alio.*' — 441 cum relicuis editoribus *fremitus* dedi e codice Carrionis pro *fletus,* quod in Vaticano legitur. sed dubito num murmura magica vel *magicus stridor,* qui apud Tibullum est I 2, 47, *fremitus* recte dicatur, cum ea voce magnus clamor, qui metus sit aut irae aut indignationis, plerumque significetur. ideo *ad cantus* proposui, quod eiusdem carminis Tibulli v. 59 sq. defendo: *nempe haec eadem se dixit amores cantibus, aut herbis solvere posse meos.*

Lib. VII v. 156 sq. *quando ardor hebet, leviorque pudori mensque obnixa malo* a Vossio et Heinsio coniecturis temptati sunt, quibus non opus est, quamquam non nego verba illa cum propter *que* copulam traiectam tum propter *est* omissum intellectu difficiliora esse. haec autem est eorum sententia: quando ardor amoris hebet mensque levior pudori est i. e. proclivior ad pudorem et malo i. e. amori obnixa. *pudori* enim ad *levior* referendum, ut Wagnerus vidit, non ad *obnoxia,* quod Burmannus voluit, cui *levis mens* inconstans esse videbatur. — 226 Vaticani scriptura reducta dedi *quippe etiam repetentur munera divum,* quibus verbis Pius vidit Circen significare, paulo post Italiam se repetituram esse et ea quae ibi a diis accepta possideret. faciliorem reddidissem horum versuum intellectum si verba illa inclusissem. quae Heinsius et Burmannus Valerium scripsisse coniecerunt prosae orationi magis convenire videntur quam carmini. — 287 Eyssenhardtius pro *ruebat*

coniecit *tuetur*, non videns ille *ruebat* imperfectum esse quod conatus dicunt grammatici. id quod Burmannus intellexit, qui *strictumque ruebat in ensem* hoc modo interpretatus est: 'simulque stricto gladio mortem sibi inferre parabat.' — 302 *infectis vittis* quod libri habent Valerii non esse patet. Heinsium sequi debebam, qui *iniectis vinclis* poetae reddidit, quamquam cornibus Bacchi vincula iniecta esse non pulchre fictum est. — 456, de quo versu emendando Burmannus desperavit, audacissimam Heinsii coniecturam recepi et scripsi *nam iam matura ruebant sidera et extremo se flexerat axe Bootes;* in Vaticano enim legitur *neque enim m. r. s. et extremum suffecerat a. boontem.* hodie dubito num recte a codicis praestantissimi testimonio tam longe recesserim. cum enim in versu 499 Iason per sidera iuret Medeae nutu *redeuntia* et in versu 538 Medea postquam cum Iasone multa collocuta sit et Martis lucum adierit *sub extremis umbris* in urbem rediisse narretur, in versibus de quibus agitur Vaticani scriptura fortasse teneri potest, una *suffecerat* voce in *suffixerat* mutata, quod iam in Bononiensi editione factum est. ut haec sit versuum illorum sententia: neque enim sidera quamquam occasui matura erant cadebant, cum a Medea magicis artibus in caelo retinerentur, quae effecerat, ut Bootes quoque ad polum Arcticum fixus staret. poetam excusare voluisse suspicor, quod noctem illam tam longam fuisse finxerit. — 514 quoniam Valerius *deicit* vocis syllabam primam producere solitus est, cum Italis dedi *deicit hinc* pro *nunc deicit*, quod Vaticanus et Parisinus exhibent. sed cum *nunc* vocula propter *nunc ora levat* quae 512 leguntur aegre careamus et cum *i* littera in compositis verbi quod est iacere Quintiliani tempore vocalis instar fuerit (cf. Luc. Muelleri de re metr. poet. Lat. pag. 250), librorum scripturam dubito num recte neglexerim. neque enim absonum est, Valerium *de* syllabam propter vocalem insequentem corripuisse. — 550 *tuque tuum morti Graium da nata draconem* Eyssenhardtius coniecit, cum Vaticanus habeat *partim Graium.* sed *patri* vox quam Heinsius restituit aegre desideratur, ut mittam Eyssenhardtii illa tam difficilem habere intellectum, ut ne Valerium

quidem, quem orationis obscuritatem adfectasse sciamus, talia scripsisse probabile sit. — 572 Eyssenhardtius *fluctu* non debuit mutare in *rictu*. apte enim siquid video poeta fumum cum igni a tauris provolutum, flumini comparat e rictu naribusque eorum exorienti.

Libri octavi versum 269 (*o pudor!*) *et muros et stantia tecta reliquit* Eyssenhardtius recte iudicavit Burmannum perverse explicasse, cum ironiam in eo inesse diceret. haec potius Absyrti mens, pudendum esse, Argonautas Medeam rapuisse, quamquam urbs staret neque propugnatores ante occisi essent. itaque Eyssenhardtii coniectura *inania* pro *stantia* rescribentis versus ille non eget.

Verum haec quidem hactenus. scio multa in Argonauticis superesse quae nondum persanata sint, sed spero fore ut, paratis emendandi instrumentis, hominum doctorum studia poetae tam diu neglecto succurrant eumque sui similiorem reddant. quod si hac editione effecero et unam alteramve coniecturarum mearum iis penes quos his de rebus iudicium est probavero, satis magnum laboris pretium mihi tulisse videbor.

Scribebam Halis Saxonum mense Novembri MDCCCLXIII.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Prol. pag. 4, 4 leg. nescio
„ 7 extr. leg. iam
„ 17 Kochii (mus. Rhen. XVIII p. 164) coniecturam omisi quae haec est: at sociis immota fides, austrisque secundis Cunctantur, nec parvus Hylas, quamquam omnibus aeque Gratus erat, movet, Herculeo sub nomine pendent.
„ 26, 6 pro 'omnes' dicendum erat 'plerique'; nam Heinsius ut hunc nominem Argonautica a Valerio perfecta esse putavit.
„ 30, 11 a fin. leg. videor
„ 44, 5 a fin. ad *laeta* defendendum VI 542 sqq. proferre poteram.
„ 55, 12 et 11 a fin. leg. eas — turbas

In carmine Valerii I 155 post *undas*, I 181 post *harenas*, II 492 post *Apollo* ' signum omissum est.
III 9 leg. abscessu
III 423 leg. accommodat
inter V 176 et 177 continuitas versuum interrumpenda erat.
VI 110 post *ferro* comma delendum
VI 370 leg. Euryales
VII 268 leg. precor
VII 314 leg. demittere
VII 377 leg. insurgere.

In adnotatione critica ad I 147 *acclinisque* Carrionis librum exhibere omisi.
ad I 337 post *minantem* C littera inclinari debebat ut P ad I 597 post *perturbat*
ad I 781 leg. 815
ad I 829. IV 417. V 72 dicere debebam *lacuna est in V* pro *lacunam significavi*

ad II 58 addenda est Kochii coniectura (l. l. p. 163): certusque ad talia Titan Integer in fluctus et pleno decidit orbe.

ad II 60 addendum est, *uitis* legi pro *ratis* in codice Parisino 7647

ad II 236 post voces quae sunt *passim ignibus atris* distinctio (.) omissa est

ad II 415 Kochii coniectura (l. l.) addenda: mox aetheris alti Astabat mensis

ad III 143 leg. o prima *C*

ad III 461 Kochii coniectura addenda: nunc nigras nemorum procurrit ad umbras.

ad V 578 in coniectura Francii post *autem* omissum est *nobis*

ad VI 522 leg. acri sternit equo

ad VII 341 post *virit* punctum omissum est

ad VIII 164 addenda est Peerlkampi coniectura ad Hor. sat. II 3, 72 (pag. 114): atque alieni gaudia vultus Semper erant.

ad VIII 398 Weicherti coniecturam omisi: ut in seros iret magis ista (i. e. Erinys) nepotes.

INDEX VERSVVM IN PROLEGOMENON CAPITE PRIMO ET SECUNDO TRACTATORUM.

C. VALERI FLACCI

ARGONAVTICON

LIBRI OCTO

V codex Vaticanus 3277.

M codex Monacensis.*)

P codex Vaticanus 1613 in libro primo tertio quarto, in secundo Ottoboniani 1258 et Vaticani 1613 consensus; ubi discrepant alter ab altero *P* significat Ottobonianum, *π* Vaticanum.

C codex Carrionis.

m codicis Monacensis manus altera.

c editio Carrionis altera.

Bon. editio Bononiensis a. 1498.

Ald. editio Aldina a. 1523.

ψ Bononiensis et Aldinae consensus.

---

*) in huius codicis scripturis laudandis quam rationem secutus sim supra (prol. p. LXIV) non prorsus recte exposui. nam in primo quoque libro ubi in *M* aliud esse quam in *V* non adnotatum est, idem in utroquo legitur.

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER PRIMVS.

Prima deum magnis canimus freta pervia natis
fatidicamque ratem, Scythici quae Phasidis eras
ausa sequi mediesque inter iuga concita cursus
rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.
Phoebe, mone, si Cymacac mihi conscia vatis
stat casta cortina demo, si laurea digna
fronte viret. tuque o, pelagi cui maior aperti
fama, Caledonius postquam tua carbasa vexit
Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos,
eripe me populis et habenti nubila terrae,
sancte pater, veterumque fave veneranda canenti
facta virum. versam proles tua pandet Idumen
(namque potest), Solyme nigrantem pulvere fratrem

INCIPIT . C. VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . LIBER . PRIMVS . *M*, CAI . VALERII . FLACCI . BALBI . SETINI. ARGONAVTICON . LIBER . PRIMVS . INCIPIT FELICITER *P*

1 natis *Vaticanus* 1653: nautis *VPc* 4 olimpo *M* 5 cymacae *M:* cymeae *Vc*, cumeae *P*, cumaeae *m* michi *M*, *ut semper*
le
concita *P* 7 Fronde *P* 8 cadonius *V*, chaledonius *P* 9 frigeos *M* (frygios *corr. m*) Iulos] *cf. Lucianus Muellerus de re metrica poetarum Latinorum p.* 257 10 habenti *m:* habent *VP*, habet *M* 11 memoranda *Francius et Nicolaus Heinsius* 12 uersum *MP*, versa — Idume *Heinsius* pandet *I. F. Gronovius observat.* IV 12: pandit *VPc*, pandat *Ald.* idymen *V*, ydimen *MP*, ydumen *P m. pr. in marg.* 13 Nanque *P*, Iamque *Gronovius l. l.*, *ut distinguatur post* Idumen, *parenthesis tollatur*, pandere *subintellegatur* potes *MC*, pote et *Andreas Schottus observat.* II 56 *fortasse coniunctis Gronovii et Heinsii coniecturis legendum est* versa proles tua pandet Idume (iamque potest) Solymo *e. q. s. iam capta esse Hierosolyma poeta auguratur. cf. Weichertus in Beckii actis sem. reg. Lips. vol.* II *p.* 2 *pag.* 326 solimo *MP*

spargentemque faces et in omni turre furentem.
ille tibi cultusque deum delubraque genti
instituet, cum iam, genitor, lucebis ab omni
parte poli. neque enim Tyriis Cynosura carinis
certior aut Grais Helice servanda magistris,
cum tu signa dabis, seu te duce Graecia mittet
seu Sidon Nilusque rates. nunc nostra serenus
orsa iuves, haec ut Latias vox impleat urbes.

Haemoniam primis Pelias frenabat ab annis,
iam gravis et longus populis metus: illius amnes
Ionium quicumque petunt, ille Othryn et Haemum
adque imum felix versabat vomere Olympum.
sed non ulla quies animo fratrisque paventi
progeniem divumque minas; hunc nam fore regi
exitio vatesque canunt pecudumque per aras
terrifici monitus iterant: super ipsius ingens
instat fama viri virtusque haut laeta tyranno.
ergo anteire metus iuvenemque extinguere pergit
Aesonium letique vias ac tempora versat.
sed neque bella videt Graias neque monstra per urbes
ulla. Cleonaeo iam tempora clusus hiatu

---

14 facies *V* 15 Illa *ψ* gentis *Heinsius* 16 iam *Mc: om. V*, tu *P* genitor *vocandi casu dictum esse vidit Weichertus epist. ad F. G. Sturzium data Grimae* 1824, senior *Heinsius*, *qui* seu tu meriti *Gronovium maluisse testatur* ab alta Arce *Heinsius* 17 poli *MP:* polyi *V* eĩm *P m. sec. in ras.*, in *M*, enim in *ψc*, erit *Heinsius* Tyriis-carinis *H. Friesemannus coll. crit. Amstelod.* 1786 *p.* 68: tyrias — carinas *VPc*, Tyriae — carinae *Heinsius* cinosura *P* 18 Certius *Heinsius* grays *M* (graiis *corr. m*) magistr//s *V (una lit. erasa)*
19 cum *scripsi:* Seu *VPc*, si *Gronovius observat.* I 18, quam *Valentinus Slothouwer animadvers. crit. in actis literariis societatis Rheno-Traiectinae* III *p.* 167 seu] si *Gronovius l. l.* mit////// *V (tres lit. crasae)*
20 seu *Slothouwer l. l.:* Et *VPC* sydon *Cm* 22 *et* 23 *habet Parisinus* 7647 priinis *Paris.* 23 amnes *Sabellicus:* omnes *VPC*, ore *Paris.*
24 quicunque *P* othrym *P*, otrim *M*, otryn *m* hemum *P* 25 Atque *MP*, *ut semper* olympum *P:* olimpum *V* 28 pecodumque *P* (pecudumque *corr. m. sec.*) 30 aud *M*, haud *Pm* leta *P* 31 extunguere *M* 32 letique *Pm:* laetique *V* 33 nec monstra *P* 34 claconeo *V*, cleonoeo *P* tempore *M* clausus *C* hyatu *P*

Alcides; olim Lernae defensus ab angue
Arcas; et ambobus iam cornua fracta iuvencis.
ira maris vastique placent discrimina ponti.
tum iuvenem tranquilla tuens nec fronte timendus
occupat et fictis dat vultum et pondera dictis.
'hanc mihi militiam, veterum quae pulchrior actis,
adnue daque animum. nostri de sanguine Phrixus
Cretheos ut patrias audisti effugerit aras.
hunc ferus Aeetes, Scythiam Phasimque rigentem
qui colit (heu magni Solis pudor!), hospita vina

. . . .

nil nostri divumque memor. non nuntia tantum
fama refert: ipsum iuvenem tam saeva gementem,
ipsum ego, cum serus fessos sopor alligat artus,
aspicio, meque adsiduis lacera illius umbra
questibus et magni numen maris excitat Helle.
si mihi quae quondam vires, vel pendere poenas
Colchida iam et regis caput hic adque arma videres.
olim annis ille ardor hebet, necdum mea proles
imperio et belli rebus matura marique.
tu, cui iam curaeque vigent animique viriles,

---

35 laernae *VP* 36 Archas *C* 38 Cum *c* tuens *C Ald:* timens *VP* timendis *M* 39 fictis uultus dat et pondera dictis *habet Parisinus* 7647 dictis] verbis *malo cum Baptista Pio et Burmanno* 41 manum *aut* animo *Heinsius* fryxus *P* 42 Creteus *P* audis *M*, auidus *P* aufugerit *esse in codice suo Carrion testatus est in castigationibus*, effugerit *in eo legi in scholiis adnotavit et in utraque editione expressit* 43 Acetes *Ald.:* eta *V*, oeta *M*, Oeta *P* (O *add. m. sec.)* 44 magnus *Francius inter* 44 *et* 46 × *signum minio pictum est in marg. V, M et relicui quos vidi saec. XV libri praeter P et Vaticanum* 1614 *hunc habent versum* Inter et attonitae (adthonitao *M*, *sed* h *post deletum)* mactat sollemnia (solepnia *M*, solemnia *m*) mensae. *Carrion eum expressit neque a codice suo abesse adnotavit. pro* attonitae *coniecit* admotae *Heinsius* 46 duumque *M* 47 ferentem *Friesem. l. l. p.* 71 48 fessos *MPV m. sec.:* fessus *V* adligat *M* 49 meque assiduis lacera *C:* lacera adsiduis (assidnis *P*) namque *VP* 50 hellae *P* 51 pondere *P* 55 negetant *e* uigent *corr. P m. sec. fuerunt qui legerent* annique

i, decus et pecoris Nephelaei vellera Graio
redde tholo ac tantis temet dignare periclis.'
talibus hortatur iuvenem, propiorque iubenti
conticuit, certus Scythico concurrere ponto
Cyaneas, tantoque silet possessa dracone
vellera, multifidas regis quem filia linguas
vibrantem ex adytis cantu dapibusque vocabat,
[et dabat hesterno liventia mella veneno.]

Mox taciti patuere doli nec vellera curae
esse viro; sed sese odiis inmania cogi
in freta, qua iussos sectantem quaerere Colchos
arte queat. nunc aerii plantaria vellet
Perseos aut curru saevos frenasse dracones
creditus, ignaras Cereris qui vomere terras
imbuit et flava quercum damnavit arista.
heu quid agat? populumne levem veterique tyranno
infensum adque olim miserantes Aesona patres
advocet? an socia Iunone et Pallade fretus

56 *suo loco legitur in M, post* 64 *in VP* Id *Vm. sec.*, Nec *P m. sec.* *distinctionem qua usus sum debeo Burmanno, qui et, sublata post* viriles *interpunctione*, in decus, i *coniecit.* in decus i, *Heinsius* 58 ortatus *M*, hortatus *Burmannus* propiorque *m:* propriorque *VP* iubenti *PVm. sec. m:* iuuenti *V*, uiuenti *M* 59 certus *Pm:* certis *V* 62 aditis *M* 63 *seclusi: ex* VIII 96 *sq. effictus videtur* hesterno ψ: externo *VPC*, alterno *Heinsius*, interno *Eyssenhardtius mus. Rhen.* XVII *p.* 379 liuentia *M* (u *radendo e* b *correcto*): libentia *VP* (libantia *in utroque corr. m. sec.*) 64 taciti] iuveni *Wagnerus* uellerea *V* 65 immania *P* 66 sic tandem ψ *c* perdere *est coniectura viri docti i. marg. Vaticani Venetae editionis exemplaris ab Heinsio inspecti, quam probat Burmannus, nisi quod pro* qua *mavult* quo quo iussos sectantem avertere Colchos Arte queat? *aut* qua iussos sectando inquirere Colchos Arte queat, nunc *c. q. s. Heinsius* 68 Perseas *Vm. sec.* curru — creditus] *dedi quae sunt in VP, cum verba nondum probabiliter emendata videantur.* curru ut *C*, currum, ut *praeeunte Bulaeo Burmannus. fortasse* cuperet *et* frenare seuos *M* dracones *MP:* drachones *V* 69 Triptolemi *Schottus observ.* II 54, creditae ut *Heinsius terminata* dracones *voce sententia. fortasse* illius. *olim scriptura quae v.* 68 *est in VP non mutata conieceram* fertur ut [1] cereres *V* qui ψ: quo *VP* 70 Imbuat *Vm. sec.* damnabit *Vm. sec.*

armisona superet magis et freta iussa capessat,
siqua operis tanti domito consurgere ponto
fama queat? tu sola animos mentesque peruris,
Gloria! te viridem vidit immunemque senectae
Phasidis in ripa stantem iuvenesque vocantem.
tandem animi incertum confusaque pectora firmat
religio, tendensque pias ad sidera palmas,
'omnipotens regina,' inquit 'quam, turbidus atro
aethere caeruleum quateret cum Iuppiter imbrem,
ipse ego praecipiti tumidum per Enipea nimbo
in campos et tuta tuli nec credere quivi
ante deam, quam te tonitru nutuque reposci
coniugis et subita raptam formidine vidi,
da Scythiam Phasimque mihi; tuque, innuba Pallas,
eripe me. vestris egomet tum vellera templis
illa dabo; dabit auratis et cornibus igni
colla pater niveique greges altaria cingent.'

Accepere deae celerique per aethera lapsu
diversas petiere vias. in moenia pernix
Thespiaca ad carum Tritonia devolat Argum.
moliri hunc puppem iubet et demittere ferro
robora Peliacas et iam comes exit in umbras.
at Iuno Argolicas pariter Macetumque per urbes
spargit, inexpertos temptare parentibus austros

74 duret *Heinsius.* *idem cum in duobus saec. XV libris pro* freta *invenisset* fera *conicicbat* superet maria et fera i. c. 76 tu — Gloria *habet Parisinus* 7647 mentesque *Paris.:* mentemque *VPe* 78 ripas *M* stantem *MP:* stentem *V* 79 incoeptum *C* 80 Religio *M:* Relligio *VPm* 82 Aethera *Cm* caeruleum *M:* cerulaeum *V*, ceruleum *P* imbre *CM* aegida caeruleam q. c. I. imbre *Heinsius.* *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 354 *C sequitur* 88 tum *P:* tunc *V* 89 et] sua *Heinsius.* *idem conicit* d. aurato praesignia cornu c. p. 90 Colla *M:* Colca *V*, Colcha *P* tingent *cum Gerardo Vossio Heinsius* 91 Acepere *MPVm. sec.:* Accipere *V* caelerique *P* 92 petie[re] *V* 93 ad *C:* et *VP* ag[r]um *V* 94 dimittere *P* (demittere *corr. m. sec.*) 95 umbras *Sabellicus:* undas *VPC* 96 macedumque *MPVm. sec.* 97 tentare *Pm* anstros *M* (austros *corr. m*)

Aesoniden; iam stare ratem remisque superbam
poscere quos revehat rebusque in saecula tollat.
Omnis adest quae iam bellis spectataque fama
turba ducum, primae seu quos in flore iuventae
temptamenta tenent necdum data copia rerum.
at quibus arvorum studiumque insontis aratri,
hos stimulant magnaque ratem per lnstra viasque
visi laude canunt manifesto in lumine Fanni
silvarumqne deae atqne elatis cornibus Amnes.
Protinus Inachiis ultro Tirynthins Argis
advolat, Arcadio cuins flammata veneno
tela puer facilesque umeris gaudentibus arcus
gestat Hylas: velit ille quidem, sed dextera nondum
par oneri clavaeque capax. quos talibus amens
insequitur solitosque novat Saturnia qnestus.
'o utinam Graiae rueret non omne iuventae
in nova fata decus, nostriqne Eurystheos haec nunc
iussa forent! imbrem et tenebras saevumque tridentem
iam iam ego et inviti torsissem coniugis ignem.
nunc quoqne nec socium nostrae columenve carinae
esse velim, Herculeis nec me umquam fidere fas sit
auxiliis comiti et tantum debere superbo.'
Dixit et Haemonias oculos detorquet ad undas.
fervere cuncta virum coetu, simul undique cernit
delatum ncmus et docta resonare bipenni

---

98 Aesonidem *P* 99 saecula *P:* secula *V*, sidera *Burmannus* *ante* 100 *unus versus intercidisse videbatur Heinsio* adest *m i. marg.:* habet *VP*, avet *C Bon.*, abit *Ald.*, adit *Maserius*, ovat *Heinsius* spectataque *MP:* spactataque *V* quae] seu *Heinsius* forma *M* 102 Tentamenta *Pm* 103 armorum *P* (aruorum *corr. m. sec.*) studium atque *Heinsius* 105 Visi *Heinsius:* Iussi *VPc* 107 tiryndius *V*, tirrinthius *P* (tyrinthius *corr. m. sec.*), tirinthius *M* Argis *ψ*: agris *VP* 108 archadio *CM* armata *m i. marg.* 109 humeris *VP* archus *M* 110 hilas *P* non dum *C* 113 rueret *M:* grueret *VP* 114 facta *M* heuristheos *M*, euristeos *P* 116 invicti *C* torsissem *MP:* torrissem [ll] *V* 117 Hunc *C* columemque *P* 118 unquam *P* 119 Auxiis *V* 120 detorxit *P* 122 ducta *Gronovius observ.* I 13

litora; iam pinus gracili dissolvere lamna
Thespiaden, iungique latus, lentoque sequaces
molliri videt igne trabes, remisque paratis
Pallada velifero quaerentem bracchia malo.
constitit ut, longo moles non pervia ponto,
puppis, et ut tenues subiere latentia cerae
lumina, picturae varios superaddit honores.
hic insperatos Tyrrheni tergore piscis
Peleos in thalamos vehitur Thetis; aequora delphin
corripit; illa sedet deiecta in lumina palla,
nec Iove maiorem nasci suspirat Achillen.
hanc Panope Dotoque soror laetataque fluctu
prosequitur nudis pariter Galatea lacertis,
antra petens; Siculo revocat de litore Cyclops.
contra ignis viridique torus de fronde dapesque
vinaque et aequoreos inter cum coniuge divos
Aeacides, pulsatque chelyn post pocula Chiron.
parte alia Pholoe multoque insanus Iaccho
Rhoetus et Atracia subitae de virgine pugnae.

---

123 Lictora *M*, Littora *P*   124 Thespiadem *MP*   iungique t
n c
litera erasa correctum est in P: iugitque *V*, iungitque *M*   126 brahia *V*, brachia *MP*   127 longe *Ald.*   128 *aut post* puppis *interpunctio tollenda aut* stuppaque ut et *scribendum videbatur Heinsio*   cerae *P:* caerae
etenim
V   130 insperatos *Gronovius observ.* IV 13: spectes   *V* (ctes etenim *add. m. sec., prima quinque fere literarum spatium reliquerat*), sperata *M*, insperato *P (et* in *additum et* o *ex* a *correctum a m. sec.)*, insperato *C*, sperata sedens *ψ*   130 tyrrheni *Pm:* tyrreni *V*, thyrreni *M*   132 Corripit illa sedet *C (ut videtur):* Corripit sedet *V* (Corripuit residet *corr. m. sec.)*, Corripit sed *M*, Corripuit sed et *P*, Corripuit, silet haec
l
ψ, Carpit, at illa sedet *Heinsius*   pala *V*   133 Achillen *scripsi:* achille *V*, achillem *MPV m. sec.*   134 clotoque *P*   lactataque *M*, iactataque *ψ*   135 niveis *Hemsterhusius ad Luciani dial. mar.* I 3   galathea *P*   136 *post* petens *distinguendum esse vidit Heinsius, negavit Hemsterhusius*   137 ignes *P*   uiridisque *V m. sec.*   thorus *MP*
cl h
139 Aeades *V*   celin *V*, chelin *M*, chelim *P*   140 Pholos est *Heinsius*   infamis *P*   141 Rhoetus *MP:* Rboetus *V*, Rhetus *C*   atracia *m:* racia *V*, tracia *M*, trachia *P*, extracta *C*

crateres mensaeque volant araeque deorum
poculaque, insignis veterum labor. optimus hasta
hic Peleus, hic ense furens adgnoscitur Aeson.
fert gravis invito victorem Nestora tergo
Monychus; ardenti peragit Clanis Actora quercu;
nigro Nessus equo fugit, adclinisque tapetis
in mediis vacuo condit caput Hippasus auro.
Haec quamquam miranda viris stupet Aesone natus,
et secum: 'heu miseros nostrum natosque patresque!
hacine nos animae faciles rate nubila contra
mittimur? in solum nunc saeviet Aesona pontus?
non iuvenem in casus eademque pericula Acastum
abripiam? invisae Pelias freta tuta carinae
optet et exoret nostris cum matribus undas.
Talia contanti laevum Iovis armiger aethra
advenit et validis fixam erigit unguibus agnam.

144 Hac Peleus, hac parte *C* agnoscitur *VP* 146 Monichus *VP* clarus *P*, Clytus *Ald.* Actora *C Ald.:* auctora *VP*, antora *M* 147 Aegro *Heinsius*, Pigro *Broukhusius in epist. ad Burmannum data* equo *MP:* aequo *V* accliuisque *P* tapeti *Heinsius* 148 Inpexum *Burmannus, cum in codice quo utebatur* In nexus *invenisset.* in medio fatuum c. c. H. antro *Eyssenhardtius l. l. p.* 379 *sq.* hippasus *M:* hispasus *V*, hyspasus *P* 149 Haec *MP:* Hec *V*, Nec *Pius* quanquam *P*, tamquam *Burmannus* viris] at vix *Eyssenhardtius l. l. p.* 380 aesone natus *M:* aeson|||;|||atus *V (tres fere literae erasae sunt.* pyt *super scripsit m. sec.)*, hesone natus *P* *Broukhusius in epistola ad Burmannum data pro versu Valeriano deperdito hunc a nugatore aliquo additum esse iudicat* 150 Et *MP:* Haec *V m. sec. in ras.*, At *Heinsius* natosque] matresque *Burmannus* 151 Haci^{ne} *V*, Haccine *MP* viles *Heinsius* 152 Nitimur *Burmannus* num *esse in codice suo Carrion testatus in scholiis, in castigationibus in eo* nunc *legi affirmavit, quod in editione secunda exprimendum curavit.* num *Sabellicus coniecerat* seviet *VP* 153 Nam *V m. sec.* acastum *MPV m. sec:* castum *V* 154 Arripiam *P* (r *prius in ras. a m. sec.*) 155 matri^{bus} *V* 156 contanti *Bon.* (*idem aut* cunctanti *scribi iussit Gronovius observ.* I 18): conanti *Vc*, tonanti *P* laeuum *P:* leuum *V* aethram *P* 157 erigit *libri saec. XV haud pauci, placuit Gronovio Heinsio Lachmanno ad Lucr.* I 360: uegit *V* (ue *a m. sec. in ras.*), gerit *M* (ger *a m. pr. in ras., erasae sunt quattuor literae quarum extrema* q *fuisse videtur*), rapit *P*, gerit *C*, vehit *Heinsius*, eripit *Burmannus*

at procul e stabulis trepidi clamore secuntur
pastores fremitusque canum; citus occupat auras
raptor et Aegaei super effugit alta profundi.
accipit augurium Aesonides laetusque superbi
tecta petit Peliae. prior huic tum regia proles
advolat amplexus fraternaque pectora iungens.
ductor ait: 'non degeneres, ut reris, Acaste,
venimus ad questus: socium te iungere coeptis
est animus; neque enim Telamon aut Canthus et Idas
Tyndareusque puer mihi vellere dignior Helles.
o quantum terrae, quantum cognoscere caeli
permissum est! pelagus quantos aperimus in usus!
nunc forsan grave reris opus; sed laeta recurret
cum ratis et caram cum iam mihi reddet Iolcon,
quis pudor heu nostros tibi tunc audire labores!
quam referam visas tua per suspiria gentes!'

Nec passus rex plura virum. 'sat multa parato
in quaecumque vocas; nec nos' ait, 'optume, segnes
credideris patriisve magis confidere regnis,
quam tibi, si primos duce te virtutis honores
carpere, fraternae si des adcrescere famae.
quin ego, nequa metu nimio me cura parentis
inpediat, fallam ignarum subitusque paratis
tunc adero primas linquet cum puppis harenas.

---

158 secuntur *M:* sequuntur *VP* 160 at *Heinsius* aegei *VP* 162 tuno *P* 164 acastae *VP* 166 thelamon *P* canthus et *M:* candidus *V* (dus *a m. pr. in ras.*), candus et *P* 167 Tyndareusque *P:* Tyntharcusquc *V*, Ṫindareusque *M*, Tyndareosque *aut* Tyndariusque *Heinsius* 171 iolchon *P* 172 nunc *P* 173 Quas *P* suspira *M* 174 sat *P:* stat *V* paratos *Slothouwer l. l. p.* 168 175 quaecunque *MP* optime *P* 177 honores *MPVm. sec.:* honoris *V* 178 si des *Carrion ('incertum an ex suis membranis'), placuit Heinsio:* cueniet (q. above) *V* (cueniet *a m. sec. in ras.*, q. *utrum a m. pr. esset an a sec. discernere non potui*), sed et *M*, sede *P*, sedeatquo *Vaticanus* 1653 *Bon.*, liceatque *Ald.* acrescere *M*, accrescere *Pm*, accedere *c* 180 Impediat *MP* subitusque (o above) *M* (o *utra manus scripserit discerni non potest*) paratis *ψ*: paratus *VP*

dixerat. ille animos promissaque talia laetus
accipit et gressus avidos ad litora vertit.

At ducis imperiis Minyae monituque frequentes
puppem umeris subeunt, et tento poplite proni
decurrunt intrantque fretum. non clamor anhelis
nauticus aut blandus testudine defuit Orpheus.
tum laeti statuunt aras. tibi, rector aquarum,
summus honor, tibi caeruleis in litore vittis
et Zephyris Glaucoque bovem Thetidique iuvencam
deicit Ancaeus. non illo certior alter
pinguia letifera perfringere colla bipenni.
ipse ter aequoreo libans carchesia patri
sic ait Aesonides: 'o qui spumantia nutu
regna quatis terrasque salo conplecteris omnes,
da veniam. scio me cunctis e gentibus unum
inlicitas temptare vias hiememque mereri:
sed non sponte feror, nec nunc mihi iungere montes
mens tamen aut summo deposcere fulmen Olympo.
ne Peliae te vota trahant: ille aspera iussa
repperit et Colchos in me luctumque meorum.
illum ego —. tu tantum non indignantibus undis
hoc caput accipias et pressam regibus alnum.'
sic fatus pingui cumulat libamine flammam.

---

183 gressus *MP:* gresus *V* lictora *M*, littora *P* uortit *M* 184 myn(i)ae *V*, myniao *MP* 185 humeris *MP* 186 hanelis *P* 189 lictore *MP* uittis *M:* uictis *VP* 190 zephiris *VP* claucoque *P* iuuencam *C:* iuuencum *VP* 191 Dicit *M* tertior *P* 192 Pinguia *MPV m. sec:* Pingua *V* letifera *P:* laetifera *V* 193 Ipse patri aequoreo libans carchesia Bacchi *Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 77 195 complecteris *MP* 196 e *in P a. m. sec. in ras. scriptum* 197 Illicitas *P* tentare *Pm* hiememque *MP:* hiemenque *V* mer(i)ere *V*, uereri *M* (mereri *in marg. ead. m.*) 198 mortes *Burmannus* 199 tumet *Pius* haud *P*, et *Slothouwer l. l. p.* 168 201 Repperit *MP:* Reperit *V* 202 Illum ego tu *M:* Illi mi.. *V**) (Ille meum *corr. m. sec.*), Ille metu *P*, Illum tu! — *E. Klussmannus in Leutschii philol.* XI *p.* 591 indignantibus *MP:* indigna(n)nantibus *V* 204 pigui *V* libamine *MPV m. sec.:* libamina *V*

---

*) *duobus punctis duarum literarum lacunam significavi.*

Protulit ut crinem densis luctatus in extis
ignis et ascendit salientia viscera tauri,
ecce sacer totusque dei per litora Mopsus,
inmanis visu, vittamque comamque per auras
surgentem laurusque rotat. vox reddita tandem,
vox horrenda viris; tum facta silentia vati.
'heu quaenam aspicio! nostris modo concitus ausis
aequoreos vocat ecce deos Neptunus et ingens
concilium. fremere et legem defendere cuncti
hortantur. sic amplexu, sic pectora fratris,
Iuno, tene; tuque o puppem ne desere, Pallas:
nunc, patrui nunc flecte minas. cessere ratemque
accepere mari. per quot discrimina rerum
expedior! subita cur pulcher harundine crines
velat Hylas? unde urna umeris niveosque per artus
caeruleae vestes? unde haec tibi vulnera, Pollux?
quantus io tumidis taurorum e naribus ignis!
tollunt se galeae sulcisque ex omnibus hastae
et iam iamque umeri. quem circum vellera Martem
aspicio? quaenam aligeris secat anguibus auras
caede madens? quos ense ferit? miser eripe parvos
Aesonide. cerno et thalamos ardere iugales.'

---

205 crinem *P:* crimen *V* dempsis *M* (densis *corr. m. sec.*) 206 ascendit *P*: aescendit *V*, adscendit *M*, accendit *Andreas Schottus observ.* II 39, escendit *Heinsius* silentia *P* (salientia *corr. m. sec.*) 207 plenusque *fuerunt qui scriberent* 208 Immanis *MP* vittamque *MVm. sec.:* vitamque *V*, victamque *P* 209 vix *Vossius et Heinsius* edita *Burmannus* 210 horrenda *MP:* orrenda *V* 211 a^{s}picio *V* concitus *MV et P m. sec.:* concitos *VP*, conscius *Maserio praeeunte Heinsius* 213 legem] pelagus *aut* pelagum *Slothouwer l. l. p.* 169 214 amplexu *Heinsius:* amplexus *VPe* pecto^{ra} *V* 217 Accepere *Pm:* Ae^{re}cipe *V*, Accipere *M* 219 urnam *Heinsius*, ulva *Slothouwer l. l. p.* 169 *cf. Gerhard griech. Mythol.* §. 503 humeris *M:* numeris *V*, humeros *P* per artus *P:* paratus *V*, paratis *M* (per artus *m. pr. in marg.*) 220 Caeruleas *Heinsius* haec *MP:* hec *V* 222 sulcosque *P* 223 humeri *MP* matrem *M* (martem *corr. m. sec.*) 225 Caede *MP:* Cede *V* 226 en *Ald.*, *probat Heinsius*

Iandudum hac Minyas vates ambage ducemque
terrificat: sed enim contra Phoebeius Idmon,
non pallore viris, non ullo horrore comarum
terribilis, plenus fatis Phoeboque quieto,
(cui genitor tribuit monitu praenoscere divum
omina, seu flammas seu lubrica comminus exta
seu plenum certis interroget aera pinnis)
sic sociis Mopsoque canit: 'quantum augur Apollo
flammaque prima docet, praeduri plena laboris
cerno equidem, patiens sed quae ratis omnia vincet.
ingentes durate animae dulcesque parentum
tendite ad amplexus.' lacrimae cecidere canenti,
quod sibi iam clusos invenit in ignibus Argos.

Vix ea fatus erat, iungit cum talia ductor
Aesonius: 'superum quando consulta videtis,
o socii, quandoque datur spes maxima coeptis,
vos quoque nunc vires animosque adferte paternos.
non mihi Thessalici pietas culpanda tyranni
suspective doli: deus haec, deus omine dextro
imperat; ipse suo voluit commercia mundo
Iuppiter et tantos hominum miscere labores.
ite, viri, mecum, dubiisque evincite rebus,
quae meminisse iuvet nostrisque nepotibus instent.

---

227 Iam dudum *MP* hac Minyas vates *scripsi:* minsas *V*, mensas *P*, minyas *M* (vates *aut* mopsus *in marg. add. m*), longa minias *C*, vates Minyas *ψ Burmannus*, hac vates Minyas *Heinsius* ambage *MP m. sec.:* ambige *VP* ducemque *m:* ducumque *VP* 228 phoebeius *m:* phoebo eius *V*, phoeboeius *P* idmon *Pm:* idimon *V* 229 oris *Pius*, *probavit Heinsius* comarum *MP:* cumarum *V* 232 Omnia *P* (omina *corr. m. sec.*), *idem coniecit Friesemannus l. l. p.* 232 lubrica *Pm:* lubri *V* exta *Pm:* exit *V*, exita *M* 233 pennis *PC* 234 sotiis *M* mopsoque *MP:* mossoque *V* augur *MP:* augor *V* appollo *M* 236 oĩa *i. e.* omnia *P:* omina *Vc* vincat *Heinsius* 237 durate *P:* duratae *V* 242 sotii *M* quandoque *C (ut videtur):* quantisque *VP*, tantisque *Heinsius* 243 afferte *P*, efferte *Heinsius* 244 impietas *ψ* tyramni *P* 246 Imperet *P* commertia *VP* 247 Iupiter *P* 248 Ite — iuuet *habet Parisinus* 7647 cunicite *Paris.* 249 Que *Paris.* me(mi)nisse *Paris.* instent *M Vm. sec. in marg.:* istem *V*, isdem *P*

hanc vero, o socii, venientem in litore laeti
dulcibus adloquiis ludoque educite noctem.'
paretur. molli iuvenes funduntur in alga,
conspicuusque toris Tirynthius. exta ministri
rapta simul veribus Cereremque dedere canistris.

Iamque aderat summo decurrens vertice Chiron,
clamantemque patri procul ostentabat Achillen.
ut puer ad notas erectum Pelea voces
vidit et ingenti tendentem bracchia passu,
adsiluit caraque diu cervice pependit.
illum nec valido spumantia pocula Baccho
sollicitant veteri nec conspicienda metallo
signa tenent; stupet in ducibus magnumque sonantes
haurit et Herculeo fert comminus ora leoni.
laetus at impliciti Peleus rapit oscula nati,
suspiciensque polum 'placido si currere fluctu
Pelea vultis' ait 'ventosque optare ferentes,
hoc, superi, servate caput. tu cetera, Chiron,
da mihi. te parvus lituos et bella loquentem
miretur; sub te puerilia tela magistro
venator ferat et nostram festinet ad hastam.'
omnibus inde viae calor additus: ire per altum
magna mente volunt. Phrixi promittitur absens
vellus et auratis Argo reditura corymbis.

---

250 o *inseruit Burmannus: om. VP* ueniententem *M* in *inseruit Heinsius: om. VP* littore *VP* iacti *P* 251 alloquiis *P* 252 Parcter (v) *V* funduntur *m:* funguntur *VP* 253 thoris *MP* tyrinthius *V*, thyrintius *P* ministri] salignis *Heinsius* 254 ucrubus *Pm* cdere *Heinsius* 256 ostentabat *Heinsius:* ostenderet *V*, ostendebat *MC*, ostentarat *P* achillem *MP* 258 brachia *VP* 259 Assiluit *P* 260 bacho *P* 261 Solicitant *P* 264 obscula *P* 265 placito *Ald.*, *probavit Heinsius* sic *c* placidos si quaerere fluctus *Pius* 266 uultis *m:* uultus *VP* 269 miretur *m:* meretur *VP* 271 inde uiae *PVm. sec. in marg.:* indeme *V*, inde me(ro) *M* (ro *utrum a pr. an a sec. m. additum sit, discerni nequit*), inde magis *C*, inde animis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 355 272 phryxi *M* iam promitur absens *aut* promittitur ardens *Heinsius* 273 corimbis *MP*, chorymbis *m*

Sol ruit et totum Minyis laetantibus undae
deduxere diem. sparguntur litore curvo
lumina nondum ullis terras monstrantia nautis.
Thracius hic noctem dulci testudine vates
extrahit; ut steterit redimitus tempora vittis
Phrixus et iniustas contectus nubibus aras
fugerit Inoo linquens Athamanta Learcho;
aureus ut iuvenem miserantibus intulit undis
vector et adstrictis ut sedit cornibus Helle.
septem Aurora vias totidemque peregerat umbras
Luna polo, dirimique procul non aequore visa
coeperat a gemina discedere Sestos Abydo.
hic soror Aeoliden, aevum mansura per omne,
deserit, heu saevae nequiquam erepta novercae!
illa quidem fessis longe petit umida palmis
vellera, sed bibulas urguenti pondere vestes
unda trahit levique manus labuntur ab auro.
Quis tibi, Phrixe, dolor, rapido cum concitus aestu
respiceres miserae clamantia virginis ora
extremasque manus sparsosque per aequora crines!

Iamque mero ludoque modus, positique quietis
conticuere toris: solus quibus ordine fusis

274 minyis *M:* miniys *V*, miniis *P* 275 Deduxere *m:* Diduxere *VPC* umbrae obduxere diem *Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 250 merguntur *Heinsius* 276 uelis *M* (ullis *corr. m*) 277 Trachius *P* 278 uictis *P* 279 contentus *M* 280 learco *P* 281 mirantibus *Bentleius in epist. ad Burmannum data, quam edidit M. Hauptius Monatsber. d. Königl. Akad. z. Berl.* 1860 *p.* 560 282 astrictis *P* haellae *P* 283 dies *margo Vaticani Venetae editionis exemplaris, probavit Davisius ad Cic. de nat. deor.* I 28, vices *Heinsius* totidemque *Pm:* totidem *V* 284 dirumque *P* non] nullo *Heinsius* aequore *MP:* aequorae *V* visa *ψ:* iussa *VP* 285 discedere *m:* discendere *V*, descendere *PC* aboedo *V*, abido *MP* 286 euum *P* 287 seuae nequiquam *M* (nequicquam *m*), saeuae nequidquam *P:* seu uenae quiquam *V* 288 inuida *P*, humida *M*, uvida *Heinsius* 289 bibulas urgenti *V*, bibula surgenti *P*, bibulas surgenti *cum ψ Friesemannus l. l. p.* 72, bibulas vergenti *Heinsius* 291 phryxe *M* Extentasque *Ald.*, Extantesque *Zinzerlingius* passosque *Heinsius* 295 thoris *P*

inpatiens somni ductor manet. huno gravis Aeson
et pariter vigil Alcimede spectantque teneutque
pleni oculos. illis placidi sermonis Iason
suggerit adfatus turbataque pectora mulcet.
mox, ubi victa gravi ceciderunt lumina somno,
visa coronatae fulgens tutela carinae
vocibus his instare duci: 'Dodonida quercum
Chaoniique vides famulam Iovis. aequora tecum
ingredior, nec fatidicis avellere silvis
me nisi promisso potuit Saturnia caelo.
tempus adest. age rumpe moras; dumque aequore toto
currimus, incertus si nubila duxerit aether,
iam nunc mitte metus, fidens superisque mihique.'
dixerat. ille pavens, laeto quamquam omine divum,
prosiluit stratis. Minyas simul optulit omnis
alma novo crispans pelagus Tithonia Phoebo.
discurrunt transtris: hi celso cornua malo
expediunt, alii tonsas in marmore summo
praetemptant, prora funem legit Argus ab alta.

Increscunt matrum gemitus et fortia lauguent
corda patrum; longis flentes amplexibus haerent.
vox tamen Alcimedes planctus super eminet omnis:

---

296 Impatiens *MP* sopni *M* (somni *corr. m*) 297 Alcimede *ψ*: Alcimedes *VP* spectantque *MP*: spectancque *V* 298 oculis *c* 299 affatus *VP* 300 lumina *Pm:* luminae *V*, lumine *M* 302 dodonica *P* 303 *suo loco legitur in C et Ald.*, *post* 308 *in VP* Chaoniique *C Ald.:* Hiaionique *V*, Hiaonique *P*, Haionique *m.* 304 a uellere *P* 305 me nisi *ψ*: mene si *VP* Tritonia *Nodellius observ. crit. p.* 41, *probaverunt Heynius ad Apollodorum p.* 176 *et Wagnerus* 306 namque *Eyssenhardtius l. l. p.* 381 tuto *cum Gronovio observ.* II 11 *Eyssenhardtius*, moto *Heinsius* 307 i certus *Pius*, i incertus *Carrion* si] nec *Eyssenhardtius* 308 tunc *Friesemannus l. l. p.* 73 manus *MP* 309 leto *P*, laetus *Friesemannus l. l. p.* 73 310 Minyas *Ald.:* mensas *VP*, menias *M* (minias *corr. m*), Minyis s. o. omne *Heinsius* obtulit *P*, extulit *Burmannus* 311 titonia *P* phebo *VP* 312 hi *m:* hic *VP* 314 Praetentant *P* Argus *ψ*: arcus *VPm*, archus *M* 316 herent *VP* 317 Vos *Ald.*, Hos *Heinsius* alchimedes *P* omnis *P:* omnes *V m in marg.*, onus *M*

femineis tantum illa furens ululatibus opstat,
obruat Idaeam quantum tuba Martia buxum.
fatur et haec: ʻnate indignos aditure labores,
dividimur; nec ad hos animum componere casus
ante datum, sed bella tibi terrasque timebam.
vota aliis facienda deis. si fata reducunt
te mihi, si trepidis placabile matribus aequor,
possum equidem lucemque pati longumque timorem.
sin aliud Fortuna parat, miserere parentum,
Mors bona, dum metus est nec adhuc dolor. ei mihi, Colchos
unde ego et avecti timuissem vellera Phrixi?
quos iam mente dies, quam saeva insomnia curis
prospicio! quotiens raucos ad litoris ictus
deficiam Scythicum metuens pontumque polumque
nec de te credam nostris ingrata serenis!
da, precor, amplexus haesuraque verba relinque
auribus et dulci iam nunc preme lumina dextra.ʼ
Talibus Alcimede maeret; sed fortior Aeson
attollens dictis animos: ʻo si mihi sanguis,
quantus erat, cum signiferum cratera minantem
non leviore Pholum manus haec compescuit auro;

318 obstat *MP* 319 Obruat *MP*: Obruad *V* ideam *P* 320 *a* nate *usque ad v.* 334 dextra *habet Parisinus* 7647 in dignos *P* aditure *Paris. P:* aditurae *V* 321 ad *Paris. Pm:* at *V* hoc[s] *Paris.* animum *Paris. Pm:* abimum *V* 324 trebidis *P* placabile *Paris. M:* placibile *VP* 326 paras *Wagnerus, ut terminetur* parentum *voce sententia* 327 hei mihi *ψ*: heu mihi *Paris.*, amipli *VPm in marg., om. M* colcos *P, om. M*, cholchos *m in marg.* 328 aduecti *Paris.* 329 insompnia *Paris.* 330 raucos *C Paris. Ald.:* paucos *V*, oculos *P* littoris *MP* 331 Deficiam *Paris. M:* Deficiamus *V*, Defigimus *P* scythicum *Paris. MP:* cythicum *V* pontumque *Paris. MP:* potumque *V* polumque *Paris. C:* crctamque *VP*, (pontum) Boreamque *Ald.*, Cytamque *Pius*, fretumque *Iacobus Mycillus*, ratemque *Laurentius Balbus* 335 meret *VP* 337 eram *P, tuetur Heinsius* signiferum *Cm:* signiferam *VP*, signifero *ψ* cratera *C:* crateram *VP*, cratē *m in marg.*, cratere *ψ* minantem C *m in marg. Ald.:* sin aūt *VP* 338 leuiore *P:* leuiorae *V* Pholum *Ald.:* tholum *VP*, tolum *C* manus *MP:* mauus *V*

primus in aeratis posuissem puppibus arma
concussoque ratem gauderem tollere remo.
sed patriae valuere preces auditaque magnis
vota deis. video nostro tot in aequore reges
teque ducem. tales, tales ego ducere suetus
adque sequi. nunc ille dies (det Iuppiter oro),
ille super, quo te Scythici regisque marisque
victorem adque umeros ardentem vellere rapto
accipiam cedamque tuae mea facta iuventae.'
sic ait. ille suo conlapsam pectore matrem
sustinuit magnaque senem cervice recepit.

Et iam finis erat: Zephyrumque ratemque morantis
solverat amplexus tristi tuba tertia signo.
dant remo sua quisque viri, dant nomina transtris.
hinc laevom Telamon pelagus tenet, altior inde
occupat Alcides aliud mare, cetera pubes
dividitur. celer Asterion, quem matre cadentem
Piresius gemino lavit pater amne Cometes,
segnior Apidani vires ubi sentit Enipeus.
nititur hinc Talaus fratrisque Leodocus urguet
remo terga sui, quos nobile contulit Argos.
hinc quoque missus adest, quamvis arcentibus Idmon
alitibus; sed turpe viro timuisse futura.
hic et Naubolides tortas consurgit in undas

339 puppibus *MP:* puppubus *V* 340 Concusso *P* pellere *cum Turnebo Friesemannus l. l. p.* 73 341 praeces *P* 342 video. *Pius:* ut deque *V*, ut de *P*, ut dent *C*, videam ut *Ald.*, video en *Heinsius* 343 dicere *P* 344 iupiter *MP* 346 humeros *MP* 347 cedantque *Pm* fata *P* 348 collapsam *P* 349 ceruice *MP:* ccuice *V* 350 zephirumque *MP* 351 amplexus *M:* amplexu *VPC* 352 uiri dant *MP:* uirida ut *V* transtris *MP:* trastris *V* 353 leuom *V*, leuo *P*, lcuum *m* 355 celer] sedet *Burmannus* cadentem *Barthius ad Claud. in Rufin.* I 92: carentem *VP* 356 Piresius *Heinsius:* Crestus *V*, Creteus *Pm in marg.*, Cristatus *C* lavit *Heinsius:* fouit *VP* Segnior *MP:* Signior *V* 357 Apidani *m in marg.:* apidaut *V*, abidaut *P* 358 leodecus *VP* urget *P* 360 Idmon *ψ:* ida *VP*, idā *V m. sec.*, Idas *c* 361 Alitibus *MP:* Altibus *V* 362 noabolides *P*, naubulides *C*

Iphitus, hic patrium frangit Neptunius aequor
qui tenet undisonam Psamathen semperque patentem
Taenaron Euphemus, mollique a litore Pellae
Deucalion certus iaculis et comminus ense
nobilis Amphion, pariter quos edidit Hypso
nec potuit similes voluitve ediscere vultus.
tum valida Clymenus percusso pectore tonsa
frater et Iphiclus puppem trahit, et face saeva
in tua mox Danaos acturus saxa, Caphareu,
Nauplius, et tortum non ab Iove fulmen Oileus
qui gemet, Euboicas nato stridente per undas,
quique Erymanthei sudantem pondere monstri
Amphitryoniaden Tegeaeo limine Cepheus
iuvit, et Amphidamas. at frater plenior actis
maluit Ancaeo vellus contingere Phrixi.
tectus et Eurytion servato colla capillo,
quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.
te quoque Thessalicae, Nestor, rapit in freta puppis
fama, Mycenaeis olim qui candida velis
aequora et instantes mirabere mille magistros.
hic vates Phoebique fides non vana parentis,
Mopsus, puniceo cui circumfusa cothurno

---

363 neptunnius *P* 364 psameten *M*, psamaten *P* 365 pellae *MP:* pelle *V*, Pellenae *et* v. 366 Asterius *pro* Deucalion *non nullis arridere Pius dicit* coraminus *M* (cominus *corr. m*) 367 amphion *MP:* anphion *V* 369 clymenus *M:* climenus *VPe*, Clytius *Ald. Friesemannus l. l. p.* 74 370 iphlicus *M*, iphitus *C (ut videtur)*, Iphitus et frater *Friesemannus* rapit *Burmannus* 371 caphareu *MP:* caphereu *V* 372 non a *V*, noua *P* 373 gemet *ψ*: gemit *VP* 'stridente *infeliciter positum est ad exprimendum* flammas transfixo pectore expirantem' *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 44 374 erymanthei *MP:* erymantei *V* 375 Amphitryoniadente geo *V*, Amphitrionia den tegeo *M* (tegeeo *corr. m*), Amphitrioniaden egeo *P* 376 amphidam *P* sat *P* annis *m in marg.* 378 eurityon *M*, eurycion *P* 381 myceneis *V*, miceneis *MP* 382 et instantes *Eyssenhardtius l. l. p.* 382. *idem aut* et extantes *coniecceram:* neo stantes *VP* mirabere *MP:* mirauere *V* 383 Hinc *cum Pio Heinsius* vates *ψ*: uatis *VPC* phebique *P* 384 circunfusa *P* coturno *VP*

palla imos ferit alba pedes vittataque frontem
cassis et in summo laurus Peneia cono.
quin etiam Herculeo consurgit ab ordine Tydeus
Nelidesque Periclymenus, quem parva Methone
et levis Elis equis et fluctibus obvius Aulon
caestibus adversos viderunt frangere vultus.
tu quoque Phrixeos remo, Poeantie, Colchos
bis Lemnon visure petis, nunc cuspide patris
inclitus, Herculeas olim moture sagittas.
proximus hinc Butes Actaeis dives ab oris;
innumeras nam claudit apes longaque superbus
fuscat nube diem, dum plenas nectare cellas
pandit et in dulcem reges dimittit Hymetton.
insequeris casusque tuos expressa, Phalere,
arma geris; patula nam lapsus ab arbore parvum
ter quater ardenti tergo circumvenit anguis:
stat procul intendens dubium pater anxius arcum.
tum caelata metus alios gerit arma Eribotes.
nec Peleus fretus soceris et coniuge diva
defuit, ac prora splendet tua cuspis ab alta,
Aeacide: tantum haec aliis excelsior hastis,
quantum Peliacas in vertice vicerat ornos.

---

385 alba] ima *C* uittataque *M:* uittaque *V*, uicta quoque *P* foroutem *V*, fronte *Barthius ad Stat. Theb.* III 566 386 at in summo est *Burmannus* pieria lacono *P* 387 tydeus *MP:* thydeus *V* 388 periclimeuus *P* 389 Et leuis *M:* Feleuis *VP*, Dives et *Santenius addend. ad Prop.* I 8, 35 obuius *M:* obliuis *V*, oblius *P* 391 poeantiae *M*, potantie *P* 392 uisure *P:* uisurae *V* 393 *usque ad* 442 *desunt in P* Inclitus *MC:* Inclytus *Vm* moture *ψ*: morture *V*, motuere *M*, missure *Francius*, torture *vel* lature *vel* meriture *Heinsius* sagitas *V*, sagiptas *M* 394 huic *ψ* bictes *M* acteis *V* 397 hymettou *M:* hymecton *V*, himeton *C*, hymeton *m* 398 Hine soqueris *Heinsius* casuque *M* (casusque *corr. m*) expressa *M:* expres *V* 399 patula *Heinsius:* uacua *Ve*, naeua *M* 400 Ter quater *Ald.:* Tequeater *V*, Te quater *MC* teergo *V* 402 Tum *c:* Tunc *V* caelata *M:* celata *V* erybotes *V* 403 diua *M:* chua *V* 404 ac *m probante Heinsio:* ad *V*, at *ψ*, ut *fuisse qui scriberent Pius adnotavit.* tua *M:* tu *V* 405 haec *M:* hac *V* altis *M* astis *V* 406 uicerat *M:* uincerat *V*

linquit et Actorides natum Chironis in antro,
ut socius caro pariter meditetur Achilli
fila lyrae pariterque leves puer incitet hastas
discat eques placidi conscendere terga magistri.
et quem fama genus non est decepta Lyaei
Phlias inmissus patrios de vertice crines.
nec timet Ancaeum genetrix committere ponto,
plena tulit quem rege maris. securus in aequor
haut minus Erginus, proles Neptunia, fertur,
qui maris insidias, clarae qui sidera noctis
norit et e clausis quem destinet Aeolus antris,
non metuat cui regna ratis, cui tradere caelum
adsidua Tiphys vultum lassatus ab Arcto.
taurea vulnifico portat caelataque plumbo
terga Lacon, saltem in vacuos ut bracchia ventos
spargat et Oebalium Pagaseia puppis alumnum
spectet securo celebrantem litora ludo.
oraque Thessalico melior contundere freno
vectorem pavidae Castor dum quaereret Helles,
passus Amyclaea pinguescere Cyllaron herba.
illis Taenario pariter tremit ignea fuco
purpura, quod gemina mater spectabile tela
duxit opus; bis Taygeton silvasque comantes
struxerat, Eurotan molli bis fuderat auro;
quemque suus sonipes niveo de stamine portat
et volat amborum patrius de pectore cycnus.

407 natum *m:* natium *V* 408 Achille *Burmannus* 412 Phlias *Cψ:* Pelias *V*, Pelyas *M*, Phleias *Heinsius* 413 anceum *V* 414 maris *ψ*: mari *V* 415 Aut *V* 416 clarae *m:* clare *V*, dare *M* 417 in clausis *praeeunte Maserio Burmannus* quam *Vossius*, quae *Heinsius*, quid *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 141 auris *Vossius* 419 typhis *M* 420 caelataque *C*, *cod. Burmanni. cf. Stat. Theb.* VII 56: celera *V*, celer insita *Bon.*, celer aerea *Ald.*, velataque *vel* vallataque *Heinsius.* 421 brachia *V* 422 ebalium *M* alumnum *m:* alumnis *V*, alimnum *M* 423 littora *M* 424 Thessalico *ψ*: thessalio *V* 425 quaereret *M:* quereret *V* 426 amyclea *V* 427 tenareo *V*, taenareo *MC* 429 tageton *V*, taigeton *m* siluasque *M:* saluasque *V* 430 funderet *M* 432 Evolat *Heinsius*

at tibi collectas solvit iam fibula vestes
ostenditque umeros fortes spatiumque superbi
pectoris Herculeis aequum, Meleagre, lacertis.
hic numerosa phalanx, proles Cyllenia: certus
Aethalides subitas nervo redeunte sagittas
cogere; tu medios gladio bonus ire per hostes,
Euryte; nec patrio Minyis ignobilis usu,
nuntia verba ducis populis qui reddit, Echion.
sed non, Iphi, tuis Argo reditura lacertis
heu cinerem Scythica te maesta relinquet harena
cessantemque tuo lugebit in ordine remum.
te quoque dant campi tanto pastore Pheraei
felices, Admete; tuis nam pendit in arvis
Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu.
a quotiens famulo notis soror obvia silvis
flevit, ubi Ossaeae captaret frigora quercus
perderet et pingui miseros Boebeide crines.
insurgit transtris et remo Nerea versat
Canthus, in Aeaeo volvet quem barbara cuspis
pulvere; at interea clari decus adiacet orbis,
quem genitor gestabat Abas; secat aurea fluctu
tegmina Chalcidicas fugiens Euripus harenas,
celsaque semiferum contorquens frena luporum
surgis ab ostrifero medius, Neptune, Geraesto.
et tibi Palladia pinu, Polypheme, revecto

---

434 Ostendisque *Vossius* humeros *M* 436 Hinc *fuerunt qui scriberent* 437 A^{h}etalides *V* sagiptas *M* 439 myniis *V*, miniis *M* 440 Nuntia *M:* Nuncia *V* reddis *Heinsius* 441 tius *M* 442 hụ̈ *M* cinerem *scripsi:* celerem *V*, celebrem! *aut* scelus! in *Heinsius* mesta *V* 443 suo *Heinsius* 444 pheraei *M:* pherei *VP* 445 pendet *P*, pascit *Eyssenhardtius l. l. p.* 382 446 irato *Broukhusius ad Tib.* II 3, 17 funderat *M* 447 Ah *Pm* 448 osseae *P* 449 Perderet *ψc:* Penderet *VP*, Pecteret *aut* Tergeret *Heinsius* mersos *Heinsius* boebede *V*, boebade *P* *nondum emendatus esse videtur hic versus* 451 Cantus *P* acaco *P* 452 Pulere *M* (Puluere *corr. m*) in terra *Heinsius* 453 gestarat *Heinsius* 454 calchidicas *VP* 456 geraesto *C*: gerasto *VP* 457 At *Burmannus* relicta *Burmannus*

ante urbem ardentis restat deprendere patris'
reliquias, multum famulis pia iusta moratis,
si venias. breviore petit iam caerula remo
occupat et longe sua transtra novissimus Idas.
at frater magnos Lynceus servatur in usus,
quem tulit Arene, possit qui rumpere terras
et Styga transmisso tacitam deprendere visu.
fluctibus e mediis terras dabit ille magistro
et dabit astra rati, cumque aethera Iuppiter umbra
perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.
quin et Cecropiae proles vacat Orithyiae,
temperet ut tremulos Zetes fraterque ceruchos.
nec vero Odrysius transtris inpenditur Orpheus
aut pontum remo subigit, sed carmine tonsas
ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.
donat et Iphiclo pelagus iuvenumque labores
Aesonides, fessum Phylace quem miserat aevo,
non iam operum in partem, monitus sed tradat ut acres
magnorumque viros qui laudibus urat avorum.
Arge, tuae tibi cura ratis, te moenia doctum
Thespia Palladio dant munere; sors tibi, nequa
parte trahat tacitum puppis mare fissaque fluctu
vel pice vel molli conducere vulnera cera.
pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro

---

458 ardentes *Heinsius* 459 Relliquias *P* iussa *P* 460 ferit *Burmannus* cacrula *P:* cerula *V* 462 lynceus *M:* linceus *VP* servatur *Ald. e:* seruatus *VP* 463 harenae *P* inrumpere *Heinsius* 564 uissn *P* 466 iupiter *MP* 467 Abdiderit *vel* Condiderit *Heinsius* solitus *Heinsius* transibit *Pm:* transiuit *V* linceus *P* 468 orythyiae *M*, orithiae *P*, orythyae *m* 469 zethes *P* fraterque] Calaisqne *Friesemannus l. l. p.* 75 470 impenditur *m in marg.:* inpeditur *V*, impeditur *MP* 472 inbet *P* (docet *super scr. m. pr.*) 473 inphiclo *M* 474 miserat aevo *ψ*: misera laeuo *V*, misera leno *P* 476 nt *Friesemannus l. l. p.* 76 477 tue *M* 478 munera *P* fors ('*pro* forte') *Heinsius* 479 fissaque *Ald.:* fessaqne *VPC*, fixaqne *Bon.*, factaqne *Friesemannus l. l. p.* 76 luctu *P*, lucta *C (sic!)* 480 conclndere *ψ* 481 archadio *PC* ('*sane multis locis in veteri cod. aspirationem observo, quae a vulgatis abest. sic* Hagniades, archanum, Achastum, Chalpen, choruscus.' *Carrion*) tiphis *M*, typhis *P*

Hagniades, felix stellis qui segnibus usum
et dedit aequoreos caelo duce tendere cursus.
Ecce per obliqui rapidum conpendia montis
ductor avens laetusque dolis agnoscit Acastum
horrentem iaculis et parmae luce coruscum.
ille ubi se mediae per scuta virosque carinae
intulit, ardenti Aesonides retinacula ferro
abscidit. haut aliter saltus vastataque pernix
venator cum lustra fugit dominoque timentem
urguet equum, teneras conpressus pectore tigres,
quas astu rapuit pavido, dum saeva relictis
mater in adverso catulis venatur Amano.
it pariter propulsa ratis; stant litore matres
claraque vela oculis percussaque sole secuntur
scuta virum, donec iam celsior arbore pontus
inmensusque ratem spectantibus abstulit aer.
Siderea tunc arce pater pulcherrima Graium
coepta tuens tantamque operis consurgere molem
laetatur; patrii neque enim probat otia regni.
una omnes gaudent superi venturaque mundo
tempora quaeque vias cernunt sibi crescere Parcae.

---

482 segnibus *M:* signibus *VP* nsum *m:* osum *VP* 483 currus *P* 484 compendia *MP* 485 ovans laetusqne doli cognoscit *Heinsius* 486 Horrentem in iaculis *Heinsius*, *probavit Heynius ad Verg. Aen.* V 37, *ut distinguatur post* Horrentem. *librorum scripturam retinendam*, *sed post* Horrentem *distinguendum esse*, *ut* iaculis *referatur ad* coruscum, *censet Peerlkampus ad Verg. l. l.* parma *M* corruscum *P* 487 Inde *Heinsius* ut *c* 489 aut *V*, haud *Pm in marg.*
490 quam *Burmannus* trementem *Friesemannus l. l. p.* 76 491 Urget *VP* aequum *M* teneras *Ald.:* teneros *VP* compressus *MPC*, complexus *ψ* 493 averso *Ald.*, *probavit Vossius* 494 it *Eyssenhardtius l. l. p.* 383: Ut *VP* 495 tela *Heinsius* loquuntur *P*
496 iam *ψ*: tam *VP* 497 Inmensusque *Me* (que *in M correctum est*, *utrum a prima an a secunda manu discerni non potest neque cognosci*, *quid antea scriptum fuerit*): Inmens *V*, Immensamque *P*, Inmersamque *Heinsius* 498 Graium *ψ*: gratum *VP* 501 ventura profundo *vel* venturaque ponto *Heinsius*. *Burmannus hunc esse existimat ordinem verborum:* una cum Iove omnes superi gandent et Parcae quae cernunt ventura mundo tempora et vias sibi crescere. *cf. praef.*

sed non et Scythici genitor discrimine nati
intrepidus tales fundit Sol pectore voces:
'summe sator, cui nostra dies volventibus annis
tot peragit reficitque vices, tuane ista voluntas?
Graiaque nunc undis duce te nutuque secundo
it ratis? an meritos fas et mihi rumpere questus?
hoc metuens et nequa foret manus invida nato,
non mediae telluris opes, non inproba legi
divitis arva plagae (teneant uberrima Teucer
et Libys et vestri Pelopis domus): horrida saevo
quae premis arva gelu strictosque insedimus amnes.
cederet his etiam et sese sine honore referret
ulterius, sed nube rigens ac nescia rerum
stat super et nostros iam zona reverberat ignes.
quid regio inmanis, quid barbarus amnibus ullis
Phasis et adversis proles mea gentibus obstat?
quid Minyae meruere queri? num vellere Graio
vi potitur? profugo quin agmina iungere Phrixo
abnuit Inoas ultor nec venit ad aras,
imperii sed parte virum nataeque moratus
coniugio videt e Graia nunc stirpe nepotes
et generos vocat et iunctas sibi sanguine terras.
flecte ratem motusque, pater, nec vulnere nostro
aequora pande viris: veteris sat conscia luctus
silva Padi et viso flentes genitore sorores.'

---

503 scithici *M* 504 fudit *c* sub *P* 507 Graiaque *ψ*: Grataque *VP* flatuque *Heinsius* 508 et] est *ψc* 509 inuia *P* 510 improba *MP* 512 Lybis *VPc* 513 premis *M*: primis *VP* insedimus *Zinzerlingius*: insedibus *V*, insectibus *M*, in sedibus *Pc* 514 honore *MP*: honere *V* 515 rerum *MP*: regum *Vc*, legum *Vossius* 516 nostros *ψ*: nostris *VP* reverberat *ψ*: peruerueratt *V*, peruerberat *MP* 517 immanis *MP* illis *c* 518 aversis *Barthius advers.* XXXV 12 519 Quid *M*: Quod *VP*, Quo *Heinsius* myniae *V*, miniae *P* 520 Vi *ψ*: Ut *VP* 521 Abnuit *Ald.*: Adnuit *VP*, Annuit *C* ultro *MP* 523 uidet te *M*, uidere *P* Graia *ψ*: grata *VPC* 524 generis, *ut subintellegatur* sui *Pius*, Graiorumque vocat iunctas *Ald.*, genero *Burmannus. fortasse* et generi vocat adiunctas 525 ratem *MP*: raetem *V* 526 stat *P* 527 padi *Pm*: pandi *V* flectens *P*

adfremit his quassatque caput qui vellera dono
bellipotens sibi fixa videt, temptataque contra
Pallas et amborum gemuit Saturnia questus.

Tum genitor 'vetera haec nobis et condita pergunt
ordine cuncta suo rerumque a principe cursu
fixa manent; neque enim terris tum sanguis in ullis
noster erat, cum fata darem, iustique facultas
hinc mihi, cur varios struerem per saecula reges.
adque ego curarum repetam decreta mearum.
iam pridem regio, quae virginis aequor ad Helles
et Tanain tenus inmenso descendit ab Euro,
undat equis floretque viris, nec tollere contra
ulla pares animos nomenque capessere bellis
ausa manus; sic fata, locos sic ipse fovebam.
adcelerat sed summa dies Asiamque labantem
linquimus et poscunt iam me sua tempora Grai.
inde meae quercus tripodesque animaeque parentum
hanc pelago misere manum. via facta per undas
perque hiemes, Bellona', tibi. nec vellera tantum
indignanda manent propiorque ex virgine rapta
ille dolor —: sed nulla magis sententia menti
fixa meae. "veniet Phrygia nam pastor ab Ida,
qui gemitus irasque pares et mutua Grais

528 At fremit *M* (Adfremit *corr. m*) dono *MP*: dou *V* 529 teutataque *P*, laetataque *Heinsius*. *post* teutataque *ad* vellera *relatum distinguendum esse videbatur Burmanno. ordo verborum hic est* coutra Pallas temptata *i. e. Martis Solisque questibus provocata et offensa* et Saturnia amborum questus gemuit 530 renuit *Heinsius* questus *MP:* quaestus *V* 535 Hinc *Laurentius Balbus:* Hic *VP*, Haec *C Bon.* cur] ut hinc *C*, cum *Pius* varias — leges *Slothouwer l. l. p.* 170 saecula *M:* secula *VP* 536 Utque *C* 537 acquora *M* (equor ad *m in marg.*) 538 tanaim *PC*, tanai *Bon.* immenso *P* 539 tequis *V* (t *del. m. pr.*) 540 animos *M* capessere *MP:* capescere *V* 541 lotos *P* 542 Accelerat *P* labantem *ψ*: labentem *VP* 544 maeae *M* quercus *MP:* quaercus *V* peremptum *Ald.* 546 hiems bellum *M* 547 Indignanda: manet *Heinsius* propiorque *ψ*: propriorque *VP*, proprior *c* de *c* 548 Inde *Burmannus* 549 phrigia *M* iam *Ald.*, *probavit Heinsius*

dona ferat. qua classe dehinc effusa procorum
bella! quot ad Troiam flentes hiberna Mycenas!
quot proceres natosque deum, quae robora cernes
oppetere et magnis Asiam concedere fatis!
hinc Danaum de fine sedet gentesque fovebo
mox alias. pateant montes silvaeque lacusque
cunctaque claustra maris; spes et metus omnibus esto
arbiter. ipse locos terrenaque summa movendo
experiar, quaenam populis longissima cunctis
regna velim linquamque datas ubi certus habenas.'
tunc oculos Aegaea refert ad caerula robur
Herculeum Ledaeque tuens genus adque ita fatur:
'tendite in astra, viri: me primum regia mundo
Iapeti post bella trucis Phlegraeque labores
inposuit: durum vobis iter et grave caeli
institui. sic ecce meus, sic orbe peracto
Liber et expertus terras remeavit Apollo.'
dixit et ingenti flammantem nubila sulco
direxit per inane facem, quae puppe propinqua
in bifidum discessit iter fratresque petivit
Tyndareos; placida et mediis in frontibus haesit
protinus amborum lumenque innoxia fundit
purpureum, miseris olim inplorabile nautis.
  Interea medio saevus permissa profundo
carbasa Pangaea Boreas speculatus ab arce
continuo Aeoliam Tyrrhenaque tendit ad antra

---

551 Damna *Ald.* 552 quot *ψ*: quod *VP* hiberna] effusa *P* micenas *VP* 553 Quot *Bon.*: Quod *V*, Quos *P*, *probavit Wagnerus* 554 Oportere *P* ut *Heinsius* concidere *C* factis *M* 557 claustra *MP*: clastra *V* 558 mouebo *C* 559 Experior *P*, *Peerlkampus laudans hunc versum ad Verg. Aen.* I 17 ex populis *Burmannus* 561 aegea *V*, egea *P* caerula *M*: cerula *VP* robor *M* (robur *corr. m*) 562 laedeque *V*, laedaeque *MP* 563 Tondite *M* mea *ψ Burmannus* primum] frenum *Burmannus* 564 trucis *ψ*: truces *VP*, truges *M* phlegraeque *P*: phreglaeque *V* 565 Imposuit *MP* coelo *Heinsius* 567 appollo *MP* 572 fudit *ψ* 573 Purpureum *P*: Purporeum *V* inploribile *V*, implorabile *MP* 575 pangea *VP* 576 Tyrrhenaque *M*: tyrrenaque *V*, thirrenaque *P*

concitus. omne dei rapidis nemus ingemit alis,
strata Ceres, motuque niger sub praepete pontus.
aequore Trinacrio refugique a parte Pelori
stat rupes horrenda fretis: quot in aethera surgit
molibus, infernas totiens demissa sub undas.
nec scopulos aut antra minor iuxta altera tellus
cernitur: illam Acamas habitat nudusque Pyragmon.
has nimbi ventique domos et naufraga servat
tempestas; hinc in terras latumque profundum
est iter, hinc olim soliti miscere polumque
infelixque fretum (neque enim tunc Aeolus illis
rector erat, Libya cum rumperet advena Calpen
Oceanus, cum flens Siculos Oenotria fines
perderet et mediis intrarent montibus undae),
intonuit donec pavidis ex aethere ventis
omnipotens regemque dedit, quem iussa vereri
saeva cohors: in monte chalybs iterataque muris
saxa domant Euros. cum iam prohibere fromentum
ora nequit, rex tunc aditus et claustra refringit
ipse volens placatque data fera murmura porta.
nuntius hunc solio Boreas proturbat ab alto.

---

578 motuque *Maserius:* motoque *VPC*, motusque *ψ* praepete *M:* praete *VP* 579—81 *habet Parisinus* 7647 a parte *Paris. MP:* aperte *V* 580 rupis *P* quod[t] *Paris.:* quod *VP* ethera *P* 581 infrenas[er] *Paris.* totidem *Ald.*, tot iens *Burmannus* 582 scopulos *M*: scopulis *VP* 583 acamans *V*, adamas *P* pyragmon *PC*: pyragmo *V*, piragmo *M* 584—96 *habet Parisinus* 7647 585 lacumque *P*, latiumquo [iter] *Bon.* 586 tunc *Paris.* hic *Paris.* 587 Aeolus *Paris. m in marg.:* aeblus *V*, ebuis *P* ullis *P* 588 lybia *VP*, libia *Paris. M*, Libyae *Burmannus* abrumperet *Paris.* 589 Occeanus *P* oenotria *Paris. MP:* oenatria *V* 590 latrarent *Burmannus. cf. Bentleii epistola ad Burmannum data l. l. p.* 550 591 rabidis *Heinsius* 593 cohors in *C:* cohoruis *V*, cohorius *MP*, coorstum *Paris.*, cohors *ψ* montemque *Bon.*, motosque *Ald.*, inmensaque *Marklandus ad Stat. silv.* II 1, 217 chalybs *Paris.:* calyps *VC*, calips *P* iteraque[ta] *Paris.* 594 cohibere *Heinsius* furentum *Marklandus l. l.* 595 refringit *Paris. M:* refringet *VP* 596 dicta *P* (data *corr. m. pr.*) 597 perturbat P

'Pangaea quod ab arce nefas' ait, 'Aeole, vidi!
Graia novam ferro molem commenta iuventus
pergit et ingenti gaudens domat aequora velo,
nec mihi libertas imis freta tollere harenis.
qualis eram nondum vinclis et carcere clausus!
hinc animi structaeque viris fiducia puppis,
quod Borean sub rege vident. da mergere Graios
insanamque ratem: nil me mea pignora tangunt,
tantum hominum compesce minas, dum litora iuxta
Thessala necdum aliae viderunt carbasa terrae.'
Dixerat. at cuncti fremere intus et aequora venti
poscere. tum validam contorto turbine portam
inpulit Hippotades. fundunt se carcere laeti
Thraces equi Zephyrusque et nocti concolor alas
nimborum cum prole Notus crinemque procellis
hispidus et multa flavus caput Eurus harena;
induxere hiemem raucoque ad litora tractu
unanimi freta curva ferunt nec sola tridentis
regna movent; vasto pariter ruit igneus aether
cum tonitru piceoque premit nox omnia caelo.
excussi manibus remi conversaque frontem
puppis in oblicum resonos latus accipit ictus,
vela super tremulum subitus volitantia malum
turbo rapit. qui tum Minyis trepidantibus horror,
cum picei fulsere poli pavidamque coruscae

---

598 nephas *MP* eole *P* 599 conmenta *M* 600 remo *Friesemannus l. l. p.* 77 601 Haec *P* 602 erat *et* clauso *Heinsius* 603 animus *P* structaeque *Pm in marg.*: structaeq *V* 604 boream *P* 605 pignora *Ald.*: pectora *VPc*, *probavit Vossius*, viscera *Wakefieldus silv. crit.* 4. *p.* 214 606 litora *P*: litorae *V*, littora *M* 608 at *P*: *om. V*, et *M* 609 valido *ψc* contorto *scripsi*: contortam *VPc* valida contortam cuspide portam *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 82 610 Impulit *MP* 611 Traces *MP* zephirusque *VP* et *M*: te *VP* 612 mole *Heinsius* nothus *P* crimenque *M* 614 littora *M* flatu *Friesemannus l. l. p.* 77 615 furva *Burmannus*, torva *Friesemannus l. l. p.* 77 616 ether *P* 617 tonitru *M*: tronitru *V*, tonitu *P* 619 obliquum *P*, obliquam *C* resonat *C* latere *M* ictus *M*: actus *V*, arctus *P* 621 miniis *M*, myniis *P* 622 picei *ψc*: picea *VP*, spissi *Heinsius* coruseae *MP*: corusce *V*

ante ratem cecidere faces, antemnaque laevo
prona dehiscentem cornu cum sustulit undam!
non hiemem missosque pntant consnrgere ventos
ignari, sed tale fretum. tum mnrmure maesto
'hoc erat, inlicitas temerare rudentibus undas
quod nostri timuere patres. vix litore puppem
solvimus, et quanto fremitu se sustulit Aegon!
hocine Cyaneae concurrunt aequore cantes?
tristius an miseris snperest mare? linquite, terrae,
spem pelagi sacrosque iterum seponite fluctus.'
haec iterant segni flentes occumbere leto.
magnanimus spectat pharetras et inutile robur
Amphitryoniades; miscent suprema paventes
verba alii iunguntque manus adque ora fatigant
aspectu toti in misero, cum protinus alnns
solvitur et vasto puppis mare sorbet hiatu.
illam huc atque illuc nunc torquens verberat Eurus,
nunc stridens Zephyris aufert Notus; undique fervent
aequora, cum subitns trifida Neptunus in hasta
caeruleum fundo caput extulit. 'hanc mihi Pallas
et soror hanc' inquit 'mnlcens mea pectora fletu
abstulerint; veniant Phariae Tyriaeque carinae
permissumque putent. quotiens mox rapta videbo
vela notis plenasqne malis clamoribus undas!
non meus Orion aut saevus Pliade Taurus
mortis causa novae. miseris tu gentibus, Argo,

623 antennaque *C* 624 tum *P* 626 sct *M* freton *M*, fretam *P* moesto *M*, mesto *P* 627 illicitas *MP* 629 ec *Bon.*, en *Pius*, at *Heinsius* egon *P*, Aegan *Salmasius Plin. exercit. p.* 580 *a E* 630 Hoccine *Pm* cynaeae *VP*, cyanaeae *M* equore *P* 631 terras *ψ* 632 spe *ψ* pelagi *P*: pelagis *V* supponite *Ald.* 633 occurrere *P* leto *P*: loeto *V* 635 Amphitrionides *VP*, Amphitrioniades *M* 637 toti in misero, *censor editionis Harlesianae in bibl. philol. vol.* I *fasc.* 2 *p.* 662. *idem coniecit Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 111: in misero tota *VP*, tota in misero *C*, mota in misero *Burmannus* 639 eurus *MP*: euros *V* 640 zephyrus *M*, zephiris *P* 641 neptunnus *P* 642 Caeruleum *P*: Ceruleum *V* 644 Abstulerunt *Vossius* pariae *VP*, paryae *M* tyraeque *V* 647 metus *P* 648 Argo *ψ*: ergo *VP*

fata paras, nec tam merito tibi, Tiphy, quietum
ulla parens volet Elysium manesque piorum.'
haec ait et pontum pater ac turbata reponit
litora depellitque notos, quos caerulus horror
et madido gravis unda sinu longeque secutus
imber ad Aeoliae tendunt simul aequora portae.
emicuit reserata dies caelumque resolvit
arcus et in summos redierunt nubila montes.
iam placidis ratis extat aquis, quam gurgite ab imo
et Thetis et magnis Nereus socer erigit ulnis.
ergo umeros ductor sacro velatur amictu
Aesoniamque capit pateram, quam munere gaudens
liquerat hospitio pharetrasque rependerat auro
Salmoneus, nondum ille furens, cum fingeret alti
quadrifida trabe tela Iovis contraque ruenti
aut Athon aut Rhodopen maestae nemora ardua Pisae
aemulus et miseros ipse ureret Elidis agros.
hac pelago libat latices et talibus infit:
'di, quibus undarum tempestatisque sonorae
imperium et magno penitus par regia caelo,
tuque, fretum divosque pater sortite biformes,
seu casus nox ista fuit, seu volvitur axis,
ut superum sic staret opus, tollique vicissim

---

649 iam *ψ* tiphi *P* 650 vovet *Heinsius* elisium *P* 652 nothos *P* cerulus *VP*, luridus *Friesemannus l. l. p.* 77 653 sequtus *MP*, sequutus *m* 654 Imber *MP*: Inber *V* ab *et* aequore *C* portae *MP*: porte *V* 657 extat *MP*: exstat *V* uno *P* 658 madidis *Friesemannus l. l. p.* 78 ulnis *MP*: ulnus *V* 659 humeros *P* ductor *P*: doctor *V* 660 munera *Heinsius* 661 hospitii, phalerasque *Heinsius* 663 face *Friesemannus l. l. p.* 78 tonitruque *Friesemannus* ruenti '*ut coniungatur τῷ* aemulus' *Heinsius*: ruente *V*, ruentum *Pψc* 664 Atho *Ald.* rhodopen *MP*: hrodopen *V* maestae *M*: mestae *VP* 665 exureret *Heinsius* urire caelidis *V*, urere caelidis *M* (ureret aelidis *corr. m*), urere taelidis *P* 667 Dii *MP* 669 Tuque *MP*: Tu quoque *V* 670 casu nox illa ruit *vel* casu noxa illa fuit *Heinsius* solvitur *Heinsius* 671 Vi superum; seu stare salum *Burmannus sublata post* axis *interpunctione*, Vi superum, seu sidere opus *Oudendorpio ad Frontini strat.* I 5 *edit. sec. praeeunte censor edit. Harles. l. l.*, Et superum testatur opus *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 66

pontus habet, seu te subitae nova puppis· imago
armorumque hominumqne truces consurgere in iras
inpulit, haec luerim satis et tua numina, rector,
iam fuerint meliora mihi. da reddere terris
has animas patriaeque amplecti limina portae.
tum quocumque loco meritas tibi plurimus aras
pascit honos, nbicumque rotis horrendus equisque
stas, pater, adque ingens utrimque fluentia Triton
frena tenet, tantus nostras condere per urbes.'
dixerat haec. oritur clamor dextraeque sequentum
verba ducis. sic cum stabulis et messibus ingens
ira deum et Calabri populator Sirius arvi
incubuit, coit agrestum manus anxia priscum
in nemus et miseris dictat pia vota sacerdos.
ecce autem molli zephyros descendere lapsu
aspiciunt; volat inmissis cava pinus habenis
infinditque salum et spumas vomit aere tridenti:
Tiphys agit tacitique sedent ad iussa ministri;
qualiter ad summi solium Iovis omnia circum
prona parata deo, ventique imbresque nivesque
fulguraque et tonitrus et adhuc in fontibus amnes.

At subitus curaque ducem metus acrior omni
mensque mali praesaga quatit, quod regis adortus

---

672 avet *Schottus observ.* II 39 te *MP*: tae *V* 673 ras (i) *V* 674 Impulit *VP* heu *c* luerint *M*, lueris *P* rector] rec *literae macula tectae sunt in V* 675 ferunt *M* 676 amplectar *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 351 limiña *P*: limine *V*, lumine *M* 677 quocunque *MP* meritas ψ: miritis *V*, meritis *MP* pluribus *P* 678 Pascet *Pius c* ubicunque *VP* horrendus equisque ψ: horren et equis *V*, horrerent equis *M* (horrendus equisue *corr. m*), horrendus et equis *P* 679 Stas *MP*: Stat *VC*, Nas *Heinsius* utrinque *MP* 680 tantum *MP* condere *Heinsius*: concede *VPc*. *fortasse* cernere 681 dextraeque *Ald.*: dextraque *VPC* sequuntur *Ald.* 683 Calabris *et* arvis *Burmannus* syrius *P* 684 inscia *C*, incita *Heinsius* 685 uerba *P* (uota *corr. m. sec.*) 686 zephiros *MP* 687 immissis *VP* 689 Tiphis *M* Typhi sagicta citique *P* 691 imbresque *MP*: inbresque *V* 692 Fulguraque *M*: Fulgoraque *VP* tonitrus *MP*: tronitruus *V* 693 curacque *M* 694 adortus *P*: adhortus *V*

progeniem raptoque dolis crudelis Acasto
cetera nuda neci medioque in crimine patrem
liquerit ac nullis inopem vallaverit armis,
ipse procul nunc tuta tenens, ruat omnis in illos
quippe furor: nec vana pavet trepidatque futuris.

Saevit atrox Pelias inimicaque vertice ab alto
vela videt nec qua se ardens effundere possit.
nil animi, nil regna iuvant; fremit obice ponti
clausa cohors telisque salum facibusque coruscat.
haut secus, acrisona volucer cum Daedalus ora
prosiluit iuxtaque comes brevioribus alis,
nube nova linquente domos, Minoia frustra
infremuit manus et visu lassatur inani
omnis eques plenisque redit Gortyna pharetris.
quin etiam in thalamis primoque in limine Acasti
fusus humo iuvenis gressus et inania signa
ore premit, sparsisque legens vestigia canis
'te quoque iam maesti forsan genitoris imago,
nate,' ait 'et luctus subeunt suspiria nostri,
iamque dolos circumque trucis discrimina leti
mille vides. qua te, infelix, quibus insequar oris?
non Scythicas ferus ille domos nec ad ostia Ponti
tendit iter, falsae sed captum laudis amore
te, puer, in nostrae durus tormenta senectae
nunc lacerat. celsis an si freta puppibus essent
pervia, non ultro iuvenes classemque dedissem?
o domus, o freti nequiquam prole penates!'

---

695 raptoque *Pm*: rapto *V* 696 Caetera *P* medio in discrimine *Heinsius* 698 illos *M*: illis *VP* 699 futuri *Heinsius* 703 coruscat *M* 704 Haud *MP* dedalus *VP* ora *C*: ira *VP*, Ida *Ald.* 705 Prosiliit *C* 706 noua *MP*: noba *V*, novas *Heinsius* 707 uisul[a]cis satur *P* (a *super scr. m. pr.*) 708 eques *Ald.*: equis *VP* gorthina *Vm*, gortina *MPC* 709 privoque *Burmannus* acasti *MP*: acati *V* 710 humo *PCm*: homo *V* 712 Tu *P* moesti *V*, mesti *P* 714 loeti *V*, lacti *P* 716 hostia *MP* 718 dirus *Ald.* 719 nam si *Heinsius* 721 nequiquam *c*: nequicquam *VP*, nec qui[c]quam *M* (c *super scr. m. pr.*) penates *Laurentius Balbus*: nepotes *VPc*

dixit, et extemplo furiis iraque minaci
terribilis, 'sunt hic etiam tua vulnera, praedo,
sunt lacrimae carusque parens.' simul aedibus altis
itque reditque fremens rerumque asperrima versat.
Bistonas ad meritos cum cornua saeva Thyoneus
torsit et infelix iam mille furoribus Haemus,
iam Rhodopes nemora alta gemunt, talem incita longis
porticibus coniunxque fugit natique Lycurgum.
Tartareo tum sacra Iovi Stygiisque ferebat
manibus Alcimede tanto super anxia nato,
siquid ab excitis melius praenosceret umbris.
ipsum etiam curisque parem talesque prementem
corde metus ducit, facilem tamen, Aesona coniunx.
in scrobibus cruor et largus Phlegethontis operti
stagnat honos, saevoque vocat grandaeva tumultu
Thessalis exanimes atavos magnaeque nepotem
Pleiones. et iam tenues ad carmina vultus
extulerat maestosque tuens natumque nurumque
talia libato pandebat sanguine Cretheus:
'mitte metus, volat ille mari quantumque propinquat,
iam magis adque magis variis stupet Aea deorum
prodigiis quatiuntque truces oracula Colchos.
heu quibus ingreditur fatis! qui gentibus horror
pergit! mox Scythiae spoliis nuribusque superbus

---

724 lacrimae *MP*: laerime *V* 725 Itque *MP*: Idque *V* rerumque *Ald.*: regumque *VP* 726 Bisthonas *V*, Bisthonias *P*, Bistonas *M* saeua *M*: seua *VP* Thyoneus *ψc*: thyone *V*, thione *P* 727 ia *M* 729 coniunx *M* lugurgum *V*, lucurgum *M*, lygurgum *P*, ligurgum *C* 730 sacra *MP*: saeri *V* 731 alchimede *VP* 732 ab *supr. vers. add. V m. pr.* 734 ducit *ψ*: dicit *VP* 735 scrobibus *MP*: sacro uibus *V* phlegethontis *M*: phelegetontis *V*, phlegetontis *P* operti *C*: aperti *VP* 736 Stagnat *MP*: Stagmat *V* grandaeua *P*: grandeua *V* 737 Thessalis *M*: Thessales *VP* magneque *V*, magnoque *P* nepotem *M*: nepote *VP* 739 mestosque *VP*, moestosque *M* 741 mitte] Ante *P* moetus *M* quantoque *Heinsius* 742 iam] Hoc *Burmannus* uaris *V* stupet Aea *Gronovius observ.* IV 21: stupe acta *V*, stupet acta *Mc*, stupe facta *P* 743 quantumque *M*

adveniet; cuperem ipse graves tum rumpere terras.
sed tibi triste nefas fraternaque turbidus arma
rex parat et saevos irarum concipit ignes.
quin rapis hanc animam et famulos citus effugis artus?
i, meus es, iam te in lucos pia turba silentum
secretisque ciet volitans pater Aeolus arvis.'

Horruit interea famulum clamore supremo
maesta domus, regemque fragor per moenia differt
mille ciere manus et iam dare iussa vocatis.
flagrantes aras vestemque nemusque sacerdos
praecipitat, subitisque pavens circumspicit Aeson,
quid moveat. quam multa leo cunctatus in arta
mole virum rictuque genas et lumina pressit,
sic curae subiere ducem, ferrumne capessat
inbelle atque aevi senior gestamina primi,
an patres regnique acuat mutabile vulgus.
contra effusa manus haerensque in pectore coniunx
'me quoque' ait 'casus comitem quicumque propinquat
accipies, nec fata traham natumque videbo
te sine, sat caeli patiens, cum prima per altum
vela dedit, potui quae tantum ferre dolorem.'
talia per lacrimas. et iam circumspicit Aeson,
praeveniat quo fine minas, quo fata capessat

---

746 erumpere *Heinsius* 747 nephas *M* 748 seuos *P* 749 hinc *MP*, *probarit Burmannus* tumulo *Eyssenhardtius l. l. p.* 384. *fortasse* tremulos. *cf. Propert.* V 7, 73 effugis *MP*: effugit *V* 750 in *M*: *om. VP* 751 antris *C* 752 suppremo *M* 753 Moesta *MP* defert *c* 754 ciere] cure *M* 755 Flagrantes *M*: Fraglantes *V*, Fragrantes *P* vittamque *Burmannus*, *qui in codice suo legebat* vestamque pecusque *Burmannus*, animumque *Eyssenhardtius l. l. p.* 384 757 moneat *M* ceu *Burmannus* *fortasse* cunctatur arcta *P* 758 rituque *M* rictumque gemens *Ioanne Columbo praeeunte Wagnerus* praessit *VP* 759 Sic *MP*: Si *V* 760 Imbelle *MP* 761 patriae *P* acuat *ψ*: acuatu *V*, ac uatu *M*, ac uati *P* 762 infusa *Heinsius* herensque *P* 763 comitem in casum *vel* in casus *et* propinquant *Burmannus* quicunque *MP* 764 Accipias *Pius* ne *P* 767 perlacrimans *C*, fert lacrimans *Heinsius* *inter* lacrimas *et* et *habet* quo fine minas *M* circunspicit *P* 768 Preueniat *P* quae fata *Pius*

digna satis: magnos obitus natumque domumque
et genus Aeolium pugnataque poscere bella.
est etiam ante oculos aevum rudis altera proles,
ingentes animos et fortia discere facta
quem velit adque olim leti meminisse paterni.
ergo sacra novat. veteris sub nocte cupressi
sordidus et multa pallens ferrugine taurus
stabat adhuc, cui caeruleae per cornua vittae
et taxi frons hirta comis; ipse aeger anhelans
inpatiensque loci visaque exterritus umbra.
hunc sibi praecipuum gentis de more nefandae
Thessalis in seros Ditis servaverat usus.
tergeminam tum placat eram Stygiasque supremo
obsecrat igne domos iam iam exorabile retro
carmen agens; neque enim ante leves niger avehit umbras
portitor et vinctae primis stant faucibus Orci.
illum ubi terrifici superesse in tempore sacri
conspexit, statuit leto supremaque fatur
ipse manu tangens damnati cornua tauri.
'vos, quibus imperium Iovis et non segne peractum
lucis iter, mihi conciliis, mihi cognita bellis
nomina magnorum fama sacrata nepotum;
tuque, excite parens umbris, ut nostra videres
funera et oblitos superum paterere dolores,
da placidae mihi sedis iter meque hostia vestris
conciliet praemissa locis. tu, nuntia sontum

---

769 obitus ψ: obitum *VP* natosque *P* 771 aevi *Bon. c*, rerum *Ald.* 773 lacti *MP* 774 novat ψ: noua *VP* 775 squallens *Heinsius* 776 ceruleae *P* uicte *P* 777 hirca *P* 778 Impatiensque *P*: Inpatiens *V*, Impatiens *M* 779 *et* 780 *dubito num Valerii sint* nephandae *P* 781—84 *post* 816 *collocandi videntur* tum ψ: cum *VP* suppremo *M* 782 canes *fuisse qui scriberent Pius testatus est* retro carmen agere *quid sibi velit fateor me non intellegere* 784 ut *Burmannus* vinctae *Fr. Iacobsius in Matthiae miscell. philol. vol.* I *p.* 73: cunctae *VP*, functae *Wagnerus* facibus *M* 785 terrifici ψ: terrificis *VP*, *probavit Burmannus et* sacris *scripsit* 786 leto *P*: laeto *V* 789 consiliis *Pc* 794 tum uitia *P*

virgo Iovi, terras oculis quae prospicis aequis,
ultricesque deae Fasque et grandaeva Furorum
Poena parens, meritis regis succedite tectis
et saevas inferte faces. sacer effera raptet
corda pavor; nec sola mei gravia adfore nati
arma ratemque putet: classes et Pontica signa
adque indignatos temerato litore reges
mente agitet semperque metu decurrat ad undas
arma ciens; mors sera viam temptataque claudat
effugia et nostras nequeat praecurrere diras,
sed reduces iam iamque viros auroque coruscum
cernat iter. stabo insultans et ovantia contra
ora manusque feram. tum, vobis siquod inausum
arcanumque nefas et adhuc incondita leti
sors superest, date fallaci pudibunda senectae
exitia indecoresque obitus. non Marte nec armis
aut nati precor ille mei dignatus ut umquam
ense cadat; quae fida manus, quae cara suorum
diripiat laceretque senem nec membra sepulchro
contegat. haec noster de rege piacula sanguis
sumat et heu cunctae quas misit in aequora gentes.'
adstitit et nigro fumantia pocula tabo
contigit ipsa gravi Furiarum maxima dextra;
illi avide exceptum pateris hausere cruorem.

Fit fragor; inrumpunt foribus qui saeva ferebant
imperia et strictos iussis regalibus enses.

---

795 iouis *P* oculis *Pm*: oculos *V* 797 meritis regi *vel* meriti regis *Heinsius* 799 affore *P* 800 classesque *Mc* 801 littore *M* 803 tentataque *P* 804 Effugiat (*omisso* et) *P* precurrere *M* 808 Archanumque *P* incognita *Ald.*, *probavit Heinsius* laeti *VP* 811 nati *Mc*, *om.* *V*, *post* mei *habet* *P* unquam *VP* 812 quin — quin *C*, quem — quem *Bon.* 813 sepulcro *M* 814 piacula *MP*: piaeula *V* 815 *suo loco legitur in Ald.*, *post* 822 *in V*, *post* 818 *in P* 816 Astitit *Pc* spumantia *Heinsius* pocula *MP*: procula *V* 818 Illae *c* auidi *P*, avidae *c* 819—822 *desunt in P* foribus *Heinsius*, *qui praeterea* domini *coniecit*: sonitus *V*, sonitu ψ, subito *censor editionis Harlesianae l. l.* ferebant ψ: ferebat *V* 820 Imperia ψ: Imperio *V*

in media iam morte senes suffectaque leto
lumina et undanti revomentes veste cruorem
conspiciunt; primoque rudem sub limine rerum
te, puer, et visa pallentem morte parentum
diripiunt adduntque tuis. procul horruit Aeson
excedens memoremque tulit sub nubibus umbram.

Cardine sub nostro rebusque abscisa supernis
Tartarei sedet aula patris, non illa ruenti
accessura polo, victam si volvere molem

. . . .

ingenti iacet ore Chaos, quod pondere fessam
materiem lapsumque queat consumere mundum.
hic geminae aeternum portae, quarum altera dura
semper lege patens populos regesque receptat;
ast aliam temptare nefas et tendere contra;
rara et sponte patet, siquando pectora ductor
vulnera nota gerens, galeis praefixa rotisque
cui domus aut studium mortales pellere curas,
culta fides, longe metus adque ignota cupido;
seu venit in vittis castaque in veste sacerdos.
quos omnes lenis plantis et lampada quassans

---

821 laeto *V* 822 revomentes *Ald.*: reuomente *V*, remouentē *m* 823 lumine *M* 824 pallentem *MP*: pallantem *V* 825 Diripiunt *ψ*: Deripiunt *VP* 827 abscisa *Barthius advers.* XXV 5: adcisa *VP*, abscissa *CAld.* 828 Tartareis *M* r^u^enti *V* 829 Accensura *M* vinctam *Vossius* nisi *Barthius advers.* XXV 3 solvere *Heinsius* *inter* 829 *et* 31 *lacunam significavi. Pius in exemplari 'lima Pomponii Laeti elimato' post* 829 *hos versus se legisse ait*: Senserit atque gravi totam subsidere motu Fata velint, si summa dies subverterit orbem, *quos Aldus recepit et Weichertus dissert. de vers. aliqu. P. Virgilii Maronis et C. Valerii Flacci iniuria suspectis p.* 119 *sqq. defendit. in marg. C hic fuit versus* Iuppiter et primae velit omnia reddere massae, *quem 'elegantia et doctrina' Valerii dignum esse censuerunt Vossius Heinsius Burmannus, abiudicarunt poetae ipse Carrion et Weichertus l. l.* 832 Materiam *P* (Materiem *corr. m. sec.*) 833 porte *P* 835 tentare *P* 836 seu *Heinsius* 837 gerens *Pm in marg.*: cerens *V*, *om. M* praefissa *M* 839 longe *P*: longae *V* 840 uittis *M*: uictis *VP* 841 levibus *Heinsius* plantas *Burmannus, quod recepit Wagnerus, ut post* lenis *comma poneret.*

progenies Atlantis agit. lucet via late
igne dei, donec silvas et amoena piorum
deveniant camposque, ubi sol totumque per annum
durat aprica dies thiasique chorique virorum
carminaque et quorum populis iam nulla cupido.
has pater in sedes aeternaque moenia natum
inducitque nurum. tum porta quanta sinistra
poena docet maneat Pelian, quo limine monstrat.
mirantur tantos strepitus turbamque ruentem
et loca et infernos almae virtutis honores.

842 athlantis *P* lucet *Pm*: luget *V* 843 amena *P* 844 Deueniant *P*: Daueniant *V*, Adueniant *M* 845 chorique *M*: chori *V*, corique *P* 849 peliam *PC* maneant P. quae limina, m. *Ald.*, *probavit Vossius* 850 nocentem *vel* nocentum *Burmannus*

C. VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . LIBER . PRIMVS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . SECVNDVS . *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER SECVNDVS.

Interea scelerum luctusque ignarus Iason
alta secat; neque enim patrios cognoscere casus
Iuno sinit, mediis ardens ne flectat ab undis
ac temere in Pelian et adhuc obstantia regis
fata ruat placitosque deis ne deserat actus.
Iamque fretis summas aequatum Pelion ornos
templaque Tisaeae mergunt obliqua Dianae.
iam Sciathos subsedit aquis, iam longa recessit
Sepias; attollit tondentes pabula Magnes
campus equos; vidisse putant Dolopeia busta
intrantemque Amyron curvas quaesita per oras
aequora, flumineo cuius redeuntia vento
vela legunt. remis insurgitur; inde salutant
Eurymenas; recipit velumque fretumque reversus
auster et in nubem Minyis repetentibus altum
Ossa redit. metus ecce deum damnataque bello
Pallene, circumque vident inmania monstra
terrigenum caelo quondam adversata gigantum,
quos scopulis trabibusque parens miserata iugisque
induit et versos extruxit in aethera montes.
quisque suas in rupe minas pugnamque metusque

---

nl
3 sit *V* 4 Peliam *P* 5 ne *Heinsio deberi videtur*: neu *VPc* 6 fretis *C*: freti *VP*, freto *codex Burmanni*, *probat Heinsius* aequantem *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 291 7 Tisaeae *Ald.*: pisaeae *V*, pisene *Pc* 9 Saepius *P* agnes *P*, magnos *π* 11 Amyron *Mascrius*: myrin *V*, mitin *P*, mytin *π*, amyrin *C*, amirum *Bon.*, Amyrum *Ald.* 12 fluminaeo *V* 13 insurgunt *P* 14 reversus *ψ*: reuerso *VP*, reuersum *C* 15 repetentibus *m*: repentibus *VP* 20 exstruxit *C*

servat adhuc; quatit ipse hiemes et torquet ab alto
fulmina crebra pater; scopulis sed maximus illis
horror abest, Sicula pressus tellure Typhoeus.
hunc profugum et sacras revomentem pectore flammas,
nt memorant, prensum ipse comis Neptunus in altum
abstulit implicuitque vadis totiensque cruenta
mole resurgentem torquentemque anguibus undas
Sicanium dedit usque fretum cumque urbibus Aetnam
intulit ora premens; trux ille eiectat adesi
fundamenta iugi; pariter tunc omnis anhelat
Trinacria, iniectam fesso dnm pectore molem
commovet experiens gemituque reponit inani.

Iamque Hyperionius metas maris urguet Hiberi
currus et evectae prono laxantur habenae
aethere, cum palmas Tethys grandaeva sinusque
sustulit et rupto sonuit sacer aequore Titan.
auxerat hora metus, iam se vertentis Olympi
ut faciem raptosque simul montesque locosque
ex oculis circumque graves videre tenebras.
ipsa quies rerum mnndique silentia terrent
astraque et effusis stellatus crinibus aether.
ac velut ignota captus regione viarum
noctivagum qui carpit iter non anre quiescit,
non oculis, noctisque metus niger auget utrimque

---

26 praessum *π* altis *M*, alto *C* 28 torqentemque (u) *V* unguibus *Bon.*, ignibus *c* undas *MP*: aindas *V* 29 tulit *Burmannus*, rapit *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 579 aetnam *M*: aẽtnã (*i. e.* aeternam) *V*, ethnam *P* 30 Iniicit *Peerlkampus l. l.* eructat *Sabellicus*, *placet Peerlkampo l. l.* adesi *M*: adesit *VP*, adhesit *π* (h *post deletum*) 32 iniectam *P*: iniecta *V*, inuectam *π*, ingestam *Burmannus* 33 Commovet *ψ*: Cum mouet *VP* 34 urget *V* 35 erectae *Pius*, invectae *Heinsius*, emeritae *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 712 habene *V* 36 Aetherae *V* pallam *Vossius*, *Heinsius*, *Peerlkampus l. l.* thetys *M*, thetis *P* 37 aquore *V* 38 Auxerat *M*: Auserat *V*, Hauserat *P*, clauserat ora *Friesemannus l. l. p.* 79 vergentis *Heinsius* olimpi *V* 43 cautus *vel* raptus *Heinsius* 44—46 *habet Parisinus* 7647 non] ū *Paris* 45 Non] Au *Paris.* uoctisque *Paris.* uetus *Paris.* (metus *correctum*) uiger *Paris.* utrunque *Paris.* *c*, utrumque *P.*

campus et occurrens umbris maioribus arbor,
haud aliter trepidare viri. sed pectora firmans
Hagniades 'non hanc' inquit 'sine numine pinum
dirigimus, nec me tantum Tritonia cursus
erudiit; saepe ipsa manu dignata carinam est.
an non experti, subitus cum luce fugata
horruit imbre dies? quantis, pro Iuppiter, austris
restitimus! quanta quotiens et Palladis arte
incassum decimae cecidit tumor arduus undae!
quin agite, o socii; micat immutabile caelum
puraque nec gravido surrexit Cynthia cornu,
nullus in ore rubor, certusque ad talia Titan
integer in fluctus et in uno decidit auro.
adde, quod in noctem venti veloque marique
incumbunt magis et tacitis ratis ocior horis.
adque adeo non illa sequi mihi sidera mens est,
quae delapsa polo reficit mare: tantus Orion
iam cadit, irato iam stridet in aequore Perseus:
sed mihi dux, vetitis qui numquam conditus undis
axe nitet serpens septenosque implicat ignes.'
sic ait et certi memorat qui vultus Olympi,
Pleiones Hyadumque locos, quo sidere vibret
Ensis et Actaeus niteat qua luce Bootes.

---

46 Corpus *Paris.* occurrit *Paris.* 47 Haud *MP*: Hau *V* viri ψ: uiris *VP* 48 numine *M*π: nomine *VP* 49 Dirigimus *P*: Derigimus *V*, Pergimus π 50 ipsa] iam π 51 an *cum Laurentio Balbo Heinsius*: at *VPc. librorum scripturam tuetur Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 363 subito *Heinsius* 53 quoties et quanta *Heinsius. cf. Peerlkampus ad Hor. carm.* III 19. 7 arte *M*π: arta *VP* 57 orbe *C* at *VP* 58 in] et *P* et in imo *Bon.*, et mundo *Columbus*, vicino *vel* redituro *vel* genuino *Heinsius*, et miti *Eyssenhardtius l. l. p.* 384 auro *Itali cuiusdam coniectura est, probata a Columbo, Heinsio, Peerlkampo ad Verg. Aen.* VII 142: Euro *VPC, quod retinuit Eyssenhardtius* 59 *ab* in *et* 60 *habet Parisinus* 7647 60 it ψ 61 mens est *Wagnerus*: monstrant *VPc*, monstrat *Vossius*, constat *Columbus*, mens stat *vel* fert *Heinsius* 62 recipit *Heinsius* 64 uentis *P* conditur *C* 66 olimpi *V* 67 Pleiadas Hyadumque choros *Heinsius* quo π: quos *VP* 68 acteus *V*

haec ubi dicta dedit, Cereris tum munere fessas
restituunt vires et parco corpora Baccho;
mox somno cessere; regunt sua sidera puppem.

Iamque sub Eoae dubios Atlantidis ignes
albet ager, motisque truces ab ovilibus ursi
tuta domosque petunt, raras et litus in altum
mittit aves; cum primus equis exegit anhelis
Phoebus Athon mediasque diem dispersit in undas.
certatim remis agitur mare rostraque cursu
prima tremunt; et iam summis Vulcania surgit
Lemnos aquis tibi per varios defleta labores,
ignipotens; nec te furiis et crimine matrum
terra fugat meritique piget meminisse prioris.

Tempore quo primum fremitus insurgere opertos
caelicolum et regni sensit novitate tumentes
Iuppiter aetheriae nec stare silentia pacis,
Iunonem volucri primam suspendit Olympo
horrendum chaos ostendens poenasque barathri.
mox etiam pavidae temptantem vincula matris
solvere praerupti Vulcanum vertice caeli
devolvit; ruit ille polo noctemque diemque
turbinis in morem, Lemni cum litore tandem
insonuit. vox inde repens ut perculit urbem,
adclinem scopulo inveniunt miserentque foventque
alternos aegro cunctantem poplite gressus.
hinc reduci superas postquam pater adnuit arces,
Lemnos cara deo; nec fama notior Aetne
aut Lipares domus: has epulas, haec templa peracta

69 munere *MP*: muneres *V* 70 corpora *M*: coriore *VP* 72 atlantidis *M*: altantidis *V*, athlantidis *P*, saltantibus *π* 73 notisque *Heinsius* 74 lustra *vel* antra *Friesemannus l. l. p.* 79 raucas *Laurentius Balbus*, ravas *Heinsius* 75 primus *Pπ*: primis *V* 76 undas *MP*: undis *V* 79 *fortasse* dilecta 80 Ignepotens *V* furiis *Mπ*: fariis *VP* 81 fugat *P*: fugae *VC* 82 consurgere *P* 86 penasque *P*: poenaque *V*, poenamque *Cπ* baratri *VC* 91 strepens *Wagnerus* percutit *Burmannus* 94 Huic *π* reduci *MP*: rudici *V* 95 *fortasse* flammea *vel* flamma gratior aetnae *M*, acthna *P*

aegide et horrifici formatis fulminis alis
laetus adit: contra Veneris stat frigida semper
ara loco, meritas postquam dea coniugis iras
horruit et tacitae Martem tenuere catenae.
quocirca struit illa nefas Lemnoque merenti
exitium furiale movet; neque enim alma videri
iam tum ea, cum reti crinem subnectitur aureo,
sidereos diffusa sinus; eadem effera et ingens
et maculis suffecta genas pinumque sonantem
virginibus Stygiis nigramque simillima pallam.

Iamque dies aderat, Thracas qui fuderat armis.
dux Lemni puppes tenui contexere canna
ausus et inducto cratem defendere tergo
laeta mari tum signa refert, plenasque movebant
armentis nuribusque rates: it barbara vestis
et torques, insigne loci; sonat aequore clamor
'o patria, o variis coniunx nunc anxia curis,
has agimus longi famulas tibi praemia belli:'
cum dea se piceo per sudum turbida nimbo
praecipitat Famamque vagam vestigat in umbra,
quam pater omnipotens digna adque indigna canentem
spargentemque metus placidis regionibus arcet
aetheris: illa fremens habitat sub nubibus imis,

---

100 tacite *V*   103 tunica *π Vatic.* 1653 *Bon.*, tunc ea (*omisso* iam) *Barthius ad Stat. Theb.* V 62, tumet *Heinsius*   cum] aut *Vatic.* 1653 *Heinsius*, haud *Bon.*, ceu *Barthius*   reti *om. P* (*habet π*), tereti *M Vatic.* 1653 *ψc Barthius Heinsius*   crimen *M*, crines *Barthius* ubi nectitur *idem*   aureo *scripsi*: auro *VPc*   104 eadem] verum *Barthius*   urgens *π*   106 similma *V*   pallam *ψ*: palmam *VPC* 107 trachas *V*   *aut* redux *pro* dies *et v.* 108 rex *pro* dux, *aut* quo *pro* qui *sublata post* armis *interpunctione Burmannus. alterum Friesemannus quoque proposuit l. l. p.* 80. *cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 49 108 puppes *M*: puppe *VP*   109 induto *Bon.*   defendene *V*   tauro *Marklandus ad Stat. silv.* II 2, 6   110 movebat *ψ*   111 It *Ald.*: Et *VPc*   114 Has *P*: Hos *V*   116 vaga *fuisse qui scriberent Pius testis est; placuit Heinsio*   umbro *VP*   117—122 *habet Parisinus* 7647 Rex superum famam *Paris.*   canente *V*   119 Aetheriis *V*

non erebi, non diva poli, terrasque fatigat,
quas datur; audentem primi spernuntque foventque;
mox omnes agit et motis quatit oppida linguis.
talem diva sibi scelerisque dolique ministram
quaerit avens. videt illa prior, iamque advolat ultro
inpatiens, iamque ora parat, iam suscitat aures.
hanc superincendit Venus adque his vocibus implet:
'vade age et aequoream, virgo, delabere Lemnon
et cunctas mihi verte domos, praecurrere qualis
bella soles, cum mille tubas armataque campis
agmina et innumerum flatus confingis equorum.
adfore iam luxu turpique cupidine captos
fare viros carasque toris inducere Thressas.
haec tibi principia, hinc rapidas dolor undique matres
instimulet: mox ipsa adero ducamque paratas.'

Illa abit et mediam gaudens defertur in urbem;
et primam Eurynomen ac proxima limina Codri
occupat exesam curis castumque cubile
servantem: manet illa viro famulasque fatigat
velleribus, tardi reputant quae tempora belli
ante torum et longo mulcent insomnia penso.
huic dea cum lacrimis et nota veste Neaerae

---

120 herebi *VP Paris.* non] ũ *Paris.* 121 Qua *ψ* dantur *π* *fortasse* auditam primi *ψ*: primis *VP* spernun(t)que *V* 122 opida *Paris.* linquis *V* 127 ad *c* delauere *V* 128 et] I *Heinsius* precurrere *V* 130 confingis *ψc*: cum fringis *VP*, cum fingis *M* (in *in ras.*), confringis *π* 131 libidine *π* 132 Fare *ψ*: Faue *VP* 133 haec] Hinc *C* 135 abit *m*: dabit *V*, habit *M*, dabi *P* et *om. P* 136 *om. C* eurinomen *V* ad *Carrion*, *placuit Peerlkampo ad Verg. Aen.* VIII 412 137 xesam *V* 138 viros *Bon.*, virum *Ald.*, toro *Burmannus*, viri *Peerlkampus l. l. cf. Hauptius observ. crit. p. 8 sq.* 139 Velleribus *Ald. probante Peerlkampo l. l.*: Litoribus *VPc* repetunt *ψ*, reputans *et v.* 140 mulcens *fuerunt qui scriberent* insomni(a) *V* 141 Hinc *M* lacrimis] calathis *vel* canis *Heinsius* notae voce *idem* Neaerae *Ald.*: neaera *VP*

icta genas ʻutinam non hic tibi nuntius essem,
o soror, aut nostrosʼ inquit ʻprius unda dolores
obruat, in tali quoniam tibi tempore coniunx,
sic meritae, votis quem tu fletuque requiris,
heu furit et captae indigno famulatur amore.
iamque aderunt thalamisque tuis Threissa propinquat
non forma, non arte colus, non laude pudoris
par tibi nec magni proles praeclara Dorycli,
picta manus ustoque placet sed barbara mento.
attamen hos tales forsan solabere casus
tu thalamis fatoque leges meliore penates;
me tua matris egens damnataque pelice proles
exanimat, quam iam miseros transversa tuentem
letalesque dapes infectaque pocula cerno.
scis simile ut flammis simus genus; adde cruentis
quod patrium saevire Dahis. iam lacte ferino,
iam veniet durata gelu. sed me quoque pulsam
fama viro, nostrosque toros virgata tenebit
et plaustro direpta nurus.ʼ sic fata querellas
abscidit et curis pavidam lacrimisque relinquit.
transit ad Iphinoen isdemque Amythaonis implet
Oleniique domum furiis; totam inde per urbem
personat, ut cunctas agitent expellere Lemno,
ipsi urbem Thressaeque regant. dolor iraque surgit.

---

142 laesa *codex Oxoniensis teste Wakefieldo silv. crit.* II *p.* 12, ficta *Zinzerlingius*, *idem vel* secta *vel* tecta *Heinsius*, picta *Bulaeo praeeunte Burmannus* id *vel* hoc tibi nuntia ferrem *aut* hic tibi nuntia adessem *Heinsius*, hic tibi nuntius esset *vel* isset *vel* iret *Burmannus* 144 Obruit *P* 147 thirissa *P* (threissa *π*) 148 forma *Ald.*: fama *VPc* 149 *inter* nec *et* magni *duae literae erasae sunt in V* 150 ustoque *ψ*: usto *VP* 151 Actamen *V* aliis *Heinsius* 152 legens *c* 154 Exanimat *Ald.*: Examinat *VP* qua *P* (quam *π*) 155 Laetalesque *V* 156 simile *ψ*: simili *VP* scis sumus ut similes: flammis genus adde cruentis *C* 157 dabis *πc* 159 ingrata *C* 160 direpta *ψ*: directa *VPC*, derepta *Vossius et Heinsius* 161 gravidam *Heinsius* 162 hisdemque *VPC* amichaonis *P* 163 furtis *M* 164 ut *ψ*: et *VP* nuptas *vel* iunctas *Heinsius* 165 thessaeque *VP* regant *m*: regnant *VP*

obvia quaeque eadem traditque auditque, neque ulli
vana fides. tum voce deos, tum questibus implent,
oscula iamque toris adque oscula postibus ipsis
ingeminant lacrimisque iterum visuque morantur.
prosiliunt nec tecta virum thalamosque revisunt
amplius; adglomerant sese nudisque sub astris
condensae fletus acuunt ac dira precantur
coniugia et Stygias infanda ad foedera taedas.

Has inter medias, Dryopes in imagine maestae,
flet Venus et saevis ardens dea planctibus instat
primaque 'Sarmaticas utinam Fortuna dedisset
insedisse domos tristesque habitasse pruinas,
plaustra sequi, vel iam patriae vidisse per ignes
culmen agi stragemque deum! nam cetera belli
perpetimur. mene ille novis, me destinat amens
servitiis? urbem aut fugiens natosque relinquam?
non prius ense manus raptoque armabimus igne,
dumque silent ducuntque nova cum coniuge somnos,
magnum aliquid spirabit amor?' tunc ignea torquens
lumina praecipites excussit ab ubere natos.
ilicet arrectae mentes, evictaque matrum
corda sacer Veneris gemitus rapit: aequora cunctae
prospiciunt simulantque choros delubraque festa
fronde tegunt laetaeque viris venientibus adsunt.

---

166 traditque *Ald.*: trahitque *VP*, retrahitque *C* augetque *Burmannus* 167 vana *Pius*: Vna *VP* tum (questibus) *P*: *om V*, et *m* 168 adque] iamque *C* 169 visuque *ψ*: uisumque *VP* moratae *sublata interpunctione Heinsius* 176 dedissed *V*, dedisses *C* 178 vel iam] aut altum *vel* et celsum *Heinsius* ignes] arces *vel* aedes *Burmannus* 179 Fulmen *C*, *probat Burmannus* agi *Cψ*: agis *VP*. *cf. Bentl. epist. ad Burm. data l. l. p.* 550 *sq.* 181 ut *C*, an *Friesemannus l. l. p.* 81 182 An *Friesemannus* armabimus *ψ*: armauimus *VP*, armabimur *cum Heinsio Friesemannus* 183 licet *vel* iacent *Heinsius* 184 spirabit *Ald.*: spirauit *VP*, sperabit *Bon.* $tu^{n}c$ *V*, cum *P* (tunc *π*) 185 urbere *V* 186 Ilicet *C*: Illicet *VP*, Illic et *M* abreptae *π* euictaque *M*: uictaque *VP* $ma^{t}rum$ *V* 189 assunt *C*

iamque domos mensasque petunt; discumbitur altis
porticibus; sua cuique furens festinaque coniunx
adiacet, inferni qualis sub nocte barathri
adcubat attonitum Phlegyan et Thesea iuxta
Tisiphone saevasque dapes et pocula libat
(tormenti genus) et nigris amplectitur hydris.
Ipsa Venus quassans undantem turbine pinum
adglomerat tenebras pugnaeque adcincta trementem
desilit in Lemnon; nimbis et luce fragosa
prosequitur polus et tonitru pater auget honoro.
Inde novam pavidas vocem furibunda per auras
congeminat, qua primus Athos et pontus et ingens
Thraca palus pariterque toris exhorruit omnis
mater et adstricto riguerunt ubere nati.
adcelerat Pavor et Geticis Discordia demens
e stabulis atraeque genis pallentibus Irae
et Dolus et Rabies et Leti maior imago
visa truces exerta manus, ut prima vocatu
intonuit signumque dedit Mavortia coniunx.
hic aliud Venus et multo magis ipsa tremendum
orsa nefas gemitus fingit vocesque cadentum
inrupitque domos, et singultantia gestans
ora manu taboque sinus perfusa recenti

---

191 cuique π: cui *VP* festiuaque *P*, *tuetur Heinsius*, *qui et* instinctaque *proponebat*, infestaque *Friesemanno l. l. p.* 81 *praeeunte Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 602 192 uarathri *V*, baratri *C* 193 occubat *C* 196 pontum *C*, nubem *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 143 197 Adglomerat π: Adglomerit *V*, Agglomerat *P*, Adglomorat *M* tenebras π: tenebrat *VP* frementem *Heinsius* 198 nimbisque *c* 199 honore *P*, honorem *Friesemannus l. l. p.* 82 200 vocem] noctem *P* aures *Ald. cf. Bentl. epist. ad Burm. data l. l. p.* 560 201 primus] pulsus *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 518 202 pariterque *M*: paterque *VP*, trepidansque *Peerlkampus l. l.* 203 adstri[e]to *V*, asstricto *C* ubere *m*: ubera *VP* nato *P* 205 hirtaeque *Pium legisse suspicatur Burmannus* 210 cadendum *V* 211 sigul[n]tantia *V* 212 recenti *MP*: recaedenti *V* *versus qui sunt inter* 212 *et* 263 *post* 262 *repetuntur in V. priorem scripturam Va, alteram Vb nota significabo; ubi consentiunt V signo utar*

arrectasque comas 'meritos en prima revertor
ulta toros, premit ecce dies.' tum verbere victas
in thalamos agit et cunctantibus invenit enses.
unde ego tot scelerum facies, tot fata iacentum
exequar? heu vatem monstris quibus intulit ordo!
quae se aperit series! o qui me vera canentem
sistat et hac nostras exolvat imagine noctes!
invadunt aditus et quondam cara suorum
corpora: pars ut erant dapibus vinoque soporos,
pars, conferre manus etiam magnisque paratae
cum facibus, quosdam insomnes et cuncta tuentes.
sed temptare fugam prohibetque capessere contra
arma metus; adeo ingentes inimica videri
diva dabat, notaque sonat vox coniuge maior.
tantum oculos pressere manu, velut agmina cernant
Eumenidum ferrumve super Bellona coruscet.
hoc soror, hoc coniunx, propiorque hoc nata parensque
saeva valet; prensosque toris mactatque trahitque
femineum genus, inmanes quos sternere Bessi
nec Geticae potuere manus aut aequoris irae.
it cruor in thalamis et anhela in pectore fumant
vulnera seque toris misero luctamine trunci

---

213 Arrectosque *Vb*, Adrectaque *M*, Arrectisque comis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* X 726 meritas *C* 214 uictus *P* (uictas *π*), ductas *C*, adactas *Heinsius* 215 Inthamos *Vb* ingerit *Heinsius* 217 exsequar *C* 218 facies *C* 219 Sista *Va*, Sistet *P* et *om. P* (*habet π*) 219 exsoluat *V* voces *Marklandus ad Stat. silv.* III 5, 34 221 sepultos *Friesemannus l. l. p.* 82 222 magnisque *ψc*: magnosque *VP*, raptisque *Burmannus* paratos *Heinsius*, parantes *Burmannus* 224 tem^{p}tare *Va* prohi^{bet}que *Vb*, prohibet *M* capescere *Vb* 226 magior *Va* 227 Tandem *Heinsius* presere *Va* manu *Burmannus*: *om. VP*, metu *C*, viri *ψ*, suos *Heinsius* vel ut *Friesemannus l. l. p.* 82 certant *idem* 228 ferrumne *idem* 229 coni^{n}ux *V* 230 Seua *m*: Seu *VP* ualeat *P* pensosque *P*, pressosque *ψ* thoris *C*, comis *Burmannus* agitatque *vel* iactatque *Heinsius. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 338 231 inmagines *Vb* 233 It *Sabellicus*: His *VPC Ald.*, Hic *Bon.* cruos *Vb* anhelo *Heinsius* spumant *idem* 234 thoris *V* sero *Heinsius*

devolvunt. diras aliae ad fastigia taedas
iniciunt adduntque rogos: pars ignibus acti
effugiunt propere, sed dura in limine coniunx
obsidet et viso repetunt incendia ferro.
ast aliae Thressas labem causamque furoris
diripiunt; mixti gemitus clamorque precantum
barbarus ignotaeque implebant aethera voces.

Sed tibi nunc quae digna tuis ingentibus ausis
ora feram, decus et patriae laus una ruentis,
Hypsipyle? non ulla meo te carmine dictam
abstulerint, durent Latiis modo saecula fastis
Iliacique lares tantique palatia regni.
inruerant actae pariter nataeque nurusque
totaque iam sparsis exarserat insula monstris.
illa pias armata manus 'fuge protinus urbem
meque, pater; non hostis,' ait 'non moenia laesi
Thraces habent; nostrum hoc facinus. ne quaere, quis auctor.

---

235 ad *delet Friesemannus l. l. p.* 83 thedas *V* 236 obduntque *exemplar Bononiense Harlesii et Maserius*, abduntque *Burmannus*, subduntque *Friesemannus* *post* adduntque *colon posuit Dureau de Lamalle* rogos *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 74: domos *VP*, domo *Heinsius et Friesemannus* acti *exempl. Bon. Harlesii, Dureau de Lamalle:* atris *VP* atris *voce sententiam finitam vult Burmannus. olim conieceram* subduntque domos passim ignibus atris *cf. Silius* VII 351 *et* XVII 223 237 Ef[gl]fuunt *Va* properes et *VaMP* dira *C* lumine *M* (limine *corr. m.*) 238 incenthia *Va* 239 furorem *VaMP*, furorum *m* 240 *om. VaP* Diripicunt *Vb* clamores *M* (clamorque *corr. m. pr.*) precanum *Vb* 241 *om. Vb* ig[o]ntaeque *Va* [e]athera *Va* 242 quo *Burmannus* ausis *om. Va, additur in fine v.* 243 243 Ore *Burmannus*, Orsa seram *Heinsius*, Dona *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 250. *fortasse* verba 244 *in marg. inferiore habet Vb* 245 fatis *Heinsius* 247 Inruerant *Mπ*: Inrucre[a]nt *Vb*, Inrucant *VaP* nuptaeque *Barthius ad Stat. Theb.* V 200 248 im[a]par[s]sis *Vb* 249 fugae *V* 251 facimus *V* neque *M* (que *del. m*) quere *Va*, *om. Vb* queis auctore *Vb*

iam fuge, iam dubiae donum rape mentis et ensem
tu potius, miserere, tene.' tunc excipit artus
obnubitque caput tacitumque ad conscia Bacchi
templa rapit, primoque manus a limine tendens
'exime nos sceleri, pater, et miserere piorum
rursus' ait. tacita pavidum tunc sede locavit
sub pedibus dextraque dei; latet ille receptus
veste sacra; voces chorus et trieterica reddunt
aera sonum fixaeque fremunt in limine tigres.
regina ut roseis Auroram surgere bigis
vidit et insomni lassatas turbine tandem
conticuisse domos, stabilem quando optima facta
dant animum maiorque piis audacia coeptis,
serta patri iuvenisque comam vestesque Lyaei
induit et medium curru locat aeraque circum
tympanaque et plenas tacita formidine cistas.
ipsa sinus hederisque ligat famularibus artus
pampineamque quatit ventosis ictibus hastam
respiciens, teneat virides velatus habenas
ut pater et nivea tumeant ut cornua mitra
et sacer ut Bacchum referat scyphus. inpulit acri

---

252 fugae *Va*, Iamque fugam *Heinsius* dubie *Va* rapere *Vb* Iam fuge, iam dubiae donum rape lucis *aut* Iam fuge, iamque piae donum cape mentis *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 129 253 miserae retine *C*, miser ecce tene *Bon. Sabellicus Peerlkampus*, miserande tene *Ald.*, miser en retine *Columbus*, miserate tene *Barthius ad Stat. Theb.* V 35, miser, oro, tene *Heinsius* 254 Bachi *Va* 255 rabit *Va* 256 mis^{e}rere *Vb* 257 aede *Friesemannus l. l. p.* 84 258 dextraque] pallaque *Francius* dici *V* 259 co^{h}rus *Va* retdunt *Vb* 260 fi^{x}aeque *Vb*, fictaeque *vel* pictaeque *Heinsius* tigres *ψ*: tygues *Va*, tygers *Vb*, tygres *M*, zygnes *P*, zygues *π* 261 auror^{a}em *Va* 262 lasatas *V* tantem *V* 263 Stabilem certe optima facta: Dant animum *habet Parisinus* 7647 *ad librum tertium relata* fata *VP* 267 tacita *ψ*: tacitas *V*, tanta *P*, tantas *π* 268 famularibus *M*: flamuribus *V*, falsa muribus *P* 270 elatus *Heinsius* 271 Vtque *MP* et *C*: *om.* *VP* tumenant *V*

tum validas stridore fores rapiturque per urbem
talia voce canens: 'linque o mihi caede madentem,
Bacche, domum; sine foedatum te funere pontus
expiet et referam lotos in templa dracones.'
sic medios egressa metus; facit ipse verendam
nam deus et flatu non inscia gliscit anhelo.
iamque senem tacitis saeva procul urbe remotum
occuluit silvis, ipsam sed conscius ausi
nocte dieque pavor fraudataque turbat Erinys.
non similes iam ferre choros (semel orgia fallunt)
audet, non patrios furtis accedere saltus,
et fuga diversas misero quaerenda per artes.
visa ratis saevae defecta laboribus undae,
quam Thetidi longinqua dies Glaucoque repostam
solibus et canis urebat luna pruinis.
huc genitorem altae per opaca silentia noctis
praecipitem silvis rapit et sic maesta profatur:
'quam, genitor, patriam, quanta modo linquis inanes
pube domos! pro dira lues, pro noctis acerbae

---

274 *ante* 273 *in V, sed nota adposita verus ordo restitutus est. in P hic est ordo versuum* 275 274 273   274 mi *C*   275 f[o]edatum *V*, foeda tumente funera *P*   ponus *VP*   276 laetos *P* (lotos *π*)   dra[e]hones *V*. *cf. Gerhard griech. Mythol.* § 450, 1 *et Preller griech. Mythol.* I *p.* 561   277 medios *M:* mechos *V*, moechos *P*   egressa *M:* aegras[s]a *V*, aegressa *P*, aggressa *π*   uerendam *M:* ·[u]ferendam *V*, furendam *P*   278 anhelo *ψ:* anhele *VP*   279 se[n]mem *V*   tacitis *M:* tacitus *VP*   280 occuluit *scripsi:* Occulerat *VPc*, occultat, celarat, condiderat, obtulerat, occulere it, obruerat *Heinsius*   281 erynis *V*   282 falluunt *V*   283 patriis bustis *C*   accedere *ψ:* accendere *VPC*, furtiva accedere *vel* furtim succedere *Heinsius*   284 At *Sabellicus*, Est *Vossius* arces *P*   285 sacuae *m:* seua *VP*, sauae *M*   286 Thetidi *Mc:* tetih *V*, theti *P*, Tethy *ψ*   ches *V*   287 urebat *M:* u[i]rebat *V*, uirebat *P*   bruma *Marklandus ad Stat. silv.* I 2, 202   288 Huc *ψ:* Hunc *VP*   289 rapit et *ψ:* raptet *VP*   290 genit[o]ur *V*   quanta *ψ:* quantas *VPc*   inanes *ψ:* inani *VPc*   291 Puppe *Sabellicus e*

4*

exitium! talin possum te credere puppi,
care parens? possum tantis retinere periclis?
solvimus heu miserum furti scelus! adnue votis,
diva, soporiferas quae nunc trahis aequore bigas.
non populos, non dite solum, non ulla parenti
regna peto; patria liceat decedere terra.
quando ego servato mediam genitore per urbem
laeta ferar? quando hic lacrimas planctusque videbo?'
dixerat. ille procul trunca fugit anxius alno,
Taurorumque locos delubraque saeva Dianae
advenit. hic illum tristi, dea, praeficis arae
ense dato; mora nec terris tibi longa cruentis.
iam nemus Egeriae, iam te ciet altus ab Alba
Iuppiter et soli non mitis Aricia regi.

Arcem nata petit, quo iam manus horrida matrum
congruerat. rauco fremitu sedere parentum
natorumque locis vacuaeque in moenibus urbis
iura novant; donant solio sceptrisque paternis
ut meritam redeuntque piae sua praemia menti.

Ecce procul validis Lemnon tendentia remis
arma notant; rapitur subito regina tumultu
conciliumque vocat. non illis obvia tela

---

292 tali in *P*, tali ni *π* possum *P:* possunt *V* credere *Bon. Sabellicus c:* reddere *VP* pupi *V* 293 tantisne inferre *vel* offerre *Heinsius. fortasse deleto post* parens *interrogationis signo et exclamationis signo post* periclis *posito pro* possum *scribendum est* nec te, *ut* possum *errore librarii e versu qui antecedit huc translatum sit* 294 miserum *C:* serum *VP* furti *scripsi:* furtis *VPc*, Furiis *Gronovius observ.* IV 12. *cf. Peerlkampus ad Hor. carm.* I 15, 19 notis *P*, uocis *π* 297 Re^{g}na *V* 299 planctusque *Mπ:* plantusq^{ue} *V*, plantusque *P* 300 fu^{g}it *V* (g *add. m. sec.*) 301 Taurorumque *M:* Taurorum *VP* chanae *V* 303 tato *VP* 304 aegeriae *V* 305 arigia *VP* 306 Arcem hinc *Burmannus* ^{i}am *V* 308 montibus *P* umbris *π* (*in marg.* at urbis *m. pr.*) 309 nouant *M:* nocant *V*, uocant *P* donant *M:* dobant *VP* 310 redeunt *M*, redduntque *m* 312 notans *Burmannus*

ferre nec infestos derat furor inprobus ignes,
ni Veneris saevas fregisset Mulciber iras.
tunc etiam vates Phoebo dilecta Polyxo
(non patriam, non certa genus, sed maxima ....
. . . .
Proteaque ambiguum Phariis .... ab antris
huc rexisse vias iunctis super aequora phocis.
saepe imis se condit aquis, cunctataque paulum
surgit ut auditas referens in gurgite voces)
'portum demus' ait, ... 'haec ... credite, puppis
advenit et levior Lemno deus aequore flexit
huc Minyas; Venus ipsa volens dat tempora iungi,
dum vires utero maternaque sufficit aetas.'
dicta placent portatque preces ad litora Grais
Iphinoe; nec turba nocens, scelerisque recentis
signa movent, tollitque loci Cytherea timorem.

* * *

314 infostos *V*   dera *M*, dederat *P*   315 seuas *V*   317 sed] te *Heinsius probante Burmanno*   magxima *V* (g *post deletum*)   *post* maxima *lacunam significavi, nam e testimoniis librorum quae pariter omnia corrupta sunt nullum in verba poetae recipi potuit; habet autem* tact^{e}a *V*, taetae *M*, tete *P*, caete *C*. Tethym *ψ*, Ceto *Heinsius*, Tethys *Burmannus*   *inter* 317 *et* 318 *unum versum excidisse suspicor*   318 Phariis *ψ*: pharii se *VC*, phariis c *PM*. *lacuna quae post haec verba est in VP* patris *voce inserta expleta est in MC. fortasse* narratur *vel simile quid excidit.* Phariis referebat a. a. *ψ Burmannus*, Phariis fert rumor *vel* Pharii fert patris a. a. *vel* Phariae fert Thetyos antris *Heinsius.*   319 rexisse *P*: rexiss *V*, exisse *M*   iunctis *m*: iniunctis *V*, uinctis *P*   320 Saepimis *VP*   321 referns *V*   322 *lacunas significavi:* ait hec (haec *MP*) credite *VP*, ait ... ... haec credite *π*, ait haec hospita credite *C*, a. nobis haec c. *ψ*, a. nostra haec mihi c. *Burmannus. fortasse* a. laeta haec, mihi c.   323 Aducniet *C*, Advenit en *vel* Adventat *Heinsius*   lenior *π*, melior *Heinsius*   324—406 *desunt in π*   mynias *V*   corpora *vel* pectora *Burmannus*   325 maturaque *Heinsius*   326 praeces *V*   Grais *MP m. sec. in lacuna:* gris *V*   327 Iphinoe *M:* Tphinoe *V*, Thiphin^{o}e *P* (o *add. m. sec.*)   scelerisque *CP m. sec.:* celerisque *VP*   recentis *P m. sec. in marg.:* nocentis *VPC*   328 cy^{t}herca *V*   *inter* 328 *et* 329 *non dubito quin non nulla exciderint*

protinus ingentem procerum sub nomine taurum
deicit, insuetis et iam pia munera templis
reddit et hac prima Veneris calet ara iuvenca.

Ventum erat ad rupem, cuius pendentia nigris
fumant saxa iugis coquiturque vaporibus aer.
substitit Aesonides; adque hic regina precari
hortatur, causasque docens 'haec antra videtis
Vulcanique' ait 'ecce domos: date vina precesque,
forsitan hoc factum taceat iam fulmen in antro;
nox dabit ipsa fidem, clausae cum murmura flammae,
hospes, et incussae sonitum mirabere massae.'
moenia tum viresque loci veteresque parentum
iactat opes. mediis famulae convivia tectis
expediunt; Tyrio vibrat torus igneus ostro.
stat maerens atavos reges regesque maritos
Thressa manus, quaecumque faces timuisse iugales
credita nec dominae sanctum tetigisse cubile.
iam medium Aesonides, iam se regina locavit,
post alii proceres; sacris dum vincitur extis
prima fames, circum pateris it Bacchus et omnis
aula silet; dapibus coeptis mox tempora fallunt
noctis et in seras durant sermonibus umbras.

---

329 sub] dux *Piersonus verisimil. p.* 201 331 hac *MP:* ac *V*, hinc *Barthius ad Stat. Theb.* V 449, ad primam — iuvencam *vel* et hac primae *Heinsius* ueneris *M:* ueris *VP* calet *ψc:* caret *VP*
i
332 cuus *V* 334 aesomndes *VP* praecari *V* 335 Ortatur *V*
ni
antra *M:* cantra *V*, contra *P* 336 Vulcaque *V* 337 iaceat *Heinsius. fortasse* lateat 338 Mox *M* falmmae *V* 339 Nospes *V* incusae *Maserius probante Casaubono ad Pers. sat* II 52 mirauere *V* 341 Iactat *ψ*: Iactet *V*, Iactes *P* hospes *M* (opes *corr. m*) conuiua *V*
i
342 tyro *V* ingens *M* (igneus *corr. m*) astro *P* 343 Stat *m:* Istat *V*, Instat *M*, Ista *P* merens *V* 344 renuisse *Heinsius*
c
345 santum *V* 346 medium *Heinsius probante Peerlkampo ad Verg. Aen.*
re ci
I 698: medi *V*, medio *M*, media *P* gina *V* 347 uintur *V*
349 captis *Ald.*, raptis *Heinsius*

praecipueque ducis casus mirata requirit
Hypsipyle, quae fata trahant, quae regis agat vis,
aut unde Haemoniae molem ratis: unius haeret
adloquio et blandos paulatim colligit ignes
iam non dura toris Veneri nec iniqua reversae.
et deus ipse moras spatiumque indulget amori.
Pliada lege poli nimboso moverat astro
Iuppiter aeternum volvens opus, et simul undis
cuncta ruunt unoque dei Pangaea sub ictu
Gargaraque et maesti steterunt formidine luci.
saevior haut alio mortales tempore mentes
terror agit; tunc urguet enim, tunc flagitat iras
in populos Astraea Iovem terrisque relictis
invocat adsiduo Saturnia sidera questu.
insequitur niger et magnis cum fratribus Eurus
intonat Aegaeo tenditque ad litora pontus.
et lunam quarto densam videt imbribus ortu
Thespiades, longus coeptis et fluctibus arcet

---

351 Praecipue quae *V* ducis *ψ*: dices *V*, duces *M*, dites *P* 352 Hypsile[y] *V* quo — quo *cum Heinsio Friesemannus l. l. p.* 84. *idem* agatur *et v.* 353 moles *proposuit sublata post* agatur *interpunctione* 353 hemoniae *V* heret *V* 354 colliit[g] *V* 355 ueneris *MP* (*Heinsius V idem habere testatus est*) 356 En *Burmannus* dus[e] *V* morasi *V* 357 po////li *V* (*tres literae erasae sunt*) nimbosum — astrum *Slothouwer l. l. p.* 174 involverat austro *Heinsius* 358 Iupiter[p] *V* aetherium *vel* alternum *Heinsius* solvens *Burmannus* 359 dei *M*: die *VP* 360 maesti steterunt *Pius*: maestis et erant *V*, moestis et orant *M*, mestis et erat *P*, moesti steterant *ψ* 361 aut *V* mentes *Heinsius*: gentes *VPc* 362 Tortor *C* tunt[c] *V* flagat[t] *V* 364 foedera *Heinsius* quaestu *V* 365 magno *Heinsius et Friesemannus l. l. p.* 84 fratibus *V* 366 tenditque *MP*: denditque *V*, eruditque *Ald.*, truditque *Vossius et Friesemannus l. l. p.* 84, tendique *vel* tenditque (pontum) *Heinsius*, funditque *Burmannus* littora *V* pontus *M*: pondus *VP*, pontum *Vossius*, *Friesemannus*, *Burmannus* 367 Vt *Heinsius* uiet[d] *V* 368 logus[n] *V*, longe *Ald. Heinsius* incertis *vel* inceptis a *Heinsius* flutibus[c] *V* arcet *CBon.*: arcent *VP*

quem metus: usque novos divae melioris ad ignis
urbe sedent laeti Minyae viduisque vacantes
indulgent thalamis, nimbosque educere luxu,
nec iam velle vias, zephyrosque audire vocantes
dissimulant, donec resides Tirynthius heros
non tulit, ipse rati invigilans adque integer urbis.
invidisse deos tantum maris aequor adortis
. . . .
desertasque domos, fraudataque tempore segni
vota patrum. quid et ipse viris cunctantibus adsit?
'o miseri quicumque tuis accessimus actis!
Phasin et Aeeten Scythicique pericula ponti
redde' ait 'Aesonide: me tecum solus in aequor
rerum traxit amor, dum spes mihi sistere montes
Cyaneos vigilemque alium spoliare draconem.
si sedet Aegaei scopulos habitare profundi,
hoc mecum Telamon peraget meus.' haec ubi dicta,
haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
quam bellator equus, longa quem frigida pace
terra iuvat, vix in laevos piger angitur orbes,
frena tamen dominumque velit, si Martius aures
clamor et obliti rursus fragor impleat aeris.

---

369 Quem *C Bon.*: Qui *VP* 371 talamis *V* 372 luelle *V* 373 tyrinthius *V* 374 inuigilans *m*: inuigans *VP*, iningilans *M* urbe *P* *post* 375 *non dubito quin unus versus interciderit* 376 Desertasque *Cψ*: Disertisque (a above i) *V*, Disertasque *P*, Deseratasque *M* faudataque *V* tempore *M*: tempora *VP* segnis *P* 377 quid et ipse viris cunctantibus adsit *num Valerii sint vehementer dubito* assit *C* 378 ausis *Columbus* 379 Phasin et Aeeten *Ald. c*: Phasine tamen *VP*, Phasim et oeten *M* penricula *V* poniti *V* 381 motites (n above t) *V* 382 Cyanaeos *V*, Cymaeos *P* 383 aegei *V* habitare *MP*: habire *V* profundi *m*: profundo *VP* 384 taelamon *V* hae *V* 386 equis *P* quem *ψ*: quam *V*, que *P* 387 iubat *V* quem — crura iuuant *Ald.*, quem — crura ligant *Gronovius diatr. Stat. cap.* 46, cui — Terga vacant *vel* quem Terga iuvant *Heinsius* vix *scripsi*: brevis *VP*, quique *Ald.*, nec in exiguos piger *Burmannus*. brevis *cum* terra *iungi volunt Carrion et Heynius observ. ad Tib.* IV 1, 91 oorbes *V* 389 Clangor *Burmannus*

tunc Argum Tiphynque vocat pelagoque parari
praecipitat; petit ingenti clamore magister
arma viros pariter sparsosque in litore remos.

Exoritur novus urbe dolor planctusque per omnes
it facies antiqua domos. sibi moenia linqui
en iterum, et quando natorum tempora, gentem
qui recolant, qui sceptra gerant? nunc triste nefandae
noctis opus, vidui nunc illa silentia tecti
saeva magis, thalamos excussaque vincla quod ausae
induere atque iterum tales admittere curas.
ipsa quoque Hypsipyle subitos per litora cursus
ut vidit totaque viros decedere Lemno,
ingemit et tali conpellat Iasona questu:
'iamne placet primo deducere vela sereno,
carius o mihi patre caput? modo saeva quierunt
aequora. sic portus fugeret ratis, aspera si te
Plias in adversae tenuisset litore Thraces.
ergo moras caelo cursumque tenentibus undis
debuimus?' dixit lacrimans, haesuraque caro
dona duci promit chlamydem textosque labores.
illic servati genitoris conscia sacra
pressit acu currusque pios: stant saeva paventum

---

390 tiphimque *V*, typhimque *P*   u^{c}oat *V*   pelagoque *MP*: pelago *V*   392 remos *m. in marg.*: faemos *V*, fenos *M*, frenos *P*
394 It *Ald.*: Et *VPC*   395 ecquando *ψ*   pignora *Heinsius*
396 regant *C*   tristae *V*   nefande *V*   397 lecti *Heinsius*
398 Saeua magis *P m. sec*: Saeuam at halam^{o}as *V*, Saouam t^{h}alamos *M* (h *add. m*), Saeua ma .... thalamos *P*, Saeuit amor *C*   exclusaque *C*
399 Induere atque *Heinsius*: Inbueratquo *V*, Imbueratque *MPC*, Imbuere atque *Carrion*   admittere *M*: atmittere *V*, amittere *P*, ammittere *C*
401 Et *P*   402 quaestu *V*   403 ded^{ce}ure *V*   404 capud *V* (caput *corr. m. pr.*)   seua *V*   quierunt *Ald.*: quierant *VP*, quierint *Burmannus*   405 sic *C Ald.*: si *VP*   ratis *vocem* pe *literae secuntur in* *V*   406 tenuissed *V*   407 Erego *V*   408 lachrymans *ψ*: lacrimas *VP*   409 chlamidem *V*, clamidem *PC*   410 conscia] et anxia *P*
411 Pressit acu *C Ald.*: Praesit a *V*, Pressit ac *M*, Presit a *P*, Pinxit acu *Bon.*   cursusque *P* (currusque *π*)   stat *M*

agmina dantque locum; viridi circum horrida tela
silva tremit; mediis refugit pater anxius umbris.
pars et frondosae saltus expresserat Idae
inlustremque fugam pueri; mox aethere laetus
adstabat mensis: quin et Iovis armiger ipse
accipit a Phrygio iam pocula blanda ministro.
tunc ensem notumque ferens insigne Thoantis
'accipe' ait 'bellis mediaeque ut pulvere pugnae
sim comes, Aetnaei genitor qnae flammea gessit
dona dei, nunc digna tuis adiungier armis.
i, memor i terrae, quae vos amplexa quieto
prima sinu; refer et domitis a Colchidos oris
vela per hunc utero quem linquis Iasona nostro.'
sic ait Haemonii labens in colla mariti.
nec minus Orphea tristis cervice tuaque,
Aeacide, et gemino coniunx a Castore pendet.

Has inter lacrimas legitur piger uncus harenis:
iam remi rapuere ratem, iam flamina portant;
spumea subsequitur fugientis semita clavi.
tunc tenuis Lemnos transitque Electria tellus
Threiciis arcana sacris; hic numinis ingens
horror et incautis decreta piacula linguis.

---

412 dan(t)que *V* viridi *Barthius ad Stat. Theb.* V 496 *probante Heinsio:* uiridis *VP* orrida *V* 413 ref(g)uit *V* 414 Ars *vel* Parte *Heinsius* saltus *Eyssenhardtius l. l. p.* 385: raptus *VPc* 415 laetis *Heinsius*, latus *Eyssenhardtius* 416 mensis *M:* mmsis *V*, imensis *P* 418 Thoantis *ψ*: tonantis *VP* 419 mediaeque *P:* mediae *V* ut] in *Friesemannus l. l. p.* 85 420 Sit *Ald., quod placuit Burmanno et Friesemanno l. l. p.* 85, Sint *Heinsius* aetnei *V* 421 dignatus *P* adiunger(i) *V*, adiungere *P* (adiungier *π*) 422 I memoriterrae *V*, Immemori terrae *MP* (m *primum del. m*), memor et terrae *Sabellicus* 423 orti *P*, ortis *π* 424 Vela *M*: Ve *VP* 426 tristis *M:* tristi *VP* 427 rependet acasto *M*, a casto rependet *P* 428 arenis *V* 429 flamea *P* 430 fugientem *Burmannus* 431 Hinc *vel* Fit *Burmannus* tenus it *Pius* transitque *ψ*: transitaque *VP*, transibatque *C*, tenui Lemno transiri *vel* transire *Heinsius*, transit Lemnos transitque *Columbus* aelectria *V* 433 linguis *M:* linquis *VP*

hanc demissa Iovi non umquam laedere fluctu
audet hiemps; sponte ipse deus tunc asperat undas,
cum vetat infidos sua litora tangere nautas.
obvius at Minyas terris adytisque sacerdos
excipit hospitibus reserans secreta Thyotes.
hactenus in populos, vates Samothraca, diemque
missa mane, sacrisque metum servemus opertis.
illi sole novo laeti plenique deorum
considunt transtris. iam quas praeviderat urbes
navita condebat, proraeque accesserat Imbros,
et sol aetherias medius conscenderat arces.
Thessala Dardaniis tunc primum puppis harenis
adpulit et fatis Sigeo litore sedit.
desiliunt: pars hinc levibus candentia velis
castra levat; tracto pars frangit adorea saxo

---

434 ledere *V*   435 undas *M: quae* un *literas secuntur ligatura tectae sunt in V*, unda *P*   437 at *Ald.:* ad *VP*   aditusque *P*, aditisque *π*   439 uates samothraca diemque *C:* uates amothraca dicam *V*, uate samothraca chem *M*, uates amothra radicem *P*, uates aniothra cadicem *π*   440 musa *m*   Hactenus in populos vatem Samothracia ditem Sola habuit, vetuitque suis arcana colonis Scire, nec in numero caelestia promere dicta Iasius voluit pater. At vos numine dextro Missa manent, sacrisque metum servemus opertis. *codex Alexandri Farnesii (quem Pius manu Pomponii emaculatum esse dixit) et Ald. genuinos esse hos versus iudicat Weichertus dissertat. d. vers. aliqu. C. V. Flacci p.* 122 *sqq., ut post* populos *interpungatur, pro* ditem *scribatur* Thyotem, *pro* suis colonis: suos colonos, *pro* manent: monent. Hactenus in populos, vates, Samothraca diemque Missa. mane sacrisque *e. q. s. Gifanius in indice Lucretiano s. v. religio*, Hactenus in populos vates Samothraca, deumque Mysta vale *vel* H. i. p. vates. Samothraca, deumque Mysta vale *Salmasius ad script. hist. Aug. p.* 32, Hactenus in populos, mater Samothraca, diemque Missa mane *s. q. s. Gronovius observ.* I 15, Hactenus in populos vati, Samothraca, diemque missa vale *Schraderus observat. p.* 22 *sq.*, Hactenus: in populos, vates Samothraca, diemque Missa mone *Burmannus*, Hactenus in populos vatem Samothraca reducens, Musa, mane *Withofius krit. Anmerk. St.* 5 *p.* 26. H. i. p., vates Samothraca, diemque Missa fave *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 266   442 praeuiderat *M:* prouiderat *VP*   443 accessarat *V*   444 sol *M:* sola *VP*   446 atque ratis *Friesemannus l. l. p.* 87   448 locat *Heinsius*   trito *idem*

farra; citum strictis alius de cautibus ignem
ostendit foliis et sulphure pascit amico.

Alcides Telamonque comes dum litora blando
anfractu sinuosa legunt, vox accidit aures
flebile succedens, cum fracta remurmurat unda.
attoniti pressere gradum vacuumque sequuntur
vocis iter; iam certa sonat, desertaque durae
virgo neci quem non hominum superumque vocabat?
acrius hoc instare viri succurrere certi.
qualiter, implevit gemitu cum taurus acerbo
avia frangentem morsu super alta leonem
terga ferens, coit e sparso concita mapali
agrestum manus et caeco clamore coloni.
constitit Alcides, visuque enisus in alta
rupe truces manicas defectaque virginis ora
cernit et ad primos surgentia lumina fluctus.
exanimum veluti multa tamen arte coactum
maeret ebur, Pariusve notas et nomina sumit
cum lapis aut liquidi referunt miranda colores.
ductor ait: 'quod, virgo, tibi nomenque genusque,
quae mors ista, doce. tendunt cur vincula palmas?'
illa tremens tristique oculos deiecta pudore

---

450 Extundit foliisque *idem* 451 taelamonque *V* pando *Heinsius* 452 attigit *ψ. aut hoc ipsum aut* excidit auris *scribendum esse iudicat Lachmannus ad Lucr.* V 608 453 Flebile *m*: Flebili *VP*, *fortasse* flebilis ac cedens qua *Sabellicus*, ceu *Schottus* 454 Adtoniti *V* (Attoniti *corr. m. pr.*) vocemque sequuntur. Vox iterum *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 295 455 resonat *V* decretaque dirae *Friesemannus l. l. p.* 87 457 instanre *V* viri *ψ*: uiris *VP* 458 Quales *Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 223 gemitu cum] mugitu *Friesemannus l. l. p.* 88 taturus *V* aceruo *V* 459 frange^{n}tem *V* 460 ferrens *V* 462 visuque] miseraeque *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 148 remensus *vel* elatus *Heinsius* 464 turgentia *Heinsius* lumina *Ald.*: flumina *VCπ*, flamina *P* (flumina *corr. m. sec.*) fluctus *CM*: flectus *V*, fletus *P*. Cernit et adsiduos turgentia lumina fletus *Peerlkampus l. l.* 465—467 *damnat Peerlkampus ad Hor. carm.* IV 8, 13 466 Meret *V*, Moeret *M*, Meet *P* ·467 liquidi *C Bon.*: aliquidi *V*, aliquid *Pm*, aliqui *Ald.* 469 sors *Heinsius*

'non ego digna malis' inquit; 'suprema parentum
dona vides, ostro scopulos auroque frequentes.
nos Ili felix quondam genus, invida donec
Laomedonteos fugeret Fortuna penates.
principio morbi caeloque exacta sereno
temperies; arsere rogis certantibus agri,
cum subitus fragor et fluctus Idaea moventes
cum stabulis nemora. ecce repens consurgere ponto
belua, monstrum ingens; hanc tu nec montibus ullis
nec nostro metire mari. primaeva furenti
huic manus amplexus inter planctusque parentum
deditur. hoc sortes, hoc corniger imperat Hammon,
virgineam damnare animam sortitaque Lethen
corpora; crudelis scopulis me destinat urna.
verum o iam redeunt Phrygibus si numina tuque
ille ades auguriis promisse et sorte deorum,
iam cui candentes votivo in gramine pascit
cornipedes genitor, nostrae stata dona salutis,
adnue meque, precor, defectaque Pergama monstris
eripe, namque potes. neque enim tam lata videbam
pectora, Neptunus muros cum iungeret astris,
nec tales umeros pharetramque gerebat Apollo.
auxerat haec locus et facies maestissima capti
litoris et tumuli caelumque, quod incubat urbi,
quale laborantis Nemees iter aut Erymanthi
vidit et infectae miseratus flumina Lernae.

---

471 inquid *V*   472 rigentes *Heinsius*   473 ilii *P*   felix *Slothouwer l. l. p.* 171 *probante Peerlkampo ad Verg. Aen.* IV 12: ueteris *VP*   474 fregit *Sabellicus*   477 idaea *Cm Ald.*: idae *VP*, venere *Bon.*   478 pono *V*   479 montibus *M*: monibus *V*, menibus *P*   480 uestro *P* (nostro *π*)   metiere *M*   481 nurus *Pius*   482 huic — huic *vel* hic — hic *Heinsius*   483 subituraque *Heinsius*   485 Verum o iam *ψ*: Verumotam *V*, Veru motam *P*   phrigibus *V*   tuque *om. P*, que *π spatio quattuor literarum post* numina *relicto*   486 promissae *V*   488 saluti *Heinsius*   489 praecor *V*   490 Aeripe *V*   493 vasti *vel* cassi *vel* aperti *Heinsius*   494 telumque *P*, celumque *π*   495 nemeaes iter *M*: nemeesi *V*, nemee si *P*, nemersi *π*   t *V* (au *above*)

Dat procul interea signum Neptunus et una
monstriferi mugire sinus Sigeaque pestis
adglomerare fretum, cuius stellantia glauca
lumina nube tremunt, adque ordine curva trisulco
fulmineus quatit ora fragor, pelagoque remenso
cauda redit, passosque sinus rapit ardua cervix.
illam incumbentem per mille volumina pontus
prosequitur lateri adsultans, trepidisque ruentem
litoribus sua cogit hiemps. non fluctibus aequis
nubiferi venit unda Noti, non Africus alto
tantus ovat patriisque manus cum plenus habenis
Orion bipedum flatu mare tollit equorum.
ecce ducem placitae furiis crudescere pugnae
surgentemque toris stupet immanemque paratu
Aeacides pulsentque graves ut terga pharetrae.
ille patrem pelagique deos suaque arma precatus
insiluit scopulo, motumque e sedibus aequor
horruit et celsi spatiosa volumina monstri.
qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri
tollitur et volucres Rhipaea per ardua nubes
praecipitat; piceo nox tum tenet omnia caelo.
illa simul molem horrificam scopulosaque terga
promovet ingentique umbra subit, intremere Ide
inlidique ratis pronaeque resurgere turres.
occupat Alcides arcum totaque pharetrae

---

498 sigaeaque *V* pristis *Gronovius observ.* I 18 499 Adglomerat *P* (Adglomerare *π*) 500 nube *supr. vers. V m. pr.* 501 Fulmineus *M:* Flumineus *VP* 502 passosque sinus *C:* passusque sinu *VP* 505 cingit *Heinsius* 508 aequorum *V* 511 hparetrae *V* 513 scopulos *Heinsius* 514 celsi *m:* celso *VP* spaciosa *V* 515 haebri *V*, Haemi *Burmannus* 516 riphea *V* 517 picaeo *V*, picei — coeli *Heinsius* nox tum *scripsi:* necdum *VPc*, nox dum *Eyssenhardtius l. l. p.* 386 premit *Burmannus* omina *C* 518 Ille *C* scruposaque *Heinsius*, squamosaque *vel* sinuosaque *Friesemannus l. l. p.* 89 519 Ide *ψ*: idem *VPC* 520 ratis *ψ*: rates *VPC*, arces *non nullos legisse Pius testis est*, trabes *Gronovius observ.* I 18 turres] rupes *Burmannus*, puppes *Friesemannus l. l. p.* 90

nube premit. non illa magis quam sede movetur
magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.
iam brevis et telo volucri non utilis aer.
tum vero fremitus vanique insania coepti
et tacitus pudor et rursus pallescere virgo.
proicit arma manu, scopulos vicinaque saxa
respicit, et quantum ventis adiuta vetustas
inpulerat pontive fragor, tantum abscidit imi
concutiens a sede maris. iamque agmine toto
pistris adest miseraeque inhiat iam proxima praedae.
stat mediis elatus aquis recipitque ruentem
Alcides saxoque prior surgentia colla
obruit; hinc vastos nodosi roboris ictus
congeminat. fluctus defertur belua in imos
iam totis resoluta vadis; Idaeaque mater
et chorus et summis ulularunt collibus Amnes.
protinus e scopulis et opaca valle resurgunt
pastores magnisque petunt clamoribus urbem.
nuntius hinc socios Telamon vocat, ac simul ipsi
horrescunt subitoque vident in sanguine puppem.
nec minus in scopulos crudique cacumina saxi
emicat Alcides vinclisque tenentibus aufert
virgineas de rupe manus aptatque superbis
arma umeris; regem inde petens superabat ovante
litora tuta gradu. qualis per pascua victor
ingreditur, tum colla tumens, tum celsior armis

---

522 movetur *Ald. e:* mouenti *VP*, moveri *Bon.* 523 differre *Columbus* 525 infamia *Heinsius* 528 Perspicit *vel* Arripit *Heinsius* adiuta *Pm:* adiuuata *V* 529 inpulerat *scripsi:* Inpulerit *V*, Impulerit *MP* pontiue fragor *m:* potentiue fragon *V*, potenti fragori *P* 532 rentem (u above) *V* 535 bellua *C (ut videtur): om VP*, praeceps defertur *ψ* 537 ul//larunt *V* ululaverunt Corybantes *Friesemannus l. l. p.* 91 540 Nuncius *V* 541 pupcm (p above) *V* 543 alchides *V* terentibus *Heinsius* 545 ovante *ψ*: ouant *V*, ouantem *MP* 547 cum colla *C* artus *C*, armos *Heinsius*

taurus, ubi adsueti pecoris stabula alta revisit
et patrium nemus et bello quos ultus amores.

Obvia cui contra longis emissa tenebris
turba Phrygum parvumque trahens cum coniuge natum
Laomedon; iam maestus equos, iam debita posci
dona gemit. pars aerii fastigia muri
cingit et ignotis iuvenem mirantur in armis.
illum torva tuens adque acri lubricus astu
rex subit et patrio fatur male laetus amore:
'maxime Graiugenum, quem non Sigea petentem
litora nec nostrae miserantem funera Troiae
adpulit his fors ipsa locis, si vera parentem
fama Iovem summique tibi genus esse Tonantis,
noster ades iunctisque venis; sator unus et idem
stirpis honos, quamquam longis disiungimur oris.
quot mihi post lacrimas, post quanta piacula patrum
serus ades! quam parva tuis iam gloria factis!
verum age nunc socios fraternis moenibus infer,

* * *

crastina lux biiuges stabulis ostendat apertis.'
dixerat haec; tacitusque dolos dirumque volutat
corde nefas, clausum ut thalamis somnoque gravatum
immolet ereptaque luat responsa pharetra:
namque bis Herculeis deberi Pergama telis
audierat. Priami sed quis iam vertere regnis

---

548 pecoris V stabula alta] *cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* X 723 550 emersa *Heinsius* 551 phrygum *mπ*: phrygaim V, phrygrum M, phrigum P 557 sigaea V petentem P: patentem V 560 donantis V 561 uinctisque P (iunctisque *π*), iunctisque veni *Bon.*, iunctusque venis *Ald. c*, iunctusque veni *Vossius ex veteri editione Bononiensi se reposuisse dicit* 562 disiungitur P 563 Quot *m*: Quod *VP* pericula *π* matrum *Heinsio praeeunte Wagnerus* 564 parta *Heinsius* 565 infer *P*: infers V *post hunc versum duo vel tres intercidisse videntur, in M hic legitur:* Vt tibi seruata statui quam (quae *corr. m*) munera probe (prole *corr. m. pr.*), *quem C quoque habuisse videtur* 568 tacitosque *Heinsius* 570 eraptaque V 572 quis nam avertere *Heinsius* (avertere *Gronovius quoque observ.* I 2) regni P

fata queat? manet immotis nox Dorica lustris
et genus Aeneadum et Troiae melioris honores.
'nos' ait 'ad Scythici' Tirynthius 'ostia ponti
raptat iter; mox huc vestras revehemur ad oras
donaque dicta feram.' tum vero plura vocatis
adnuit ille deis. promissa infida tyranni
iam Phryges et miserae flebant discrimina Troiae.

Panditur hinc totis in noctem carbasus alis,
litoraque et veteris tumulos praelabitur Ili
Dardaniumque patrem; vigili simul omnia ludo
festa vident; hinc unda sacris hinc ignibus Ide
vibrat et horrisonae respondent Gargara buxo.
inde ubi iam medii tenuere silentia ponti
stridentesque iuvant aurae, Phrixea subibant
aequora et angustas quondam sine nomine fauces.
ecce autem prima volucrem sub luce dehiscens
terruit unda ratem, vittataque constitit Helle,
iam Panopes Tethidisque soror, iamque aurea laeva
sceptra tenens. tum sternit aquas proceresque ducemque
aspicit et placidis conpellat Iasona dictis.
'te quoque ab Haemoniis ignota per aequora terris
regna infesta domus fatisque simillima nostris
fata ferunt; iterum Aeolios Fortuna penates
spargit et infelix Scythicum gens quaeritis amnem.

---

573 dorica *m et Carrionis editio secunda (cf. Gronovius l. l.)*: turica *VP*, durica *M Bon.*, duria *Ald.* fatis *Ang. Politianus*, iussis *Burmannus. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 257 577 faeram *V* (a *prius post deletum est*) in verba *vel* ture *vel* et plura *Heinsius* uocantis *C* 578 Annuet *C* deis *ψ*: dies *VPC* 579 phriges *V* 581 Litoraquae *V* veteris *Maserius*: ueteres *VPc* 582 patrem] ratis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 8 sollemnia *Heinsius* 584 horrisono *m* 586 aurae *M*: aurea *VP* 587 numine *C (ut videtur)* 589 uitataque *P*, uictataque *π* costitit *V* 591 tum *Carrionis editio secunda*: dum *VP* proceresque *π*: proceremque *VP* 592 compellat *Mπ*, compellit *P* 593 Te *mπ*: Tu *VP* aehaemoniis *V* 594 domo *Heinsius* fatisque *m*: fastisque *VP* simillia *V* 595 aeolios *M*: aelios *VP* penates *C*: nepotes *VP*

vasta super tellus, lougum (ne defice coeptis)
aequor, et ipse procul, verum dabit ostia Phasis.
hic nemus arcauum gemiuaeque virentibus arae
stant tumulis; hic prima pia sollemuia Phrixo
ferte mauu cinerique, precor, mea reddite dicta:
uou ego per Stygiae quod rere sileutia ripae,
frater, agor; frustra vacui scrutaris Averni,
care, vias. neque enim scopulis me et fluctibus actam
frangit hiemps; celeri extemplo subiere rueutem
Cymothoe Glaucusque manu; pater ipse profundi
has etiam sedes, haec numine tradidit aequo
regna uec Iuois noster sinus invidet undis.'
dixerat, et maestos trauquilla sub aequora vultus
cum gemitu tulit, ut patrii rediere dolores.
tum pelago viua invergens dux talibus infit:
'undarum decus et gentis, Cretheia virgo,
pande viam cursuque tuos age, diva, secuudo.'

Inmittitque ratem mediasque intervolat urbes
qua brevibus furit aestus aquis Asiamque premeutem
effugit abruptis Europa inmanior oris.
has etiam terras cousertaque gentibus arva
sic, pelago pulsante, reor, Neptunia quoudam
cuspis et adversi lougus labor abscidit aevi,
ut Siculum Libycumque latus, stupuitque fragore
Ianus et occiduis regnator moutibus Atlans.
iam iuga Percotes Pariumque iufame fragosis

597 ne defice coeptis *in M m. sec. addidit et uncis inclusit* 598 Aequor *m:* Aequod *V*, Ac quod *P*, At quod *π* 600 pio *ψ* celeres hic prima piacula *C* 601 Ferte *Pm:* Forte *V* 605 Fregit *Wagnerus* 606 claucusque *V* 609 uultus *MP:* uultu *V* 610 patrui *P* 611 inmergens *P* (inuergens *π*) 612 Nepheleia *Burmannus* 614 Imminuitque *π* 616 inmanibus *M* 619 annosi *Bentleius in epistola ad Burmannum data l. l. p.* 551 621 Lanus *P* (Ianus *π*), Indus *Isaacus Vossius*, Canus *Heinsius*, Canus in *Francius*, Aemus *Bentleius ad Hor. ep.* I 3, 4, Taurus *Withofius krit. Anmerk. St.* 5 *p.* 18. *cf. Preller Röm. Mythol. p.* 162 621 atlas *M*, athlas *P* 622 Percotes *ψ*: percotis *VPC* paruumque *Mπ*, parumque *P*

exuperant Pityamque vadis, transmissaque puppi
Lampsacus, Ogygii quam nec trieterica Bacchi
sacra neque arcanis Phrygius furor invehit antris,
sed suus in Venerem raptat deus. illius aras
urbe super celsique vident velamina templi.
rarior hinc tellus adque ingens undique caelum
rursus et incipiens alium prospectus in orbem.
terra sinu medio Pontum iacet inter et Hellen
ceu fundo prolata maris; namque improba caecis
intulit arva vadis longoque per aequora dorso
litus agit: tenet hinc veterem confinibus oris
pars Phrygiam, pars discreti iuga pinea montis.
nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
urbs placidis demissa iugis; rex divitis agri
Cyzicus. Haemoniae qui tum nova signa carinae
ut videt, ipse ultro primas procurrit ad undas
miraturque viros dextramque amplexus et haerens
incipit 'o terris nunc primum cognita nostris
Aemathiae manus et fama mihi maior imago.
non tamen haec adeo semota neque ardua tellus
regnaque iam populis inpervia lucis eoae,
cum tales intrasse duces, tot robora cerno.
nam licet hinc saevas tellus alat horrida gentes
meque fremens tumido circumfluat ore Propontis,
vestra fides ritusque pares et mitia cultu
his etiam mihi corda locis; procul effera virtus

623 Pityamque *ψ*: phyamque *VPm*, phiamque *Mπ* puppe *P*
624 Lampsacus *m:* Lamsacus *VC*, Lamxsacus *M*, Lamsatus *P*, Iam satus *π* ogygii *m:* ogygti *Vπ*, ogygi *M*, ogigti *P* triaterica *P*
625 phrigius *V* 626 raptet *P* (raptat *π*) 627 Vrbes *V*, Rupe *Heinsius* molimina *vel* fundamina *Heinsius*, fastigia *Burmannus*
629 orbem *P:* orbe *V* 632 per *P:* *om. V*, sub *M* 633 orbis *P*
635 ad tenuis *ψc:* attenuis *VP* 637 Cyricus *π* 638 Vt *ψc:* Et *VP* 639 dextraque *C*, dextraeque implexus *Heinsius* haerens *M:* haeres *VP* 642 nec *P*, atque *π* 643 regnaque *scripsi:* Longaque *VPc*, Longaque nec *Ald.*, Longe abit aut *vel* Non ea tam *vel* Non ita iam *Heinsius*, Nec loca iam *Burmannus* 645 halat *P* (alat *π*)
647 ritus *P* (ritusque *π*) parens *P*, et pacis mitia *Burmannus*

Bebrycis et Scythici procul inclementia sacri.'
sic memorat laetosque rapit, simul hospita pandi
tecta iubet templisque sacros largitur honores.
stant gemmis auroque tori mensaeque paratu
regifico centumque pares primaeva ministri
corpora; pars epulas manibus, pars aurea gestant
pocula bellorum casus expressa recentum.
adque ea prima duci porgens carchesia Graio
Cyzicus 'hic portus' inquit 'mihi territat hostis,
has acies sub nocte refert, haec versa Pelasgum
terga vides, meus hic ratibus qui pascitur ignis.'
subicit Aesonides 'utinam nunc ira Pelasgos
adferat et solitis temptet concurrere furtis
cunctaque se ratibus fundat manus: arma videbis
hospita nec post hanc ultra tibi proelia noctem.'
sic ait hasque inter variis nox plurima dictis
rapta vices nec non simili lux postera tractu.

---

649 scithici *V* 650 laetusque *Heinsius* 651 iubet *M*π: iube *VP* 653 primaeui π (primaeua *corr. m. pr.*) 654 aepulas *V* 655 pocula bellorum *M*π: procul apellorum *V*, Pocula pellorum *P* recentum *M:* recentem *V*, recentes *P*, canentes π, *cuius m. sec.* recentes *corr.* 656 pergens π 657 Cyricus π 660 subicit *ψe:* Subigit *V*, Subiit *P* 661 Efferat *C*, efferet *Heinsius* temptent *m* 663 Hosbita *V* praelia *V* 664 hasque] hos π uox *P* (nox π) 665 Rata *P*, Acta *Francius*

G̅ VALERI FLACCI BALBI SETINI EXPL̅ LIB. II. INCIP̅ LIB̅. III. *V*, C . VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . LIBER . SECVNDVS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . TERTIVS . *M*, FINIT SECVNDVS INCIPIT TERTIVS *P*

C. VALERI FLACCI

ARGONAVTICON

LIBER TERTIVS.

Tertia iam gelidas Tithonia solverat umbras
exueratque polum; Tiphyn placida alta vocabant.
it tectis Argoa manus, simul urbe profusi
Aenidae caris socium digressibus haerent.
dant Cererem lectumque pecus nec palmite Bacchum
Bithyno Phrygiove satum, sed quem sua noto
colle per angustae Lesbos freta suggerit Helles.
ipse agit Aesonidae iunctos ad litora gressus
Cyzicus absessu lacrimans . . . .
muneribus, primas coniunx Percosia vestes
quas dabat et picto Clite variaverat auro.
tum galeam et patriae telum insuperabile dextrae
addidit: ipse ducis pateras et Thessala contra
frena capit manibusque datis iunxere penates.

---

1 gelidis *P* (gelidas *corr. m. sec.*) umbras *C*: undas *VP*. gelidis — umbris *vel* gelida — umbra *vel v.* 2 polo *Heinsius* 2 polum (po) *MP*: pulum *V* Tiphyn *ψ*: typhim *VP* 3 Et *P* argea *P* urbae *V* (a *del. m. pr.*) 4 Aenidae *Ald.*: Caeneadae *VP*, Caenaedae *M*, Aeneadae *Bon.* 5 Dat *C Ald.* 6 Bythino *VM*, Bythinio *P* sua *non video quo apte referatur. fortasse* cava, *quo adposito Lesbi insulae figura non inepte significatur* 8 uinctos *M* 9 Cyricus *P* *lacunam significavi*: coniunx persocia *(sic!)* uestes *VP*, cui tradit amicis *c*, oneratque superbis *Ald. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 485 10 *suo loco legitur in Ald. c, post* 25 *in VP* primas *MC Ald.*: prima *VP* 11 *fortasse* dederat picto et dite *PM*, dites *m*, ditem *C* 12 geleam *V* 13 phaleras *Heinsius* thesala *V* 14 penates *Gronovius observ.* IV 21: nepotes *VP*

Tu mihi nunc causas infandaque proelia, Clio,
pande virum; tibi enim superum data, virgo, facultas
nosse animos rerumque vias. cur talia passus
arma, quid hospitiis iunctas concurrere dextras
Iuppiter? unde tubae nocturnaque movit Erinys?

Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis
dum volucri quatit asper equo silvasque fatigat
Cyzicus, ingenti praedae deceptus amore
adsuetum Phrygias dominam vectare per urbes
oppressit iaculo redeuntem ad frena leonem.
et nunc ille iubas captivaque postibus ora
inposuit, spolium infelix divaeque pudendum.
quae postquam Haemoniam tantae non inmemor irae
aerisono de monte ratem praefixaque regum
scuta videt, nova monstra viro, nova funera volvit,
ut socias in nocte manus utque impia bella
conserat et saevis erroribus inplicet urbem.
nox erat et leni canebant aequora sulco,
et iam prona leves spargebant sidera somnos.
aura vehit; religant tonsas, veloque Procneson,
teque etiam medio flaventem, Rhundace, ponto
spumosumque legunt fracta Scylaceon ab unda.
ipse diem longe solisque cubilia Tiphys

---

15 Tu *MP*: Tum *V* 16 tibi *M*: ubi *VP* 17 vices *Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 433 18 uinctas *P* 19 venit *m in marg.*, morit *Heinsius* 20 Dindama *VP*, Dindima *m* bacc^{h}ata *V* 22 Cyricus *P* praede *V* 24 Oppressit *m*: Oppressus *VP* 25 tunc *Ald.* iuuas *V*, uiuas *P* 26 diua *P* 27 irae *om. M* 28 Merisono *M* 29 mon^{s}tra *V* 31 terroribus impleat *Friesemannus l. l. p.* 92 33 leuc *V* sparge^{n}bat *V* 34 uelut *P* religant *ψ*: religat *VP* uelo *C* Procneson *Pius, qui et* Pronecton *coniciebat:* procnesson *VP*, Proconesson *C*, proneson *ψ* 35 Teque etiam *Heinsius*:] Ecce iam *VP*, Et Cacam *C*, et te iam *m*, Et te etiam *Gronovius observ.* IV 21. *fortasse* et iam te Rhundace *C*: rundace *V*, rundice *P*, rindace *m* 36 Scyllaceon *C*, Scylaceion *Heinsius* ab *om. C* 37 tiphis *V*

consulit, ipse ratem vento stellisque ministrat.
adque illum non ante sopor luctamine tanto
lenit agens divum imperiis; cadit inscia clavo
dextera demittitque oculos, solataque puppis
turbine flectit iter portuque refertur amico.

Ut notis adlapsa vadis, dant aethere longo
signa tubae vox et mediis emissa tenebris
'hostis habet portus, soliti rediere Pelasgi.'
rupta quies; deus ancipitem lymphaverat urbem,
Mygdoniae Pan iussa ferens saevissima Matris,
Pan nemorum bellique potens, quem lucis ad horas
antra tenent; patet ad medias per devia noctes.
saetigerum latus et torvae coma sibila frontis.
vox omnes super una tubas, qua conus et enses,
qua trepidis auriga rotis nocturnaque muris
claustra cadunt; talesque metus non Martia cassis
Eumenidumque comae, non tristis ab aethere Gorgo
sparserit aut tantis aciem raptaverit umbris.
ludus et ille deo pavidum praesepibus aufert
cum pecus et profugi sternunt dumeta iuvenci.

Ilicet ad regem clamor ruit. exilit altis
somnia dira toris simulacraque pallida linquens
Cyzicus. ecce super foribus Bellona reclusis
nuda latus passuque movens orichalca sonoro

---

40 Lenit agens *m*: Lenitangens *VP* 41 demittitque *ψ*: dimittitque *VPC*, demittique *Heinsius* *aut v.* 40 *post* agens *distingui aut verbis quae sunt* divum — dextera *in parenthesi positis* demittitque *ad* sopor *referri vult Burmannus; illud probat Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 191 solutaque *P*, resolutaque *ψ*, revolutaque *Heinsius* 43 longe *Ang. Politianus*, longa *Ald.*, longae *Heinsius* 46 limphauerat *V* 47 Mydoniae *V* pan iussa *m*: panius ista *VP* 48 emorum *V* • bellique *ψ*: belli *VP* 48 ad horas *ψ*: ad oris *VP*, ad oras *m*, ad ortus *C*, ab oris *Ang. Politianus*, ab ortu *Heinsius* 50 sibila *MP*: sibilia *V*, pinea *Heinsius* 54 Eumedidumque *V* Gorgon *C* 57 Dum *P* iuuenti *V* 58 altis *MP*: ab altis *V* 59 liquens *V* 60 Cyzycus *V* 61 pulsuque *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 657 oricalcha *V*, oricalca *MP*

adstitit et triplici pulsans fastigia crista
inde ciere virum. sequitur per moenia demens
ille deam et fatis extrema in proelia tendit;
qualis in Alciden et Thesea Rhoetus iniqui
nube meri geminam Pholoen maioraque cernens
antra ruit, qualisve redit venatibus actis
lustra pater Triviamque canens umeroque Learchum
advehit, at miserae declinant lumina Thebae.
iamque adeo nec porta ducem nec pone moratur
excubias sortita manus, quae prima furenti
advolat; hinc alii subeunt, ut proxima quaeque
intremuit domus et motus accepit inanes.

At Minyas anceps fixit pavor; aegra virorum
corda labant, nec quae regio aut discrimina cernunt,
cur galeae clipeique micent, num pervigil armis
. . . .
donec et hasta volans inmani turbine transtris
insonuit monuitque ratem rapere obvia caeca
arma manu. princeps galeam constringit Iason
vociferans 'primam hanc nati, pater, accipe pugnam
vosque, viri, optatos huc adfore credite Colchos.'
Bistonas in medios ceu Martius exilit astris
currus, ubi ingentes animae clamorque tubaeque
sanguineae iuvere deum, non segnius ille
occupat arva furens; sequitur vis omnis Achivum.

---

63 Inde ψ: Indi *VP*, Acre *vel* Voce *Heinsius. fortasse* instigare 64 fatis *M*: fastis *VP* praelia *V* 65 thesea *MP*: these *V* Rhoecus *Vossius* 66 Phoeben *Vossius* 67 Antra *Pomponius Laetus*: Astra *VP* 68 triuiamque *M*: triamque *VP* leaschum *V* 69 at ψ: ad *VP* 70 ponte *Heinsius* 71 patenti *C* 75 lauant *V* 76 galeae *MP*: galileae *V* cur pervigil armet *Ald.* *post hunc versum unum intercidisse intellexit Carrion, qui in margine codicis sui a manu primae aequali hunc scriptum invenit* hostis et exciti dent obvia praelia Colchi 78 uolas[n] *V* inmanu *V*, immani *MP* 79 intonuit *Friesemannus l. l. p.* 92 movitque ψ 82 hic *Ald.* cholcos *V* 85 Sanguinae *V* secius *Heinsius*

adglomerant latera, et densis thoracibus horrens
stat manus, aegisono quam nec fera pectore virgo
dispulerit nec dextra Iovis Terrorque Pavorque,
Martis equi. sic contextis umbonibus urguent,
caeruleo veluti cum Iuppiter agmine nubem
constituit; certant zephyri frustraque rigentem
pulsat utrimque notus; pendent mortalia longo
corda metu, quibus illa fretis, quibus incidat arvis.

Hinc manus infelix clamore inpellere magno
saxa facesque atras et tortae pondera fundae;
fert sonitus inmota phalanx irasque retentant,
congeries dum prima fluat. stellantia Mopsus
tegmina et ingentem Corythi notat Eurytus umbram.
restitit ille gradu seseque a lumine ferri
sustinuit praeceps, subitum ceu pastor ad amnem
spumantem nimbis fluctuque arbusta ruentem.
et Tydeus 'en intentis quem viribus' inquit
'opperiar manibusque dari quem comminus optem;
quo steteris moriere loco.' subit ilia cuspis
Olenii; dedit ille sonum conpressaque mandens
aequora purpuream singultibus expulit hastam.
ac velut in medio rupes latet horrida ponto,

---

87 Adglomerans *Burmannus* lateri *m Burmannus. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 341 horrent. *c* 88 pectore *ψ*: pectora *VP* 90 urgent *C* 91 iu^p^piter *V* 92 gephiri *V* rigentem *MP*: rientem *V* 94 metu *PM*: metus *V* ille *Bon.* 95 manus *m*: munus *VP* clamor *V* 96 facesque *MP*: pacesque *V* funde *V* 98 ruat *Heinsius* stellantia *m*: stillancia *V*, stillantia *MP* 99 euricus *P* umbram *M*: *in V duae literae extremae ligatura abditae sunt*, umbra *P* 100 ad lumina *Heinsius* 101 Substituit *P* subitis *Heinsius* amnem Spumantem *MP*: amne Spumante *V* 102 abrupta *M* (arbusta *m. pr. ut videtur corr.*) 103 At *C* et *P* 104 Operiar *M*, Operiat *P*, Opperiat *π*, Experiar *ψ* conminus *V* 105 subit ilia *m*: subtilia *VP*, subit illia *M* 106 Olenii *C*: Ochenii *VPψ* conpraessaque *V* mordens *Friesemannus l. l. p.* 92 107 purpoream *V* expuit auram *Ald.*, purpureum — expuit amnem *vel* purpuream — expuit undam *Heinsius. cf. Ovid. Met.* XIII 394

quam super ignari numquam rexere magistri
praecipites inpune rates, sic agmine caeco
incurrit strictis manus ensibus. occubat Iron
et Cotys et Pyrno melior genitore Bienor.

At magis interea diverso turbida motu
urbs agitur. Genyso coniunx amoverat arma;
ast illi subitus ventis vivoque reluxit
torre focus; telis gaudes, miserande, repertis.
linquit et undantes mensas infectaque pernox
sacra Medon; chlamys inbelli circumvenit ostro
torta manum strictoque vias praefulgurat ense.
talis in arma ruit, nec vina dapesque remota
statque loco torus, insomnes mansere ministri.
inde vagi nec bella modis nec casibus isdem
conseruere manu et longe iacuere perempti.
ecce gravem nodis pinguique bitumine quassans
lampada turbata Phlegyas decurrit ab arce;
ille leves de more manus aciemque Pelasgum
per noctem remeasse ratus pulsumque requirens
saepe sibi vano Thamyrim clamore petebat
arduus et late fumanti nube coruscus;
quantus ubi inmenso prospexit ab aethere Typhon
igne simul ventisque rubens, quem Iuppiter alte
crine tenet; trepidant diro sub lumine puppes.

---

111 occupat *P* 112 cotis *M*, coris *P* 113 At *Ald. c*: Et *VP Bon.* 115 uinoque *P* 116 Torre *ψ*: Terre *V*, Terrae *MP* telis *ψ*: tellis *V*, stellis *P* 117 Linquid *V* pernix *Bon.* 118 clamis *VP* imbelli *P* circundedit *P* 119 ensae *V* 120 uia *P* remotae *C Bon.* 121 taurus *P* insomnes *Bentleius in epistola ad Burmannum data l. l. p.* 552 *sq.*: in quo omen *VPC*, in quo omnes *Bon.*, inque domo *vel* idque omen sensere *Heinsius* masere *V* 122 bella *Bentleius*: tela *VPc*, Inde iaci (*vel* adigi) nec tela modus *Heinsius* isdem *m in marg.*: idem *VP* 123 Conseruare *M* (Conseruere *corr. m*) manus *Mψ*, manum *m* longe et *Ald.* 125 plegyas *VP*, phlegias *M* decurrit *M*: decurrat *VP* arce *C*: urbe *VP* 127 ratus *M*: ratur *V*, datur *P* 128 Thamyrim *Heinsius*, *qui et* Thamyram *proposuit*: thamyrum *V*, thamirum *P* 132 lumine *ψ*: limine *VPm*, limino *M*

tollitur hinc totusque ruit Tirynthius arcu
pectore certa regens adversa spicula flamma
per piceos accensa globos, et pectus harundo
per medium contenta fugit; ruit ille comanti
ore facem supra maiorque apparuit ignis.
Ambrosium Peleus, ingentem Ancaeus Echeclum
sternit et elatae propius succedere dextrae
Telecoonta sinit duplicataque ora securi
disiecit cervice tenus. simul aspera victor
cingula sublustri vibrantia detrahit umbra.
'has, precor, exuvias et opima cadavera' Nestor
'linquite' ait: 'ferro potius mihi dextera, ferro
navet opus;' prensumque manu detruncat Amastrum
diversasque simul socios invadere turmas
admonuit. pergunt rupta testudine fusi,
qua tenebrae campique ferunt. gravis invenit Ochum
Phlias et trepido Pollux inpingitur Hebro.
ipse super vultus taboque labantia terga
dux campi Martisque potens ut caeca profundo
currit hiemps, Zelyn et Broten Abarimque relinquit
semineces; Glaucum sequitur Glaucumque ruentem

---

133 tyrinthius *VP* Tollitur huc, notusque ruit Tirynthius arcum Flectere, certa regens adversae spicula flammae Per piceos densata globos *Heinsius, qui antea pro* arcu *vel* hirto *vel* acri *scribendo verba restituisse sibi visus erat.* 134 Dextra certa regens adversae spicula flammae *Burmannus* 137 facem *MP*: faciem *V* 138 Ancaeus *ψ*: ancheus *VP* Echeclum *scripsi. cf. Il.* XX 474: echelum *VP*, Ethelum *C*, achelum *Bon.* 140 Teleconta *VP* duplicataque *Heinsius, qui et* adducta *proposuit*: delicataque *VPC*, deductaque *m Gronovius observ.* I 13, deiectaque *Bon.*, desectaque lora *Ald.*, directaque *Burmannus. fortasse* geminataque 141 Dissecuit *Sabellicus et Gronovius l. l.* 143 et opima *ψ*: opima *VP*, oprima *C*, et prima *Gronovius observ.* IV 12 Nestor *Ald. et Gronovius*: nostro *VPC. fortasse* retro 144 pheretro *Ald.*, ferto *Pius*, nostro — feretro *Scaliger ad Prop.* V 10, 45 *probavit* 145 Gnavet *C* 146 — 185 *desunt in V* socios *PC*: ocius *M*, potius *ψ* 148 irruit *Heinsius* 149 Phlias *c*: Pelias *MPC*, Phloeas *ψ*, Phleias *Heinsius* 150 natantia *vel* fluentia *Heinsius*, madentia *Friesemannus l. l. p.* 93 152 Zelyn *Maserius ex Apoll. Rhod.* I 1042: zelen *MC*, zeten *P* 153 Seminecesque *M* (que *post deletum est*)

occupat et ingulo vulnus molitur aperto.
ille manu contra telum tenet ultima frustra
verba ciens, fixamque videt decrescere cornum.
hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense
Protin et insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea, qui dulci festis adsistere mensis
pectine Bistoniae magnum post ausus alumnum.
nec pharetram aut acres ultra Tirynthius arcus
exercet, socia sed dissicit agmina clava.
ac veluti magna iuvenum cum densa securi
silva labat cuneisque gemit grave robur adactis
iamque abies piceaeque ruunt, sic dura sub ictu
ossa virum malaeque sonant sparsusque cerebro
albet ager. levis ante pedes subsederat Admon;
occupat os barbamque viri clavamque superne
intonat. ‘occumbens i nunc’ ait ‘Herculis armis,
donum ingens semperque tuis mirabile fatis.’
horruit ille cadens nomenque agnovit amicum
primus et ignaris dirum scelus attulit umbris.
nec tibi Thessalicos tunc profuit, Ornyte, reges
hospitiis aut mente moras fovisse benigna
et laribus sacrasse diem; procul advenit Idmon
oblatumque ferit galeam cristasque rubentes,
heu tua dona, gerens. quem te qualemque videbit
attonitus, Crenaee, parens! en frigidus orbes
purpureos iam somnus obit, iam candor et anni
deficiunt vitaque fugit decus omne soluta.

155 manus *Heinsius* 157 Hync *M* Halyn *C*: alyn *M*, calin *P* rygido *M* trascurrens *M* 158 Prothin et *C*: Protinus *MP*, *fortasse* Chromin et cythara *MP* 161 Tyrinthius *MP* 162 dissicit *C*: disicet *M*, disiicit *m*, dissicet *P* 164 cuneisque *m*: cunctisque *MP* 167 Admon *scripsi*: hidmon *MP*, Idmon *e*, Ichnon *Ald.* 168 hos *M* (h *del. m*) clariaque *C*, clavaque *Ald.* 169 i *C*: et *MP*, fer *vel* fers *Heinsius* 170 memorabile *Bulaeus* 173 posuit *P* orniee *P* 174 mente fouisse moras ... . benigna *P (octo fere litterarum spatio relicto)* 175 laribus *ψc*: claribus *MP* sociasse diem *vel* sacrasse fidem *vel* sanxisse fidem *Heinsius* hidmon *M* 176 Oblatamque *m* 177 tria *C* 178 Crenaee *C*: creneae *MP*

desere nunc nemus et Nympharum durus amores.
at diversa Sagen turbantem fallere nervo
tum primum puer ausus Hylas, spes maxima bellis
pulcher Hylas, si fata sinant, si prospera Iuno;
prostravitque virum celeri per pectora telo.

Accessere (nefas) tenebris fallacibus acti
Tyndaridae in sese: Castor prius ibat in ictus
nescius; ast illos nova lux subitusque diremit
frontis apex. tum Castor Ityn, qua caerulus ambit
balteus et gemini committunt ora dracones,
frater Hagen Thapsumque securigerumque Nealcen
transigit et Canthi pallentem vulnere Cydrum.
torserat hic totis conisus viribus hastam
venatori Erymo, brevis hanc sed fata ferentem
prodidit et piceo comitem miserata refulsit
Luna polo; cessere iubae raptumque per auras
vulnus et extrema sonuit cita cuspide cassis.
Nisaeum Telamon et Ophelten vana sonantem
per clipei cedentis opus cratemque trilicem,
qua stomachi secreta, ferit laetusque profatur
'di, precor, hunc regem aut aeque delegerit alta
fors mihi gente satum, magnusque et flebilis urbi
conciderit.' super addit Aren fratremque Melanthum
Phoceaque Oleniden, Lelegum qui pulsus ab oris
regis amicitiam et famuli propioris honores,

---

181 Deseris heu *Heinsius* nimpharum *MP* 182 At diuersa Sagen *C*: at diuersas agent *M*, Ad diuersas agent *P*, At diversus agens *Bon.*, Huc diversus agens *Ald.* 183 hilas *P* 184 Puer *P* hilas *P* sinat aspera Iuno *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 883 186 Ac[s]cesere *V* 189 Fortis *M* ytim *P* 190 committitur *M* (committunt *corr. m*) ore *Ald.* 191 nealcē *M*: nealce *V*, nealcae *P* 192 canthi *M*: canti *V*, tanti *P*, conthi *m* cidrum *VP* 193 uirbus *V* 194 Venator Hierimo *C* fata *MP*: facta *V* 197 casside cuspis *C*. *hoc ipsum aut* sonat incita cuspide cassis *legit Heinsius* 198 Hisaeum *P* 199 cratemque *Heinsius*: artemque *V*, arcemque *P* 200 Qui *P* 201 Deprecor *P* praecor *V* 204 Phoreaque *ψ* lelegum *m* legum *VP*

qua patiens non arte? tulit. nox alta cadentum
ingentes duplicat sonitus augetque ruinas.
ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat
Vesvius, attonitas acer cum suscitat urbes,
sic pugnae crudescit opus; neque enim ignea cedunt
astra loco, lentis haeret nox conscia bigis.
perge age Tartareae mecum simul omnia noctis,
Musa, sequi. trepidam Phaethon adflavit ab alto
Tisiphonen graviorque locos iam luce propinqua
umbra premit; non signa virum, non funera cernunt,
et rabie magis ora calent. vos prodite, divae,
Eumenidum noctisque globos, vatique patescat
armorum fragor et tepidi singultibus agri
labentum adque acti Minyis per litora manes.

Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet
fata trahens; iam pulsa sibi cessisse Pelasgum
agmina, iam passim vacuos disiecta per agros
credit ovans; tales reditus, ea gaudia fingit
ira deum. fundo veluti cum Coeus in imo
vincla Iovis fractoque trahens adamante catenas
Saturnum Tityumque vocat spemque aetheris amens
concipit, ast illum fluviis et nocte remensa

---

206 paciens *V* Quae patiens non ante? *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 5 207 duplicat *Ald.*: donec *VP*, donat *C Pius*, denset *Gronovius observ.* I 18, resonat *vel* reboat *Heinsius* 209 Vcsuius *M* (i *littera a m. sec. i ras.*) *cf. L. Muellerus d. r. m. p. L. p.* 251: Vesubius *V*, Vesnuius *P*, Vesulus *C* ater *m* 210 crudescit *C. cf. Verg. Aen.* VII 788: crebrescit *VP* enim *om. P* 211 heret *V* 212 simul *ψ*: semel *VP*, simel *m*, scelera omnia *vel* molimina *Heinsius* 213 Ausa *P* phaethon *m*: pheton *VP*, phethon *M* afflavit *P* 214 oculos *Heinsius* 216 rabie *m*: rabiem *VP* magis ira calet *vel* maiore calent *Heinsius* vos prodite *ψ*: prosprodite *V*, proh prodite *P*, uos pandite *m* 218 trepidi *P* 220 *post* implet *colon ponit Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 789 221 trahunt. *idem* 223 reditus *scripsi*: auditus *VP*, aditus *Bon. c*, abitus *Ald.* obitus *Vossius*, habitus *Heinsius*, animos *Wagnerus* 224 cum *om. M* cocus *P*, cessit *Bon.* 225 Vnda *P Bon.* 226 Tityumque *M*: titiumque *VP* amens *m*: amans *VP* 227 fluuius *P*

Eumenidum canis et sparsae iuba reppulit hydrae.
saevit acerba fremens tardumque a moenibus agmen
increpitat. 'numquamne dolor virtute subibit
nil ausas sine rege manus? at barbara buxus
si vocet et motis ululantia Dindyma sacris,
tunc ensis placeatque furor, modo tela sacerdos
porrigat et iussa sanguis exuberet ulna.'
talibus insultans iandudum numine divae
deficit; infracti languescunt frigore cursus;
corda pavent; audit fremitus irasque leonum
cornuaque et motas videt inter nubila turres.
tunc gravis et certo tendens stridore per umbram
Aesonii venit hasta ducis latumque sub imo
pectore rumpit iter. quam nunc incognita vellet
lustra sibi nullosque datos venatibus annos?
talia magnanimi diverso turbine fundunt
tela viri, sonitusque pedum suspectaque motu
explorant; prensant socios vocemque reposcunt.
quod si tanta lues seros durasset in ortus,
extinctum genus et solas per moenia matres
vidisset stratamque dies in litore gentem.

Tum pater omnipotens tempus iam rege perempto
flectere fata ratus miserasque abrumpere pugnas,
supremam celeravit opem nutuque sereno
intonuit, quem Nocte satae, quem turbidus horret

229 acerua *V* 230 nunquamne *MP*: numque ne *V* dolor virtusque *Heinsius* 231 ad Gargara *Friesemannus l. l. p.* 93 233 placet atque *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 616 234 iussa sanguis *Hugo Grotius ad Luc.* II 338: iusta sanguis *Vc*, iustas anguiis *M*, iustas anguis *P*, scissa sanguis *Friesemannus l. l. p.* 93 ulna *Hugo Grotius*: urna *VPc* 235 iamdudum *V* 236 frigore *M*: frore *V* frigore cursus *om. P* 237 pavens *Heinsius sublata interpunctione* lonum *V* 239 umbras *c* 242 nullisque *Ald.* 244 Tala *V* sonituque *Alardus* 246 Quod *M*: Quo *VP* tanta lues *Heinsius*: tanta iovis *VPC*, Titanis *Sabellicus*, tanta solis lues *omisso* seros *Ald.*, tanta luis *Vossius* 250 serasque *Heinsius* abrupere *V* 251 Supremam *Pm*: Suprema *V* celerauit *m*: celebrabit *VP*, celebrauit *C* 252 satus *C*

armipotens. tunc porta trucis coit infera belli.
continuo dant terga metu versique per agros
diffugiunt, quae sola salns: nec terga ruentum
mens Minyis conversa sequi; stetit anxia virtus.
ecce levi primos iam spargere lumine portus
orta dies notaeque (nefas) albescere turres.
'di maris' attonito conclamat ab agmine Tiphys
'ut mea fatali damnastis pectora somno!
hen socii quantis conplerunt litora monstris!'
illi autem neque adhuc gemitus neque conscia facti
ora levant; tenet exangues rigor horridus artus.
ceu pavet ad crines et tristia Pentheos ora
Thyias, ubi inpulsae iam se deus agmine matris
abstulit ct caesi vanescunt cornua tauri.
nec minus effusi grandaevum ad litora vulgus,
nt socias videre manus, dare versa retrorsus
terga metu. dextram tendens proclamat Iason
'quos fugitis? vellem hac equidem me strage meosque
procubuisse magis. dens haec, deus asper utrisque
inplicuit. sumus heu Minyae, sumus hospita turba.
cur etiam flammas miserosque moramur honores?'

Tum super exangues confertae caedis acervos
praecipiti plangore ruunt; agnoscit in alta
strage virum sua texta parens, sua munera coniunx.
it gemitus toto sinuosa per aequora caelo.

---

254 Continua *P* uersique *C*: aucrsique *VP* 255 que *V*, quod *P* 256 miniis *V* 257 levi] autem *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 255 primo *P* En coeli primo iam spargere lumine portas Orta dies *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 75 258 notaque *P*

259 gmine *V* (a above) 262 conscia *om. P* 264 pauit *P* ad crimen *Heinsius* 265 Thyas *M*, Thyia *P* impulso *P* 266 celsi *P* 267 grandeuum *V* 269 intendens *Heinsius* 270 Quo *C* fugitur *P* 271 hac *Heinsius* 272 heu *P*: eu *V*, en *M* myniae *V* sumus *om. P* 273 flasmas *V*, fasmas *P* serosque *Heinsius* *fortasse hic versus post* 310 *collocandus est.* 274 confertae *MC*: consertes *V*, consertae *P* 276 Strange *V* 277 it ψ: Et *VP* totos undosa *P*

pars tenuis flatus et adhuc stridentia prensat
volnera, pars sera conponunt lumina dextra.
at vero in mediis exangui rege reperto
aggeribus, tristi sileant ceu cetera planctu,
sic famulum matrumque dolor, sic omnis ad unum
versa manus. circa lacrimis ac mentibus aegri
stant Minyae deflentque nefas et cuspidis ictus
Aesoniae sortemque ducis solantur acerbam.
ille ubi concretos pingui iam sanguine crines
pallentesque genas infractaque pectore caro
tela neque hesternos agnovit in hospite vultus,
ingemit atque artus fatur conplexus amicos
'te tamen ignarum tanti, miserande, furoris
nox habet et nullo testantem foedera questu:
at mihi luctificum venit iubar. en quibus adsum
conloquiis? cui me hospitio Fortuna revexit?
extinguine mea (fatis id defuit unum)
speravi te posse manu? talisve reliqui
has ego, amice, domos? quod si iam bella manebant,
et placitum hoc superis, nonne haec mea iustius essent
funera, meque tuus potius nunc plangeret error?
nec Clarii nunc antra dei quercusque tonantis
arguerim. talesne acies, talesne triumphos
sorte dabant? tantumque nefas mens conscia vatum

---

278 flatus *C:* fictus *VP* stridencia *V* prensant *e* 279 Vulnera *P* 284 miniae *V* 285 ace^{u}ram *V* 286 pinqui *V* 287 impactaque *Heinsius* 288 tela neque *ψ:* Taeleneque *V*, Taeloneque *M*, Taclenae quae *P* 290 tanti *Pm:* tante *V* 291 h^{a}///bet *V* ^{o}federa *V* 292 iubar en *M:* iuuarint *VP. fortasse* iubar. heu 293 tui *P* ^{h}ospitio *V* 294 Extinguinea *V* (a *post deletum*) fatis id *Bon.:* fatisia *V*, fatis iam *Pm*, fatis hoc *C* 295 talisne *Heinsius* relinqui *P* 296 ergo *P* iam] impia *non nullos legisse Pius testis est*, me *Heinsius* 297 essent *M:* esset *VP*, hic — issent *Heinsius* 298 Vulnera *C* potius *C: om. VP (spatium octo literarum in P)*, melius *ψ* 300 arguerim *scripsi:* Arguerem *VPe*. *cf. Verg. Aen.* XI 164 talem ne acies *P* 301 tantumne *Heinsius*

conticuit, patriae exitium crudele senectae
et tot acerba canens? heu divis visa sinistris
regna mihi! quinam reditus? quae me hospita tellus
accipiet? quae non primis prohibebit harenis?
invidere dei, ne Phasidis arva remoti
et Scythicas populatus opes haec rursus adirem
litora, neve tuos irem tunc ultor in hostes.
fas tamen est conferre genas, fas iungere tecum
pectora et exangues miscere amplexibus artus.
vos age funereas ad litora volvite silvas
et socios lustrate rogos; date debita caesis
munera, quae nostro misisset Cyzicus igni.'

Parte alia Clite laceras super ora mariti
fusa comas misera in planctus vocat agmina matrum
fatur et haec: 'primis coniunx ereptus in annis
cuncta trahis; necdum suboles nec gaudia de te
ulla mihi, quis maesta tuos nunc, optime, casus
perpeterer tenui luctum solamine fallens.
Mygdonis arma patrem funestaque proelia nuper
natales rapuere domos, Triviaeque potentis
occidit arcana genetrix absumpta sagitta:
tu, mihi qui coniunx pariter fraterque parensque
solus et a prima fueras spes una iuventa,
deseris heu, totamque deus simul inpulit urbem!
ast ego non media te saltem, Cyzice, vidi
tendentem mihi morte manus aut ulla monentis
verba tuli; quin et thalamis modo questa morari,
heu talem tantique metus secura recepi.'

---

302 exicium *V* 303 acerua *V* 304 qui nunc *P* 305 cohibebit *C* 306 fasidis *V* 307 scithicas *V* opus *V* 308 ruerem *vel* ferrer *Heinsius* nunc *P* 313 Munera *MP:* Mune *V* cizycus *V* 314 *fortasse* Ante alias 318 obtime *V* 320 Mygdonis *Ald.:* Micdonis *VP*, Migdonis *M*, Migdonia *Bon.* 321 Fatales *C* tribiaeque *V*, triuioque *P* 325 totaque — ira *Heinsius* 326 saltem *m:* saltim *VP* cizice *V* 327 mouentis *P* 328 quaesta *V*

illam vix gemino maerens cum Castore Pollux
erigit haerentem conpressaque colla trahentem.

Interea innumeras nudatis montibus urguent
certatim decorantque pyras et corpora maesti
summa locant; vadit sonipes cervice remissa
venatrix nec turba canum pecudumque morantur,
funereae quae cuique manus, quae cura suorum,
quae fortuna fuit. medio rex aggere longe
eminet; hunc crebris quatiens singultibus ora
adlevat Aesonides celsoque reponit in ostro.
dat pictas auro adque ardentes murice vestes,
quas rapuit telis festina vocantibus austris
Hypsipyle; galeam dilectaque cingula regi
inicit; ille suam vultus conversus ad urbem
sceptra manu veterum retinet gestamen avorum.
nam quia nec proles alius nec denique sanguis,
ipse decus regnique refert insigne paterni.
inde ter armatos Minyis referentibus orbes
concussi tremuere rogi, ter inhorruit aether
luctificum clangente tuba; iecere supremo
tum clamore faces; rerum labor omnis in auras
solvitur et celsis conlucent aequora flammis.
scilicet haec illo iuvenem populosque manebant
tempore, Peliacis caderet cum montibus arbor;

---

330 gemino *Cm:* geminam *VP* merens *V* 331 herentem *V* 333 corpora *C:* tempora *VP* 335 Vernatrix *V* turba *P:* turma *V* 336 Funereae quae *P:* Funereaeque *V*, Funere *M*, funereae, et cuicumque manus *sublata post* morantur *interpunctione Heinsius*, Funereae dein cuique manus; *Burmannus. fortasse* pecudumque morantur inferiae, quod cuique genus 337 longe *C:* longo *VP* 340 pictas ψ: piceas *VP* 341 telae *Heinsius* festina *C:* fortuna *VP*, furtiva *Bon.*, formosa *Ald.* 342 Hipsipile *V* regi *Bon.:* regni *VP* 343 vultum *vel* vultu *Heinsius* 346 paterni *Itali cuiusdam coniectura est:* parentis *VP*, parentumque *Ald.* 347 ter *Baptista Egnatius racem. cap.* 19: per *VPC* referentibus *MP:* referentes *V* orbes *M:* urbes *VP* 350 Cum *C* regum *Gronovius observ.* I 18, operum *Heinsius* 351 *om. P* 353 com *V*

hoc volucrumque minae praesagaque fulmina longo
acta mari tulerant. sed quis non prima refellat
monstra deum longosque sibi non auguret annos?
iamque solutus honos cineri, iam passibus aegris
dilapsae cum prole nurus, tandemque quiescunt
dissona pervigili planctu vada; qualiter arctos
ad patrias avibus medio iam vere revectis
Memphis et aprici statio silet annua Nili.

At non inde dies nec quae magis aspera curis
nox Minyas tanta caesorum ab imagine solvit.
bis zephyri iam vela vocant, fiducia maestis
nulla viris; aegra adsiduo mens carpitur aestu,
necdum omnes lacrimas adque omnia reddita caesis
iusta putant; patria ex oculis acerque laborum
pulsus amor segnique iuvat frigescere luctu.
ipse etiam Aesonides, quamquam tristissima rerum
castiganda duci vultuque premenda sereno,
dulcibus indulget lacrimis aperitque dolorem.
tum secreta trahens Phoebeum ad litora Mopsum
'quaenam' ait 'ista lues, aut quae sententia divum?
decretusne venit fato pavor? an sibi nectunt
corda moras? cur immemores famaeque larisque
angimur? aut pariet quemnam haec ignavia finem?'

'Dicam' ait 'ac penitus causas labemque docebo'
Mopsus, et astra tuens 'non si mortalia membra

---

354 myneae *P* (minae *corr. m. pr.*) 355 iacta *Heinsius* 359 iuga *Bon.*, vaga *Ald.* arctos *ψ*: arcos *V*, artos *P*, arces *m*, agros *C* 360 patrios *C* 361 stacio *V* silet *MP*: silicet *V* nilis *V* 362 quies *Heinsius* nec quac magis *Vossius*: neque magis *V*, ne quae magis *P*, neque magnis *Cm*, neque iam magis *ψ* *probante Burmanno*, neque inanibus *Heinsius* 363 minyas *M*: minimas *VP* caesorum *Ald.*: laesorum *VC*, lesorum *P* 365 aegra adsiduo *Heinsius*: aegro adsidue *V*, egro assidue *P* *in Parisino* 7647 *leguntur* fiducia mestis Nulla animis. egros assidue meus crupitur igni 367 Iusta *M*: Iuxta *VP* patriae *Heinsius* accrque *C*: sacerque *VP*, sacer atque *m* 372 phoebus *M* 374 Decretusque ne *M* (ne *del. m*) labor *Heinsius* sibi *Pius*: tibi *VPc* 375 cur *mc*: cum *V*, quom *P*, cum iam *Bon.*, cur iam *Ald.* 376 quenam *P*

sortitusque breves et parvi tempora fati
perpetimur, socius superi quondam ignis Olympi,
fas ideo miscere neces ferroque morantes
exigere hinc animas redituraque semina caelo.
quippe nec in ventos nec in ultima solvimur ossa;
ira manet duratque dolor. cum deinde tremendi
ad solium venere Iovis questuque nefandam
edocuere necem, patet ollis ianua leti
adque iterum remeare licet; comes una sororum
additur et pariter terras atque aequora lustrant.
quisque suos sontes inimicaque pectora poenis
inplicat ct varia meritos formidine pulsant.
at quibus invito maduerunt sanguine dextrae,
si fors saeva tulit miseros, sed proxima culpae,
hos variis mens ipsa modis agit et sua carpunt
facta viros: resides et iam nil amplius ausi
in lacrimas humilesque metus aegramque fatiscunt
segniticm, quos ecce vides. scd nostra requiret
cura viam. memori iam pridem cognita vati
est procul ad Stygiae devexa silentia noctis
Cimmerium domus et superis incognita tellus,
caeruleo tenebrosa situ, quo flammea numquam
Sol iuga sidereos nec mittit Iuppiter annos.
stant tacitae frondes immotaque silva comanti
horret verna iugo; specus umbrarumque meatus

---

382 Exigere *M:* Exiere *VP* 385 quaestuque *V* 386 loeti *V*, laeti *P* 387 sorores *V* (sororum *corr. m. pr.*) 389 suis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 743 392 laeva *Heinsius* sed] si *codex Burmanni*, vel ψ, et *Heinsius* culpae *Heinsius:* culpa *VPc* 394 *post* viros *interpungendum esse vidit Burmannus* 396 qualem *Heinsius* 397 viam *voce sententiam terminari docuit Burmannus* uati *codex Burmanni:* uate *VPc*, condita mente *Bentleius in epist. ad Burm. data l. l. p.* 560 . 398 ad] a *P* stigiae *VP* silencia *V* 399 Cummerium *M*, Eumenidum *C* at *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 478 401 anos (n *superscript*) *V*, ignes *Heinsius* 402 tacitae *ψc:* sitae *V* (citae *corr. m. pr.*), citae *MP* 403 Averna *Heinsius*

subter et Oceani praeceps fragor arvaque nigro
vasta metu et subitae post longa silentia voces.
ensifer hic atraque sedens in veste Celeneus
insontes errore luit culpamque remittens
carmina turbatos volvit placantia manes.
ille mihi quae danda forent lustramina caesis
prodidit, ille volens Erebum terrasque retexit.
ergo ubi puniceas oriens ascenderit undas,
tu socios adhibere sacris armentaque magnis
bina deis; me iam coetus accedere vestros
haut fas interea, donec lustralia pernox
vota fero. movet en gelidos Latonia currus.
flecte gradum, placidis sileant age litora coeptis.'

Iamque sopor mediis tellurem presserat horis
et circum tacito volitabant somnia mundo,
cum vigil arcani speculatus tempora sacri
Ampycides petit adversis Aesepia silvis
flumina et aequoreas pariter decurrit ad undas.
hic sale purpureo vivaque nitentia lympha
membra novat seque horrificis accomodat actis.
tempora tum vittis et supplice castus oliva
implicat et stricto designat litora ferro:
circum humiles aras ignotaque nomina divum
instituit silvaque super contristat opaca.
utque metum numenque loco sacramque quietem
addidit, ardenti nitidum iubar evocat alto.

Adque Argoa manus variis insignis in armis
ibat agens lectas aurata fronte bidentes.

---

404 *et* 405 *inverso ordine in VP* pigro *Heinsius* 406 *fortasse* Celaeneus 407 levat *Heinsius* 409 forent *Pm:* fores *V* 410 herebum *M*, hebrum *P* 411 accenderit *Burmannus* 412 adhibe *m Slothouwer l. l. p.* 172, adhibeto *c* 413 bima *Pius* 414 Aut *V*, haud *Pm* 416 se dent *Heinsius* 419 archana *P* tempora] somnia *P* 420 Ampydides *M*, Ampcides *P*, Amphicides *C* esepia *VP*, asopia *C* 421 undas *Pm:* undā *V*, undam *M* 423 horrificis *M:* horrigis *VP* 424 uiotis *VP* 428 sacraque *P* 431 uidentes *V*

Delius hic longe candenti veste sacerdos
occurrit ramoque vocat: iamque ipse recenti
stat tumulo placida transmittens agmina lauro:
ducit et ad fluvios ac vincula solvere monstrat
prima pedum glaucasque comis praetexere frondes
imperat, hinc alte Phoebi surgentis ad orbem
ferre manus totosque simul procumbere campis.
tunc piceae mactantur oves, prosectaque partim
pectora, per medios partem gerit obvius Idmon.
ter tacitos egere gradus, ter tristia tangens
arma simul vestesque virum lustramina ponto
pone iacit; rapidis adolentur cetera flammis.
quin etiam truncas nemorum effigiesque virorum
rite locat quercus simulataque subligat arma.
huc Stygias transire minas iramque severi
sanguinis, his orat vigiles incumbere curas,
adque ita lustrifico cantu vocat: 'ite perempti
ac memores abolete animas; sint otia vobis,
sit Stygiae iam sedis amor; procul agmine nostro
et procul este mari cunctisque absistite bellis.
vos ego nec Graias umquam contendere ad urbes
nec triviis ululare velim, pecorique satisque

---

432 hinc *P*, huic *Heinsius*, his *Burmannus* candenti in veste *Burmannus* 433 nouat *C Pius*, rigat *vel* ramo irrorans, atque ipse *e. q. s. Heinsius* recenti *M*: recentis *VP* 435 fluvios ac vincula *ψ*: fluuīosa cunicula *V*, fluuios uincula *M*, fluuios cunicula *P*, fluuíos tum uincula *m* 436 glaucasque *PmC*: glaucaque *V* pretexere *V* 437 altae *V* 438 totosque *Eyssenhardtius l. l. p.* 386: totisque *VPc* 439 proreptaque *P*, profectaque *Ald.* 440 *corruptus est* pectora] fert ara, in *vel* fert pyra *vel* acthere *vel* torret *Heinsius*, reddit *vel* porgit *Burmannus*, *qui et inter* 439 *et* 440 *versum desiderari putabat* per medios] fert Mopsus *exempl. Bonon. Harlesii* partim *Ald.* 441 tristicia *V* 443 Poene *V* 444 nemorum *ψ*: nemorumque *V*, ueterum *P* excisasque *vel* viduasque *vel* immunesque suorum *aut* exutasque virorum *Heinsius* 446 transsire *V* 447 agminis *Heinsius* 448 sonat *Slothouwer l. l. p.* 172 peremti *V* 449 abolete *Pm*: abolet *V* minas *P*, *probaverunt Vossius et Heinsius* 451 absistere *M* (absistite *corr. m*)

nullae ideo pestes nec luctifer ingruat annus,
nec populi nostrive luant ea facta minores.'
dixerat, et summas frondentibus intulit aris
libavitque dapes, placidi quas protinus angues,
umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.

Continuo puppem petere et considere transtris
imperat Ampycides nec visum vertere terrae:
exciderint quae gesta manu, quae debita fatis.
illi alacres pars arma locant pars ardua celsis
insternunt tabulata toris oriturque trementum
remorum sonus et laetae concordia vocis.
Iuppiter urguentem ceu summa Ceraunia nubem
cum pepulit movitque iugis, fulsere repente
et nemora et scopuli nitidusque reducitur aether;
sic animi rediere viris, iamque ipse magister
nutat ab arce ratis, remisque obsistere tendit.
instaurant primi certamina liber amictu
Eurytus et dictis Talai non territus Idas;
inde alii increpitant adque aequora pectore tollunt.
par gemitu pulsuque labor, versumque vicissim
mittitur in puppem remo mare. laetus et ipse
Alcides 'quisnam hos vocat in certamina fluctus?'
dixit, et intortis adsurgens arduus undis

---

454 adeo *Heinsius* ingruat *m:* ingrauat *VP* 455 nostriue luant ea *Cm:* nostri uel antea *VP* 457 Libabitque dabes *V* 459 pupem *V* 460 advertere *Heinsius* 461 Exciderint qua gesta manu *e. q. s. Pius*, Exciderint quo gesta manu, ceu debita fatis *vel* Exciderint qua g. m., qua d. f. *Heinsius*, Exciderent quo g. animo, quae d. f. *Slothouwer l. l. p.* 173, Exciderint ne gesta manu quae debita fatis *Eyssenhardtius l. l. p.* 386. *librorum scripturam recte interpretatus est Burmannus* 462 celsis *C: om. VP*, summis *Mψ* 463 foris *cum Maserio Heinsius et Burmannus* 464 sonitus *P* laete *V* 465 cerauma *V* 466 mouitque *M:* nouitque *VP* 469 Nutabat ceratis *P* tend *in V supr. vers.* it *literae tectae sunt membranae particula, qua auris quae vocatur oblita est* 471 Euritus *M*, Eurycus *P* Talai *ψ:* ealai *V*, eali *M*, elai *P* te^{r}ritus *V* 473 *fortasse* fremitu 474 laetus *M:* lactus *V*, iactus *P*

percussit subito deceptum fragmine pectus,
adque in terga ruens Talaum fortemque Eriboten
et longe tantae securum Amphiona molis
obruit inque tuo posuit caput, Iphite, transtro.

Iam summas caeli Phoebus candentior arces
vicerat et longas medius revocaverat umbras.
tardior hinc cessante viro quae proxima Tiphys
litora quosque dabat densa trabe Mysia montes
advehitur. petit excelsas Tirynthius ornos;
haeret Hylas lateri passusque moratur iniquos.

Illum ubi Iuno poli summo de vertice puppem
deseruisse videt, tempus rata diva nocendi
Pallada consortem curis cursusque regentem,
nequa inde inceptis fieret mora, fallere prima
molitur caroque dolis avertere fratri.
tum sic adloquitur: 'procerum vi pulsus iniqua
germanique manu (repetis, quo crimine) Perses
barbaricas iam movit opes Hyrcanaque signa;
Aeetes contra thalamis et virgine pacta
conciliat reges Scythicos, primusque coacta
advehit Albana Styrus gener agmina porta.
bellum ingens, adque ipse citis Gradivus habenis
fundit equos. viden Arctoo de carcere quanta
tollat se nubes adque aequore pendeat atro?

---

478 eryboten *V*, eryhotem *P* 479 longae *VP* amphionia *V* 480 toto *M* 481 andentior *V* 482 Vicerat *MP:* Vincerat *V*, strinxerat *Heinsius* longasi *V* 483 Euro *Maserius*, aura *Heinsius* typhys *V* 484 densos *Bon.* misia *V* 485 et celsas *P* tyrinthius *V* arces ornos *P* 486 Heret *V* hilas *V* later ipsassusque *V* amicos *vel* passuque — iniquo *Heinsius* 487 poli *M:* polis *V*, polim *P* 488 Deseruise *V* 490 primam *Heinsius* 491 caro quae *V* 492 Tunc *P* 493 repetis *Maserius:* repetit *VPc*, repetito crimine *Ald.*, *probavit Vossius, Heinsio versus unus atque alter excidisse videbatur* 495 Aeetes *ψ*: Aethes *V*, Oethes *MP*, Ootheis *m* 497 stirus *V*, tirus *P*, albans tyrius *M*, albanas tyrius *m* 499 cardine *Heinsius* 500 aethere *Francius* inque aequora pendeat atra *hoc est* in campos *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 223

corripe prima vias; finem cum Phasidis alti
transierit Perses aciemque admoverit urbi,
coepta refer paulumque nefas et foedera necte
consiliis adque arte tua. sponde, adfore reges
dis genitos, quis arma volens, quis agmina iungat.'
at virgo, quamquam insidias aestusque novercae
sentiat et blandos quaerentem fingere vultus,
obsequitur tamen et iussas petit ocius oras.

Ingemuit Iuno tandemque silentia rumpit.
'en labor, en odiis caput insuperabile nostris.
quam Nemeen tot fessa minis, quae flumina Lernae
experiar? Phrygiis ultro concurrere monstris
nempe virum et pulchro reserantem Pergama coepto
vidimus. en ego nunc regum soror! et mihi gentis
ullus honos? iam tum indecores iustaeque dolorum
primitiae, ut tenero superati protinus angues.
debueram nullos iuveni iam quaerere casus
victa nec ad tales forsan descendere pugnas.
verum animis insiste tuis astumque per omnem
tende pudor; mox et Furias Ditemque movebo.'
haec ait et pariter laevi iuga pinea montis
respicit ac pulchro venantes agmine Nymphas,
undarum nemorumque decus. levis omnibus arcus

---

502 aciemque *Bon.:* faciemque *VP* 503 refer *ψ*: refert *VP* moras *Burmannus* 506 astusque *ψ* 508 otius *V* 510 caput *MP:* cupit *V* 511 ne maeaen *M*, nemeen *m*, ne me en *P* flumina *Burmannus cf.* II 496: belua *VPc*, proelia *Ald.*, quaeve avia *Heinsius*, bellave *Columbus* 513 pulchro] victo *vel* pulso *Columbus*, Teucro *Heinsius*, puro *Wakefieldus.* tuto *Wagnerus.* (*omnes servarunt* ponto) coepto *Burmannus:* ponto *VPc* 515 Nullus *P*, Qualis *Burmannus* indecores *C Ald.:* indecore *VP*, indecorae *Bon.* iustaeque *Heinsius:* iussaeque *VPc*, cassaeque *Pius* 516 Primitiae *Pm:* Pritiae *V* ut *Heinsius:* et *VPc*, a *Wagnerus* 518 ad *ψc: om. VP* forsan *M:* forsas *VP* 519 astumque *Heinsius:* actumque *VPC* per omnem *C:* mouebo *VP* 520 Ditemque mouebo *C m:* ditem quomodo uerbo *V*, ditem quo mouecbo *M*, ditem quoque uerbo *P*, ditem quoque verto *ψ* 521 et *supr. vers. add. m. sec. in V* pariter *om. P* leui *V*

et manicae virides et stricta myrtus habena,
summo palla genu, tenui vagus innatat unda
crinis ad obscurae decurrens cingula mammae.
ipsa citatarum tellus pede plausa sororum
personat et teneris summittit gramina plantis.
e quibus Herculeo Dryope percussa fragore,
cum fugerent iam tela ferae, processerat ultra
turbatum visura nemus, fontemque petebat
rursus et attonitos referebat ab Hercule vultus.
hanc delapsa polo piceaeque adclinis opacae
Iuno vocat prensaque manu sic blanda profatur:
'quem tibi coniugio tot dedignata dicavi
Nympha procos, en Haemonia puer adpulit alno,
clarus Hylas, saltusque tuos fontesque pererrat.
vidisti roseis haec per loca Bacchus habenis
cum domitas acies et Eoi fercula regni
duceret ac rursus thiasos et sacra moveret;
hunc tibi vel posito venantem pectine Phoebum
crede dari. quae spes Nymphis aufertur Achaeis!
praereptum quanto proles Boebcia questu
audiet et flavi quam tristis nata Lycormae!'
sic ait et celerem frondosa per avia cervum
suscitat ac iuveni sublimem cornibus offert.
ille animos tardusque fugae longumque resistens
sollicitat suadetque pari contendere cursu.
credit Hylas praedaeque ferox ardore propinquae

---

524 stricta et corytus *Reinesii coniectura usus Wagnerus* habena ψ: harena *VP* 525 unda *Ald.*: umbra *VPC*. *cf. Gronovius observ.* IV 18 526 obsutae *vel* exsertae *vel* exsectae *Heinsius* 527 pulsa *M. idem coniecit Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 722 528 plantis *P*: plactis *V*, planctis *M* 530 ultro *c* 533 piceaque *M* 534 blanda] uoce *C* 535 Quae *P* 536 hemenia *V*, emenia *P* 538 Vidisti *M*: Vidistis *VP* reseis *V* 539 fercula *Pius*: pecula *V* (r supra), per loca *M Bon.*, pericula *P*, pocula *C*, proelia *Ald.* 540 thyasos *VP* moveret *Pius*: mouentem *VPC* 542 nymphys *V* acheis *V* 543 proles *M*: prole *VP* baebeia *VP* quaestu *V* 545 caelerem *V* 546 et *M* iuveni ψ: iuuenis *V*, iuuenem *P* 547 tardosque *M*

insequitur; simul Alcides hortatibus urguet
prospiciens: iamque ex oculis aufertur uterque,
cum puerum instantem quadripes fessaque minantem
tela manu procul ad nitidi spiracula fontis
ducit et intactas levis ipse superfugit undas.
hoc pueri spes lusa modo est nec tendere certat
amplius; utque artus et concita pectora sudor
diluerat, gratos avidus procumbit ad amnes.
stagna vaga sic luce micant, ubi Cynthia caelo
prospicit aut medii transit rota candida Phoebi:
tale iubar diffundit aquis; nil umbra comaeque
turbavitque sonus surgentis ad oscula Nymphae.
illa avidas iniecta manus heu sera cientem
auxilia et magni referentem nomen amici
detrahit; adiutae prono nam pondere vires.

Iam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
depulerat magnoque iugi stridore revulsas
terga super fulvi porrexerat horrida monstri
litora curva petens; alio nam calle reversum
credit Hylan captaque dapes auxisse ferina.
sed neque aput socios structasque in litore mensas
unanimum videt aeger Hylan nec longius acrem
intendens aciem. varios hinc excitat aestus
nube mali percussus amor, quibus haeserit oris,
quis tales inpune moras casusve laborve
attulerit; densam interea descendere noctem
iam maiore metu; tum vero et pallor et amens
cum piceo sudore rigor. ceu pectora nautis
congelat hiberni vultus Iovis agricolisve,

---

550 alchides *V* 552 quadrupes *Pm* 555 pueri spes lusa *Ald.*: pueris perfusa *VP*, pueri spes fusa *C* Hac — mora *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 352 557 amnes *m*: omnes *VP* 558 sic] ceu *Heinsius* cinthia *V* 561 obscula *P* nimphae *V* 565 tyrinthius *VP* 566 stridore *Pm*: strodere *V*, stridere *M*, de trude *C*, de rupe *Heinsius* revulsas *ψ*: reuulsam *VP* 569 captaque] captata *P* hausisse *C* ferinas *P* 573 percussus *Pm*: percussas *V*, perfusus *Heinsius*

cum coit umbra minax, comitis sic adficit error
Alciden saevaeque monet meminisse novercae.
continuo, volucri ceu pectora tactus asilo
emicuit Calabris taurus per confraga saeptis
obvia quaeque ruens, tali se concitat ardens
in iuga senta fuga: pavet omnis conscia late
silva, pavent montes, luctu succensus acerbo
quid struat Alcides tantaque quid apparet ira.
ille, velut refugi quem contigit inproba Mauri
lancea sanguineus vasto leo murmure fertur
frangit et absentem vacuis sub dentibus hostem,
sic furiis accensa gerens Tirynthius ora
fertur et intento decurrit montibus arcu.
heu miserae quibus ille ferae, quibus incidit usquam
inmeritis per lustra viris! volat ordine nullo
cuncta petens; nunc ad ripas deiectaque saxis
flumina, nunc notas nemorum procurrit ad umbras.
rursus Hylan et rursus Hylan per longa reclamat
avia; responsant silvae et vaga certat imago.

At sociis immota fides austrisque secundis
certa mora est: nec parvus Hylas, quamquam omnibus aeque
grata rudimenta; Herculeo sub nomine pendent.

---

579 imbre *Heinsius* 580 mouet *P* 585 luctusuccessus *M*, luctusecessus *m* aceruo *V* 586 quid (apparet) *M:* quod *VP* appetat *c* 588 sanguineis *P*, fulmineus *Heinsius* 593 Heu miseri per lustra viri! *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 151 594 ad rupes *Heinsius* 595 nec notas *Heinsius*, nec motas *Eyssenhardtius l. l. p.* 387 nemerum *V* percumbit *M*, procumbit *C* 596 Hyla — Hyla *Ianus Rutgersius var. lect.* III *cap.* 8 597 certant *V* 599 mora est *Eyssenhardtius l. l. p.* 387: moraes *V*, mores *P*, morae *M* aeque *M:* aequi *V*, equi *P* At sociis iam mota fides, austrisque secundis Causa morae non parvus Hylas, quamquam *e. q. s. Ald.*, At sociis inmota fides austrisque secundis Certa morae, praereptus Hylas. namque — pendit. *Heinsius*, Stat sociis immota fides, austrisque secundis Caussa morae non (*vel* nec) parvus Hylas, (quamquam omnibus aeque Grata rudimenta.) Herculeo sub nomine pendent. *Burmannus*, Stat sociis inmota fides austrisque secundis Certa morae; nec parvus Hylas: tanquam omnibus — ponat. *Bentleius in epist. ad Burm. data l. l. p.* 553, *quam coniecturam Eyssenhardtius probare videtur*

illum omnes lacrimis maestisque reposcere votis,
incertique metu nuno longas litore voces
spargere nuno seris ostendere noctibus ignes.
ipse vel excelsi cum densa silentia montis
strata vel oblatis ductor videt aequora ventis
stat lacrimans magnoque viri cunctatur amore.
illius incessus habilemque ad terga pharetram,
illum inter proceres maestaeque silentia mensae
quaerit inops quondam ingenti conprensa trahentem
vina manu et durae referentem monstra novercae.

Nec minus interea crudelis iapyga Iuno
adsidue movet et primis cum solibus offert.
iamque morae inpatiens cunctantes increpat ausus
Tiphys et oblato monet otia rumpere cursu.
ergo animum flexus dictis instantis Iason
concedit sociosque simul sic fatur ad omnes:
'o utinam, Scythicis struerem cum funera terris,
vox mihi mentitas tulerit Parnasia sortes,
agmine de tanto socium qui maximus armis
adforet, hunc Iovis imperiis fatoque teneri
ante procellosum scopulis errantibus aequor.
necdum fama viri nec certior extitit auctor.
verum agite et, dubiis variant quia pectora curis,
consulite et, motis seu vos via flatibus urguet,

---

601 meritisque *Burmannus* 602 longo *idem* litorae *V* 603 ostende[re] *V* 604 condensa *P* 605 optatis *Heinsius* doctor[v] *V* 606 mag[n]oque *V* cunctatus *sublata post* amore *interpunctione Heinsius* amore *Pm*: amori *V* 607 in *P* 608 linguae mensae *P* 609 Querit *V* comprensa trahentem *M*: conpensatra lete *V*, comprensa tralete *P*, compressa trahentem *C* 610 Bina *P* durae *MC*: dura *VP*, dirae *Bon.* 613 inpaciens *V* [a]usus *P* (a *add. m. pr.*), austros *vel* auras *Burmannus.* 'ausus *non intellego*' *Peerlkampus ad Verg. Aen.* X 831 614 mouet *V* 615 Aegre *Heinsius* 619 socius *M* 622 Necdum *Pm*: Nedum *V* 623 variant quia *Heinsius*: uariunt qui *V*, variant qui *MPAld.*, variant quis *Bon.*, quibus anxia *C* 624 consulite ψ: Consulit *VP*

pergite et inceptos mecum revocate labores,
seu pluris tolerare moras rursusque propinquis
quaesivisse iugis, pretium haut leve temporis acti.'
dixerat; et studiis iandudum freta iuventus
orat inire vias; unum tanto afore coetu,
nec minus in sese generis dextrasque potentes
esse ferunt. tali mentem pars maxima flatu
erigit et vana gliscunt praecordia lingua.
saltibus ut mediis tum demum laeta reducit
cerva gregem, tum gestit aper reboatque superbis
comminus ursa lupis, cum sese Martia tigris
abstulit aut curvo tacitus leo condidit antro.
at pius ingenti Telamon iam fluctuat ira
cum fremitu, saevisque serens fera iurgia dictis
insequitur magnoque inplorat numina questu.
idem orans prensatque viros demissaque supplex
haeret ad ora ducis, nil se super Hercule fari,
sed socio quocumque gemens: quamquam aspera fama
iam loca, iamque feras per barbara litora gentes,
non alium contra Alciden, non pectora tanta
posse dari. rursum instimulat ducitque faventes
magnanimus Calydone satus, potioribus ille
deteriora fovens semperque inversa tueri
durus et haud ullis umquam superabilis aequis
rectorumve memor. 'non Herculis' inquit 'adempti,
sed tuus in seros haec nostra silentia questus

626 pluris *Burmannus:* plures *VP*. *Heinsii conjecturae sunt:* Siue lubet, Seu prius est, Seu placitum est, Seu plus stat tolerare morae 627 praetium *V* 628 iamdudum *V* 629 tantum *M* caoetu *V* 630 dextraeque potentis *Heinsius* 633 Media *Heinsius* 634 reboantque *Wagnerus* 635 arva *idem* Caspia *Heinsius* 636 curvo] euro *P* 637 telamonium *P* 638 serens fera *Ald.:* ferens *V*, ferens in *M*, ferens fera *P*, furens in *C et codex Burmanni* dicitis *V* 639 implorat *m:* inplorant *V*, implorant *MP* 640 Dememorans *C*, Demum orans *Vossius* prensatque ψ: prensaque *VP* dimissaque *V* splex (u) *V* 641 hora *V* 643 feras *MP:* fera *V* 645 cursum *Maserius* ducisque *P* 646 potior quibus *Eyssenhardtius l. l. p.* 387 648 equis *V* 650 quaestus *V*

traxit honor, dnm iura dares, dum tempora fandi.
septimus hic celsis descendit montibus auster
iamque ratem Scythicis forsan statuisset in oris;
nos patriae immemores, maneant ceu nulla revectos
gaudia, sed duro saevae sub rege Mycenae,
ad medium cunctamur iter. si finibus ullis
has tolerare moras et inania tempora possem,
regna hodie et dulcem sceptris Calydona tenerem
laetus opum pacisque meae, tutusque manerem
quis genitor materque locis. quid deside terra
haeremus? vacuos cur lassant aequora visus?
tu comitem Alciden ad Phasidis amplius arva
adfore, tu socias ultra tibi rere pharetras?
non ea fax odiis oblitave numine fesso
Iuno sui. nova Tartareo fors semine monstra
atque iterum Inachiis iam nnntius urguet ab Argis.
non datur haec magni proles Iovis; at tibi Pollux
stirpe pares Castorque manent, at cetera divum
progenies, nec parva mihi fiducia gentis.
et ego et quocumque voces qua tegmina ferro
plura metam, tibi dicta manus, tibi quidquid in ipso
sanguine erit, iamque hinc operum quae maxima posco.

---

652 celses *V* discendit *V* 653 Iam *P* 655 saevae *ψ*: saeua *VP* lege *m* 656 illis *Heinsius* 658 tulcem *V* 659 tutusque *m*: tuusque *VP* 660 cura *Heinsius* 661 lassant *CM*: classant *VP* 662 Tum *M*, Tun *Pius* arma *P* 663 Adfor *V* sagittas pharetras *P* (sagittas *del. m. pr.*) 664 pax *Heinsius* oblitaque *ψ* 665 for *M*, fert *m* 666 inaciis *V* nuncius *V* 667 Non erit hic *Peerlkampus ad Verg. Aen.* XI 428 668 ac *P* 669 mihi *om. P* 670 *ita dedi ut legitur in V quoniam nondum probabiliter emendatus est.* Et egomet *M*, Ast ego et *P*, Ast egomet *Cψ*. En egomet quacumque voces quaque agmina ferro Plura metas. *Heinsius*, Adsum *vel* Adsto egomet quocumque voces, quaeque agmina ferro Plura metat, tibi dicta mauus *Burmannus*, Ast egomet quocunque vocas, sequar; agmina ferro Plura metam. *Iacobsius in Matthiae miscell. phil. p.* 75 *sq.* quoqumque (c *superscr.*) *V* 671 tibi (quidquid) *M*: *om. VP* isto *Heinsius* 672 enim (rit *superscr.*) *V*

scilicet in solis profugi stetit Herculis armis
nostra salus. nempe ora aeque mortalia cuncti
ecce gerunt; ibunt aequo nempe ordine remi.
ille vel insano iandudum turbidus aestu,
vel parta iam laude tumens consortia famae
despicit ac nostris ferri comes abnuit actis.
vos, quibus et virtus et spes in limine primo,
tendite, dum rerum patiens calor et rude membris
robur inest; nec enim solis dare funera Colchis
sit satis et tota pelagus lustrasse iuventa.
spes mihi quae tali potuit longissima casu
esse fuit; quiscumque virum perquirere silvis
egit amor; loca vociferans non ulla reliqui.
nunc quoque, dum vario nutat sententia motu,
cernere devexis redeuntem montibus opto.
sat lacrimis comitique datum, quem sortibus aevi
crede vel in mediae raptum tibi sanguine pugnae.'

Talibus Oenides urguet: simul incita dictis
heroum manus. ante omnes Argoa iubebat
vincla rapi Calais. furias miratur ovantum
Aeacides, multusque viri cunctantia corda
fert dolor, an sese comitem tam tristibus actis
abneget et celsi maerens petat ardua montis.
non tamen et gemitus et inanes desinit iras
fundere. 'quis terris pro Iuppiter' inquit 'Achaeis
iste dies! saevi capient quae gaudia Colchi!
non hi tum flatus, non ista superbia dictis,

---

t
674 hora *V* moralia *V* cunctis *Eyssenhardtius l. l. p.* 388, *qui versum* 675 *eiciendum esse iudicat* 675 ibunt *Ald.:* ibant *V.* nempe ibant equo *P* 680 paciens *V* 681 solis *MP:* soli *V* 682 pelagus] iuuencs *P* 683 tali *ψ*: talis *VP* 686 uano *P* 688 Sat *m:* Stat *VP* comitiue *P* datum *M:* tadum *VP* sorte vel *Heinsius* 689 pulvere *pro* sanguine *vel* in media r. t. vulnere pugna *Burmannus*
v
690 oeonides *V*, eonides *P* urget *V* 691 argiua uibe ad *P* 692 Calais] tales *P* 694 Est *Heinsius* 695 merens *V* 697 Petere *P* (fundere *super scr. m. sec.*) acheis *V*

litore cum patrio, iam vela petentibus anstris,
cunctus ad Alciden versns favor: ipse iuvaret,
ipse ducis curas meritosque subiret honores.
iamne animis, iam gente pares, adque inclita vulgi
dextera? nulla fides, nulli snper Hercule fletus?
nunc Parthaonides, nunc dnx mihi Thracia proles?
aspera nnnc pavidos contra ruit agna leones?
hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam,
qnae neque iam frondes virides nec proferet umbras,
ut semel est evulsa iugis ac matre perempta
fida ministeria et duras obit horrida pngnas,
testor et hoc omni, dnctor, tibi numine firmo:
saepe metu, saepe in tenui discrimine rerum
Herculeas iam serus opes spretique vocabis
arma viri, nec nos tumida haec tum dicta iuvabunt.'

Talibus Aeacides socios terroribus urguens
inlacrimat multaque comas deformat harena.
fata trahnnt, raptusque virum certamine ductor
ibat et optenta mulcebat lumina palla.
hic vero ingenti repetuntur pectora luctu,
ut socii sedere locis nullaeque leonis
exuviae tantique vacant vestigia transtri.
flet pius Aeacides, maerent Poeantia corda,
ingemit et dulci frater cum Castore Pollux.
omnis adhuc vocat Alciden fugiente carina,
omnis Hylan, medio pereuntia nomina ponto.

---

700 cum patrio *M:* cupatrio *V*, cupatrio *P* 701 alchiden *V* 703 Iamne animis *M:* Iamne ammis *V*, Iam peamis *P* iam gente *mc:* iam negenite *V*, Iamne genite *P* aeque *Vossius. fortasse* satque inclita *MP:* indita *V* uulgi *M:* nului *V*, uultu *P*, multum *Heinsius* 705 Parthaonides *ψ*: porthaonides *VP* trachia *V* 706 lenes *P* 708 neque *P* 709 euulsa *P:* acuulsa *V*, excussa *C*, excisa *Vossius* 711 nomine *M* 712 rerum] leti *Burmannus* 713 Herculeae — opis *vel* Herculeam — opem *Heinsius. cf. Peerlkampus ad Hor. carm.* III 3, 28 714 uir *V* uos *m* dum *V* 715 erroribus *P*, sermonibus *C* 717 *om. P* 718 Flebat *Heinsius* celabat *idem* 720 foris *Heinsius* 721 uacant *M:* uocant *VP* 722 merent *V*

Dat procul interea toto pater aequore signum
Phorcys et inmanes intorto murice phocas
contrahit antra petens; simul et Massylus et una
Lyctius et Calabris redit armentarius arvis.
ilicet extremi nox litore Solis Hiberas
condidit alta domos et sidera sustulit axis.
flamina conticuere, tacet cum flatibus aequor.
Amphitryoniades nec quae nova lustra requirat,
nec quo temptet iter, comitis nec fata perempti
quae referat, videt, aut socios qua mente revisat.
urit amor solisque negat decedere silvis.
non aliter gemitu quondam lea prolis ademptae
signa legit; sedet inde viis, inclusaque longo
pervigilant castella metu; dolor adtrahit orbes
interea et misero manat iuba sordida luctu.

---

726 toto *MP:* tot *V*, moto *Heinsius* 727 Forcys *V*, Phorcis *P*, Forcus *C* 728 mass[y]ilns *V* 730 [i]llcet *V* (i *add. m. sec.*) 731 axis *m*, *probaverunt Vossii et Heinsius:* aris *VP*, astris *C*, arvis *ψ*. *olim conieceram* undis 732 Flamina *Cψ*: Flumina *VP* tacet *Burmannus:* iacet *VPC* sine flatibus *C*, sine fluctibus *Vossius et Heinsius* 733 Amphythrioniades *V* 734 te[p]mtet *V*, tenet *P*, tendat *Heinsius* perempti *Ald. c:* parenti *VP* 735 Quo *cum Aldo Burmannus* referet *P* reuisat *M:* reuirat *V*, reuiset *P* (reuisat *corr. m. pr.*) 736 decedera *V* 737 gemitum *Heinsius*, gemitus *Burmannus* laea *VP* 738 signa legit *scripsi, sed fortasse post* 737 *versus intercidit:* Terga dedit *VPc*, Aegra dedit *Heinsius*, Orba dedit *Burmannus*, Arva quatit *Iacobsius l. l. p.* 77 in deviis *Bon.*, in triviis *Ald.*, sedet in biviis *vel* ceduntque viis *vel* cessere viis *Heinsius* 739 attrahit *C* urbes *ψ*. atterit orbam *vel* orbus *vel* attrahit artus *Heinsius* 740 iuua *V*, uiua *P* fletu *vel* fluctu *Heinsius*

EXPLICIT . LIBER . TERTIVS . INCIPIT LIBER QVARTVS *V*
C . VALERII . FLACCI . SETINI . ARGONAVTICON . LIBER . TERTIVS . EXPLICIT INCIPIT . LIBER . QVARTVS . *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER QVARTVS.

Atque ea non oculis divum pater amplius aequis
sustinuit, natique pios miseratus amores
Iunonem ardenti trepidam gravis increpat ira.
'ut nova nunc tacito se pectore gaudia tollunt!
haeret inops solisque furit Tirynthius oris.
at comite immemores Minyae facilesque relicto
alta tenent. sic Iuno ducem fovet anxia curis
Aesonium, sic arma viro sociosque ministrat.
iam quibus incertam bellis Scythicaeque paventem
gentis opes, quanta trepidam formidine cernam!
tum precibus, tum me lacrimis et supplice dextra
adtemptare veto; rerum mihi firma potestas.
i, Furias Veneremque move; dabit impia poenas
virgo nec Aeetae gemitus patiemur inultos.'
dixit et arcano redolentem nectare rorem,
quem penes alta quies liquidique potentia somni,
detulit inque vagi libavit tempora nati.
ille graves oculos et Hylan resonantia semper
ora ferens, ut nulla deum superare potestas,

---

1 amplius] adspicere *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 372 3 Iunorem *V* 4 ut] Te *Burmannus* nunc] te *Carrionis pr.* se *in supr. vers.*, *Heinsius: om. V*, sub *P et Carrionis pr. probante Burmanno*, te *Carrionis sec.* volvunt *P* 5 Moeret *Maserius*, Errat *Heinsius* 6 inmemores *C* 7 his *Heinsius* angxia *V* (g *post deletum est*) 8 viro *Heinsius:* uiros *VP* 9 insertam *eum Maserio Heinsius*, incensam *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 376 11 sublice *V* 14 Acetae *Ald.:* aetae *V*, octae *MP* 17 Depluit *Heinsius* 18 hilan *V*

procumbit. tandem fessis pax reddita silvis,
fluminaque et vacuis auditae montibus aurae.

Ecce puer summa se tollere visus ab unda
frondibus in croceis et iniquae munere Nymphae,
stansque super carum talis caput edere voces:
'quid, pater, in vanos absumis tempora questus?
hoc nemus, hi fontes mihi iam domus, inproba quo me
Nympha rapit saevae monitu Iunonis; in arces
nunc Iovis accessus et iam mihi lumina caeli
conciliat iungitque toros et fontis honores.
o dolor! o dulces quas gessimus ante pharetrae!
iam socii laetis rapuerunt vincula ventis,
hortator postquam furiis et voce nefanda
inpulit Oenides. verum cum gente domoque
ista luet saevaeque aderunt tua numina matri.
surge age et in duris haut umquam defice; caelo
mox aderis teque astra ferent; tu semper amoris
sis memor et cari comitis ne abscedat imago.'
talibus orantem dictis visuque fruentem
ille ultro petit et vacuis amplexibus instat
languentisque movet frustra conamina dextrae:
corpus hebet somno refugaque eluditur umbra.
tum lacrimis, tum voce sequi, tum rumpere questus;
cum sopor et vano spes maesta resolvitur actu.

---

20 pax *ψ*: fas *VP*, fax *m* siluis *M*: silua *VP* 21 Fluminaquae *V* eque cavis *Heinsius* 25 absumis *mc*: adsumis *V*, assumis *P* quaestus *V* 26 hi fontes *Heinsius*: haec fatis *VPC* 27 in arces *Iacobsius l. l. p.* 77: in amnes *V*, inanes *PC*, et astu *vel* et arte *Heinsius* 28 limina *Bon.*, *Maserius*, *Zinzerlingius*, *Burmannus*. Quin Iovis accessus etiam et mihi limina caeli *Heinsius* 29 iungit *M* toros *Burmannus*: *om.* *VP*, suos *C*, preces *ψ* 30 pharetrae *Cm*: pharetram *V*, pharetras *P* 31 laetis — votis *vel* oblatis — ventis *Heinsius*. 34 sua *Heinsius*, tria *Burmannus*, '*ut Furiae intellegantur*' 36 tu] nunc *Burmannus* 38 iussuque *M* fruentem *ψc*: fruente fruitur *VM* (fruitur *in M post deletum*), furentem *P* 39 istat *V* 42 uoces *V* quaestus *V* tum voces sequitur quoque questus *P* 43 sopore tua nox permesta *P* aestu *Heinsius*, ictu *Burmannus*

fluctus ab undisoni ceu forte crepidine saxi
cum rapit Halcyones miserae fetumque laremque,
it super aegra parens queriturque tumentibus undis
certa sequi, quocumque ferant, audetque pavetque,
icta fatiscit aquis donec domus haustaque fluctu est;
illa dolens vocem dedit et se sustulit alis.
haut aliter somni maestus labor. exilit amens
effusisque genas lacrimis rigat. 'ibimus' inquit,
'solus et hos montes desertaque lustra tenebis,
care puer, nec res ultra mirabere nostras?'
haec fatus relegitque vias et vallibus exit
incertus, quid Iuno ferat, quas apparet iras.
nec minus et socios cernit procul aequore ferri
praecipites tacitumque pudet potuisse relinqui.

Iamque iter ad Teucros adque hospita moenia Troiae
flexerat Iliaci repetens promissa tyranni;
cum maesto Latona simul Dianaque vultu
ante Iovem stetit et supplex sic fatur Apollo:
'in quem alium Alciden, in quae iam tempora differs
Caucaseum, rex magne, senem? nullumne malorum
finem adeo poenaeque dabis? te cuncta precatur
gens hominum adque ipsi iam te, pater optime, montes
fessaque cum silvis orant iuga. sat tibi furtum
ignis et aetheriae defensa silentia mensae.'
dixit ubi, e scopulis media inter pabula diri
vulturis ipse etiam gemitu maestaque fatigat

---

45 Halcyones *Heinsius:* alcyonis *Ve*, halcyonis *M*, alcionis *P* misaere *V* fetumque] focumque *P* 46 Stat *Francius*, Nat *Burmannus* quaeriturque *V*, geriturque *vel* quatiturque *Heinsius* tummentibus *V* 48 Victa *Heinsius* 49 uo cem *V* 50 amens *M:* amen *VP* 52 tenebis *m:* tenebris *VP* 54 uiaret *V* 58 me o nia *V* ad tenedos atque ardua menia *P* 62 in quem alium] *cf. L. Muellerus d. r. m. p. L. p.* 283 quaenam *Heinsius* 64 penasque *P* precantur *C* iam te] tante *P* optime *Mc: om. VP* 67 densa *P*, depensa *vel* deprensa *Heinsius* 68 Exit ubi *C*, Fixus ubi *vel* Excitus *Heinsius*, Haec ait. *Lachmannus ad Lucr.* I 805 69 ipsum *Heinsius*

voce Iovem saevis relevans ambusta pruinis
lumina; congeminant amnes rupesque fragorem
Caucaseae; stupet ipse dei clamoribus ales.
tunc etiam superas Acheronte auditus ad arces
Iapetus gravis; orantem procul arcet Erinys
respiciens celsi legem Iovis. ille dearum
fletibus et magno Phoebi commotus honore
velocem roseis demittit nubibus Irim.
'i, Phrygas Alcides et Troiae differat arma.
nunc' ait 'eripiat dirae Titana volucri.'
diva volat defertque viro celeranda parentis
imperia adque alacrem laetis hortatibus implet.

Iam Minyae mediis clarae per sidera noctis
fluctibus intulerant placido cava lintea cursu,
multaque deserto memores super Hercule volvunt.
Thracius at summa sociis e puppe sacerdos
fata deum et miserae solans incommoda vitae
securum numeris agit et medicabile carmen;
quod simul adsumpta pulsum fide, luctus et irae
et labor et dulces cedunt e pectore nati.

Interea magni iam iam subeuntibus astris
Oceani genitale caput, Titania frenis
antra sonant; Sol auricomis urguentibus Horis
multifidum iubar et bisseno sidere textam

---

70 sacius *P* amurca *P* 72 camoribus[l] *V* 73 Tum *P* superas *ψc:* super *VP* auditur *C* 74 ouantem *P* 75 Respicies[n] *V* 76 amore *P* 77 ignem irim *P* 78 Dic *et* Troia *Heinsius* 79 Hunc *Heinsius* 80 Dumque *P* defertque *m:* differtque *VP* parenti *P* 83 plado[ci] *V* 85 at *Pm*, ad *V* socios *P* sacerdo *V* 86 incommada *V* 87 numeris] Minyis *ψ* stamen *Heinsius* 88 Quo *m.* Quo simul adsumta pulsus fide luctus *Bon.*, *Burmannus*, Quo simul assumta pulso fide luctus *Heinsius* 92 auricomus *ψ*, *Barthius adv.* XXVIII 18, *Heinsius* urguentibus *non nulli saec.* XV *codices. (idem extare in V Heinsius non recte dixit):* ingentibus *VPC*, vergentibus *ψ*, cingentibus *Barthio praeeunte Vossius et Heinsius* oris *VP* 93 dextam[t] *V*

loricam induitur; ligat hanc qui nubila contra
balteus undantem variat mortalibus arcum.
inde super terras et eoi cornua montis
emicuit traxitque diem candentibus undis,
et Minyas viso liquerunt flamina Phoebo.

Proxima Bebrycii panduntur litora regni,
pingue solum et duris regio non invida tauris.
rex Amycus; regis fatis et numine freti
non muris cinxere domos, non foedera legum
ulla colunt placidas aut iura tenentia mentes.
quales Aetnaeis rabidi Cyclopes in antris
nocte sub hiberna servant freta, sicubi saevis
advectet ratis acta notis tibi pabula dira
et miseras, Polypheme, dapes; sic undique in omnes
prospiciunt cursantque vias, qui corpora regi
capta trahant. ea Neptuno trux ipse parenti
sacrifici pro rupe iugi media aequora supra
torquet agens. sin forma viris praestantior adsit,
tum legere arma iubet sumptisque occurrere contra
caestibus; haec miseris sors est aequissima leti.
huc ubi devectam Neptunus gurgite puppem
sensit et extremum nati prospexit in oras
et quondam laetos domini certamine campos,
ingemit ac tales evolvit pectore questus:
'infelix imas quondam mihi rapta sub undas,
nec potius magno, Melie, tum mixta Tonanti!
usque adeone meam quacumque ab origine prolem

---

96 concaua *P.* caerula ponti *Heinsius* 98 minias *V* 101 amicus *VP* nomine *Heinsius* 104 Qualis *P* aetneis *V* rapidi *PC* cycoples *V* 105 Nocte *MP:* Noctis *V* 106 diro *Heinsius* 108 f: cursantque *V* 109 trahunt *P* dux *Heinsius* 111 sin *C:* in *V*, ni *Pm* adfit *V* 113 Coestibus *P*, Cestibus *C* miseris *Burmannus:* miseri *V*, misera *P* laeti *V* 114 tibi *P* 116 letos *V* campos *Pm:* campus *V* 117 quaestus *V* 118 Infelx (ma) *V*, Infeli ... *P* (ma *add. m. pr.*) 119 meliae (tum) *V*, mulicrum *P*

tristia fata manent? sic te olim pergere sensi,
Iuppiter, iniustae quando mihi virginis armis
concidit infelix et nunc chaos implet Orion.
nec tibi nunc virtus aut det fiducia nostri,
nate, animos opibusque ultro ne crede paternis.
iam iam aliae vires maioraque sanguine nostro
vincunt fata Iovis, potior cui cura suorum est.
atque ideo neque ego hanc tumidis avertere ventis
temptavi tenuive ratem, nec iam mora morti
hinc erit ulla tuae. reges preme, dure, secundos.'
abstulit inde oculos, natumque et tristia linquens
proelia sanguineo terras pater alluit aestu.

Principio fluvios gentemque et litora ductor
explorare iubet, paulumque egressus Echion
invenit obscura gemitus in valle trahentem
clam iuvenem et caesi maerentem nomen amici.
ille virum ut contra venientem umbrataque vidit
tempora Parrhasio patris de more galero
paciferaeque manu nequiquam insignia virgae,
'heu fuge' ait 'certo quicumque es, perdite, passu,
dum datur.' obstipuit visu Nonacria proles,
quid ferat admirans. postquam remeare monentem
ocius et dictis perstantem cernit in isdem,
abripit et sociis, quae sint ea, promere cogit.
ille manum tendens 'non haec' ait 'hospita vobis
terra, viri, non hic ullos reverentia ritus

---

121 te] d (t superscr.) *V* 123 nunc] adhuc *Friesemannus l. l. p.* 95 orion] oriosunt *P* 124 aut det ψ: audet *VPc*, auget *m* 125 opibus *P* nec *V* 126 eliae *V* maioraquae *V* 128 adeo *Heinsius* motis *C* 130 reges doliture secundos *C*, res haud doliture secundas *vel* reges fremiture secundos *Heinsius* 131 linquens *M:* linque *VP* 132 adluit *M*, abluit *P* 136 merentem *V* 137 umbraeque *M* 138 pharrasio *VP*, parrassio *M* patriae *m i. marg.* 141 nonacria *m:* nonagria *VPC*, nonaria *M* 142 ammirans *C* mouentem *P* 143 hisdem *V*, iisdem *P* 144 Arripit *Heinsius* 145 manum *P:* manu *V* intendens *Heinsius* hospita *MP*: hosta *V* 146 hac *Heinsius* uultus *P* (ritus *corr. m. pr.*)

pectora; mors habitat saevaeque hoc litore pugnae.
iam veniet diros Amycus qui tollere caestus
imperet et vasto qui vertice nubila pulset.
talis in advectos Neptuni credita proles
aeternum furit adque aequae virtutis egentes,
ceu superum segnes ad iniqua altaria tauros
constituit, tandem ut misero lavet arma cerebro.
consulite atque fugae medium ne temnite tempus.
namque isti frustra quisquam concurrere monstro
audeat, et quaenam talem vidisse voluptas?'
ductor ad haec 'Bebryxne venis diversaque regi
corda gerens? (melior vulgi nam saepe voluntas)
hostis an externis fato delatus ab oris?
et tua cur Amycus caestu nondum obruit ora?
nomen' ait 'praedulce mihi nomenque secutus
Otreos unanimi. decus ille et laeta suorum
gloria nec vestros comes aspernandus in actus
Hesionam et Phrygiae peteret cum gaudia nuptae,
hic Amycum contra iussus stetit adque ego palmas
inplicui; sed prima procul vixdum ora levantis
fulminea frontem dextra disiectaque fudit
lumina, me numquam leto dignatus et armis;
sed lacrimis potius luctuque absumor inerti.
spes tamen, his fando si nuntius extitit oris
et Mariandynum patrias penetravit ad urbes,

---

148 amicus *M* 149 et *Pm*: *om. V* 153 sanie ac misero ut l. a. c. *vel* saxis ut *(sic!)* miseri lavet arma cerebri *Heinsius*, tantum ut *Burmannus* 155 quis nam *ψ* concurre *V* 156 aut *Heinsius* quae non — fugisse *vel* effugisse *vel* vitasse *Burmannus*
157 bebrixne *V* 158 gerens *m. i. marg.*: regens *VP*, geris *Francius* 159 Nostis *P*, Hospes *Heinsius* 161 numenque *Bon.*, ductumque *Heinsius* 162 Oetreos *P* 163 ausus *Friesemannus l. l. p.* 96 166 prima] plicui *V* (prima *corr. m. pr.*) levanti *Heinsius* 167 Fulminea *ψc*: Fulmineam *VP* 168 me numquam] nec unquam *P* 169 pocius *V* assumor *C*, absumit *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 654 170 fando *M*: frando *VP* infandis si nuntius exiit oris *Heinsius* (exiit *probavit Burmannus*) 171 maryandinum *V*

unde genus fraterque viro — sed et ille quierit
oro nec vanis cladem Lycus augeat armis.'

Haec ubi non ulla iuvenes formidine moti
accipiunt, dolet et dura stat pergere mente.
terga sequi properosque iubet coniungere gressus.
litore in extremo spelunca apparuit ingens,
arboribus super et dorso contecta minanti,
non quae dona deum, non quae trahat aetheris ignem;
infelix domus et sonitu tremibunda profundi.
at varii pro rupe metus; hinc trunca rotatis
bracchia rapta viris strictoque inmortua caestu
ossaque taetra situ et capitum maestissimus ordo.
respicias quibus adverso sub vulnere nulla
iam facies nec nomen erat: media ipsius arma
sacra metu magnique aris inposta parentis.
hospitis hic primum monitus rediere Dymantis,
et pavor et monstri subiit absentis imago,
atque oculos cuncti inter se tenuere silentes,
donec sidereo Pollux interritus ore
'te tamen hac, quicumque es,' ait 'formidine faxo

---

173 oro] Gracia *C* a vanis *Pc*, in vanis *m* audeat *P* 174 non ulla *Ald.*: non uulla *VPc* 175 stat *Burmannus, qui et* dux *proposuit*: sic *VP* dolor et duras insurgere mentes *C*, dolor atque irae consurgere mente *Heinsius* 176 *dedi quae sunt in VP. nisi versus intercidit post* 175, *fortasse pro* terga *scribendum est* coepta *et* iubent *pro* iubet *cum Burmanno. olim conieceram* dux iungere 178 comanti *Heinsius* 179 dona die. 'Die *pro* diei.' *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 195 180 remibunda *V*, tremebunda *P*, fremebunda *Heinsius* 181 at *Heinsius*: Vt *VP*, Et *Bon. e*, Hic *Ald.* hinc] hic *Ald.* 182 viris] humeris *vel* toris *Heinsius* hinc mortua *Friesemannus l. l. p.* 96 183 tacta *M*, tetra *P* et *Heinsius*: *om. VPo* 184 Respiceas *V*, Respicere est *Heinsius* uulnerae *V* 185 faciem *V* (facies *corr. m. pr.*) media *ψc*: medius *V*, medus *P*, medio *Heinsius* 186 metu *ψc*: mentuque *V*, metuque *MP*, specu *Heinsius* 187 monitus *P*: monitis *VC* Dymantis *Heinsius*: tymantis *V*, timantis *P*, tumentes *C*, timentis *Ald.* 188 E *V* (Et *corr. m. sec.*) subiitque *P*, subiere *Ald.* 189 in se cuncti *Heinsius. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* XI 121 191 hâc *V* ait *ψc*: aut *VP* faxo *ψc*: saxo *VP*

iam tua silva ferat, modo sint tibi sanguis et artus.'
omnibus idem animus forti decernere pugna,
exoptantque virum contraque occurrere poscunt.
qualiter ignotis spumantem funditus amnem
. . . .
pandit iter, mox omne pecus formidine pulsa
pone subit, iamque et mediis praecedit ab undis.

At procul e silvis sese gregibusque ferebat
saevos in antra gigas. quem nec sua turba tuendo
it tanti secura metus. mortalia nusquam
signa manent; instar scopuli, qui montibus altis
summus abit longeque iugo stat solus ab omni.
devolat inde furens, nec quo via curve profecti
nec genus ante rogat, sed tali protonat ira:
'incipite, o iuvenes. etenim fiducia, credo,
huc tulit auditas et sponte lacessitis oras.
sin errore viae necdum mens gnara locorum,
hic mihi lex, caestus adversaque tollere contra
bracchia. sic ingens Asiae plaga quique per arcton
dexter et in laevum pontus iacet haec mea visit
hospitia, hoc functi remeant certamine reges.

---

192 gemat *Heinsius* artes *Burmannus* 193 Ominibus *P* decedcre *M* (decernere *corr. m i. marg.*) 194 Exobtantque *V* contraque *Pm*: contra *V* 195 Quale per *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 270 f/////ditus (un *supra*) *V (tres litterae erasae sunt)*; concitus *Heinsius*, fluctibus *Friesemannus l. l. p.* 97 amnem *M*: amem *V*, agmen *P* Qualiter ingressus spumantem taurus in amnem *Ald.* *post* 195 *versus intercidit*, *in C hic legitur* Taurus aquis qui primus init, spernitque tumentem, *in quo scripsit* agris *Friesemannus*, ubi (*pro* qui) *et* spernique *Heinsius* 198 mediis *om. P* procedit *Pc* 199 Et *P* grecibusqne *V* 200 Saevus *Pm* in *om. P* gigans *V* non *C* 201 tanti *P*: taciti *VC* 204 Evolat *vel* Advolat *Heinsius* qua *Ald.* curuae *V* 205 talia *P* rogans tali procul intonat ira *Burmannus* 206 o *Pm*: eo *V* 207 iras *m* 208 Sm *V* gnara *m*: ignara *VP* 210 Brachia *V* 211 leuum *V*, laevampatet *Heinsius* visat ψ *probante Burmanno* 212 Hospicia *V* functi *Burmannus*: cuncti *VPc* remeent *Bon.* rege *V*

Neptuni domus adque egomet Neptunia proles.
iam pridem caestus resides et frigida raris
dentibns aret humus. quis mecum foedera iunget?
prima mann cui dona feram? mox omnibus idem
ibit honos. fuga sub terras, fuga nulla per auras.
nec lacrimae nec forte preces snperive vocati
pectora nostra movent; aliis rex Iuppiter oris.
faxo Bebrycium nequeat transcendere puppis
ulla fretum et ponto volitet Symplegas inani.'

Talia dicta dabat, cum protinus asper Iason
et simul Aeacidae simul et Calydonis alumni
Nelidesque Idasque prior quae maxima surgunt
nomina; sed nudo steterat iam pectore Pollux.
tum pavor et gelidus defixit Castora sanguis.
nam nec ad Elei pugnam videt ora parentis,
nec sonat Oebalius caveae favor aut iuga nota
Taygeti, lavitur patrios ubi victor ad amnes,
nec pretium sonipes aut sacrae taurus harenae,
praemia sed manes reclusaque ianua leti.
illum Amycus nec fronte trucem nec mole tremendum
vixdum etiam primae spargentem signa iuventae
ore renidenti lustrans obit et fremit ausum,
sanguineosque rotat furiis ardentibus orbes.
non aliter iam regna poli, iam capta Typhoeus

---

213 Neptuni haec domus *Burmannus* 214 caestus *C*: caestu *VP* uiris *P* 215 quis *Heinsius*: qui *VPc* *in distinguendis verbis Carrionem et Heinsium secutus sum* 216 feram *Heinsius*: fero *VPc* 218 nec forte *P*: neferte *V* superne uocari *P* 219 alliis *V* 220 transsendere (c *superscript over s*) *V* 221 simplegas *VP* 222 acer *Friesemannus l. l. p.* 97 223 Aeacidae *c*: aeacides *V*, eatides *P* calidonis *V* 224 Nelidaeque *Heinsius* 226 tum *scripsi*: Cum *VPc* castore *P* 227 eliae *P* videt ire *Heinsius* 228 Haec *P* 229 lavitur *Bon.*: labitur *VP*, capitur *C* ibi *P* 230 aut *om.* *P* stratae *Heinsius* taturus *P* harena *P* 231 Premi *P* 232 trucem *Bon.*: ducem *VP* 233 spargente *P* 234 renitente *P* 236 typheus *P*

astra ferens Bacchum ante acies primamque deorum
Pallada et oppositos doluit sibi virginis angues.
sic adeo insequitur rabidoque ita murmure terret:
'quisquis es, infelix celera puer; haut tibi pulchrae
manserit hoc ultra frontis decus orave matri
nota feres. tune e sociis electus iniquis?
tune Amyci moriere manu?' nec plura moratus
ingentes umeros spatiosaque pectoris ossa
protulit horrendosque toris informibus artus.
deficiunt visu Minyae, miratur et ipse
Tyndarides; redit Alcidae iam sera cupido
et vacuos maesto lustrarunt lumine montes.
at satus aequoreo fatur tunc talia rege:
'aspice et haec crudis durata volumina tauris;
nec peto sortis opem, sed quos potes indue caestus.'

Dixit et urguentis post sera piacula fati
nescius extremum hoc armis innectere palmas
dat famulis; dat et inde Lacon. odia aspera surgunt
ignotis prius adque incensa mente feruntur
in medium sanguis Iovis et Neptunia proles.
hinc illinc dubiis intenta silentia votis.
et pater orantis caesorum Tartarus umbras
nube cava tandem ad meritae spectacula pugnae

---

237 ferans *P*, terens *vel* premeus *Heinsius* ante *om.* *P* deorum *M*: deosum *V*, deorsum *P* 239 murmurat ore *Francius* 240 haut] hāc *P* 241 frontis *m*: foutis *VP* matris *Burmannus* 242 Nota *MP*: Vota *V*, Tota *Burmannus* tune e *Cψ*: tuneo *V*, tunc o *P. fortasse* tune a electus *C*: eluctus *VP*, sclectus *ψ* (h) 243 amici *V* 244 spaciosaque *V* 245 orreudosque *V* 246 visu Minyae *Pius Ald.*: uisum in se *VP*, visumque in se *m Bon.*, visu mentes *esse qui legerent Carrion adnotavit* 248 uacuos *m*: uocuo *V*, uacuo *M*, tandem *P* 249 nunc *P* 250 Accipe et h. crudi d. v. tauri *vel* Aspicis e crudis d. v. tauris? *Heinsius.* crudi — tauri *non displicet* 251 peto *Burmannus*: pete *VP* fortis *P* opotes *V* 253 extremum hinc *vel* extremas — palmas *Heinsius* inuectere *P* 255 feruruntus *V* 257 variis *Slothouwer l. l. p.* 174 258 At *Heinsius* Tartaris *C* 259 poenae *Wagnerus*

emittit; summi nigrescunt culmina montis.
continuo Bebryx, Maleae velut arce fragosa
turbo rapax, vix ora virum, vix tollere passus
bracchia torrenti praeceps agit undique nimbo
cursibus involvens, totaque inmanis harena
insequitur. vigil ille metu cum pectore et armis
huc alternus et huc, semper cervice reducta,
semper et in digitis et summi pulvere campi,
proiectusque redit. spumanti qualis in alto
Pliade capta ratis, trepidi quam sola magistri
cura tenet, rapidum ventis certantibus aequor
intemerata secat, Pollux sic providus ictus
servat et Oebalia dubium caput eripit arte.
ut deinde urguentes effudit nutibus iras
ardoremque viri, paulatim insurgere fesso
integer et summos manibus deducere caestus.
ille dies aegros Amyci sudoribus artus
primus et arenti cunctantem vidit hiatu:
nec sua defessum noscunt loca nec sua regem
agmina. respirant ambo paulumque reponunt
bracchia, ceu Lapithas aut Paeonas aequore in ipso
dum refovet fixaque silet Gradivus in hasta.

---

261 male ac *P* velut arce *ψc*: uolut ar///ce *V (una littera erasa est)*, noluit arce *M* (uolat *corr. m*), nolutarice *P* 263 Brachia *V*
r
266 ceuice *V* 268 alti *P* 269 iacta *Friesemannus l. l. p.* 98 trepidi *m*: trepida *VP* 270 rabidum *Friesemannus l. l. p.* 98
272 oeualia *VP* erigit *C* hasta *P*, oebalio — astu *Bon.*
273 ingentes *P* *fortasse* elusit nutibus *scripsi. cf. Stat. Theb.* VI 771: nubibus *VP*, effugit astibus *Eyssenhardtius l. l. p.* 388, effundi in nubibus *vel* offundi nubibus *Heinsius*, Vt vero ingentes effundi nubibus iras Ardoremque videt *Burmannus. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 446 274 fesso *prisca exemplaria Pii*: ferro *VPC* 275 Integer *C*: Integet *V*, Incitat *P* *in verbis quae sunt* et summos deducere caestus *aquam sibi haerere fatetur Burmannus ad v.* 298. *fortasse* detrudere. *cf. Stat. Theb.* VI 764 276 amici *V* 280 lapis has *P* haut *V* (h *post deletum*) Paeonas *c*: poenas *V*, paenas *P*, poeonas *Bon.*, Poenos *Ald.* 281 Dum *c* sedet *m i. marg.* grandiuus *M*

vix steterant, et iam ecce ruunt inflictaque late
terga sonant; nova vis iterum, nova corpora surgunt.
hunc pudor, hunc noto iam spes audentior hoste
instimulat. fumant crebro praecordia pulsu.
avia responsant gemitu iuga: pervigil ut cum
artifices rotat usque manus et fulmina Cyclops
prosubigit, pulsis strepitant incudibus urbes.
emicat hic dextramque parat dextramque minatur
Tyndarides; redit huc oculis et pondere Bebryx
sic ratus, ille autem celeri rapit ora sinistra.
conclamant socii et subitas dant gaudia voces.
illum insperata turbatum fraude furentemque
Oebalides prima refugit dum detonet ira,
territus ipse etiam adque ingentis conscius ausi.
saevit inops Amycus nullo discrimine sese
praecipitans, avidusque viri (respectat ovantes
quippe procul Minyas) caestuque elatus utroque
inruit. hos inter Pollux subit et trucis ultro
advolat ora viri: nec spes effecta, sed ambae
in pectus cecidere manus. hoc saevior ille
ecce iterum vacuas agit inconsulta per auras
bracchia. sentit enim Pollux rationis egentem,
dat genibus iunctis latus effusumque secutus

---

282 steterant *Pm*: sterant *V* iam *om.* *P* 285 instimulat *Ald. e*: Instimulant *VP* 287 artifices rotat usque *scripsi:* artificum notata. (.et) *V*, Artificum notata et *M*, Artificumque notata *Pψ*, Artificum notat ipse *C*, Artificumque rotata *Pius*, Artificum *vel* Fabriles movet Aetna *Heinsius*, Artificum revocata *vel* renovata *vel* Artificum novat ipse *Burmannus.* *cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 629 funera *P* 289 hac *P* dextraque *Pius*, laevamque *Heinsius* 290 bebrys *P* 291 Irritus *in priscis codicibus legi Pius adnotavit, probavit Heinsius* 293 furentem *P* 297 Praecipitans *m*: Praecipitant *V*, Preripiant *P* 298 *inter* Minyas *et* caestu *habent* tunc *VM (in M post deletum)* caestuque elatus *Heinsius*: caestu uelatus *VPc*, uallatus *esse qui scriberent Pius adnotavit.* *possis et* caestusque elatus utrosque 299 trucis *Pm*: truncis *V* 300 effeta *Cm*, defecta *vel* decepta *Heinsius*, expleta *Withofius* 301 In pectus *m*: Inspectus *V*, Inspectu *P* caecidere *V* 303 Brachia *V* enim sentit *P* enim] eum *Ald.* *fortasse* ubi

haud revocare gradum patitur, turbatque premitque
ancipitem crebros et liber congerit ictus
desuper averso; sonat omni vulnere vertex
inclinis ceditque malis. iam tempora manant
sanguineaeque latent aures, vitalia donec
vincula, qua primo cervix committitur artu,
solvit dextra gravis. labentem propulit heros
ac super insistens 'Pollux ego missus Amyclis
et Iove natus' ait, 'nomen mirantibus umbris
hoc referes, sic et memori noscere sepulchro.'

Bebrycas extemplo spargit fuga; nullus adempti
regis amor; montem celeres silvamque capessunt.
haec sors, haec Amycum tandem manus arcuit ausis
effera servantem Ponti loca vimque iuventae
continuam et magni sperantem tempora patris.
tenditur ille ingens hominum pavor arvaque late
occupat, annosi veluti si decidat olim
pars Erycis vel totus Athos; qua mole iacentis
ipse etiam expleri victor nequit, oraque longo
comminus optutu mirans tenet. at manus omnis
heroum densis certatim amplexibus urguent,
armaque ferre iuvat fessasque attollere palmas.

---

305 Haut (d above) *V* 306 liber] tergo *Heinsius* 307 aduerso *M*, *probavit Vossius* omnis *C* 308 Inclinus *P* ceditque malis *MC*: ceciditque malis *VPψ*, Inclinesque sedent malae *vel* Inclines cedunt malae *vel* Inclinesque crepant malae *vel* Inclines caedi malae *Heinsius*, Inclinisque cadit malis *vel* Inclinisque cadit: malis *Burmannus*, Inclinis: caedit malas *Slothouwer l. l. p.* 174 309 Sanguinaeque *V*, Sanguine quae *P* lateant *P* 310 arcu *Heinsius* 315 Bebryca septemplo *P* multus adempto Rege timor *vel* nullus adempto Rege ardor *Friesemannus l. l. p.* 99 316 celere *V* 317 amicum *V* arcuit *Heinsius*: arguit *VPc* ausi *Ald.* 322 qua] at *Heinsius*, quin *Burmannus* 324 at *Mc*: ad *V* 326 fessasque *M*: fessaque *V* ad tollere *M* Arma auferre iuvat fessasque exsolvere palmas *vel* urguens Carmine ferre iuvat festasque attollere palmas *Heinsius*, urguens Armaque ferre iubet *e. q. s. Burmannus*, caestusque exsolvere palmis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 410

'salve vera Iovis, vera o Iovis' undique 'proles'
ingeminant, 'o magnanimis memoranda palaestris
Taygeta et primi felix labor ille magistri!'
dumque ea dicta ferunt, tenues tamen ire cruores
siderea de fronte vident; nec sanguine Pollux
territus averso siccabat vulnera caestu.
illius excelsum ramis caput armaque Castor
inplicat et viridi conectit tempora lauro,
respiciensque ratem 'patriis' ait 'has precor oris,
diva, refer frondes eumque hac freta curre corona.'
dixerat. hinc valida caedunt armenta bipenni
perfusique sacro placati gurgitis amne
graminea sternuntur humo; tunc liba dapesque
frondibus adcumulant; exortia terga Laconi
praecipiunt pecudum. toto mox tempore mensae
laetus ovat nunc laude virum nunc vatis honoro
carmine, victori geminans cratera parenti.

Iamque dies auraeque vocant, rursusque capessunt
aequora, qua rigidos eructat Bosporos amnes.
illos, Nile, tuis nondum dea gentibus Io
transierat fluctus, unde haec data nomina ponto.
tum pius Oeagri claro de sanguine vates,
admonita genetrice, refert casusque locorum
Inachidosque vias pelagusque emensa iuvencae
exilia intentisque canit. 'videre priores
saepe Iovem in terras Argivaque regna Pelasgum

327 uora (o over a) *V* Salve, vera Iovis, salve Iovis, undique proles *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 301 328 magnaminis *V* palestris *V* 332 adverso *ψ* 333 altaque *Slothouwer l. l. p.* 174 335 conecti *V* 326 refer *ψ*: refers *V* feta *V* 337 Dixierat *V* 338 Perfusique *C*: Profusique *V* 339 dabesque *V* 340 Frondibus *M*: Frontibus *V* cxortia (s over x) *V* 341 nox — laeta sonat *Heinsius* 345 eructut (a over u) *V* bosphoros *V* 346 Nile tuis *ψ*: nil et uos *V*, nilaeis *m in marg.*, Nile tuos *c* 349 Admonitus *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 41 350 fugas *Heinsius* pelaegusque *V* 351 vidisse *ψ* 352 in *Heinsius*: *om.* *V*

virginis Iasiae blandos descendere ad ignes.
sentit Iuno dolos curaque accensa iugali
aethere desiluit; dominam Lyrceia tellns
antraque deprensae tremuerunt conscia culpae,
cum trepida Inachiae paelex subit ora iuvencae
sponte dei; plausn fovet hanc et pectora mulcet
Iuno renidenti cohibens suspiria vultu.
mox ita adorta Iovem: da quam modo ditibus Argis
campus alit primae referentem cornua Phoebes
indomitamque bovem, da carae munera nuptae.
ipsa ego dilectae pecudi iam pascua digna
praecipnosque legam fontes. qna fronte negaret,
aut qnos inventus finxisset Inppiter astus?
muneris illa potens custodem protinus Argum
adinngit; custos Argus placet, inscia somni
lumina non aliter toto cui vertice, quam si
Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro.
Argus et in scopulos et monstris horrida lustra
ignotas iubet ire vias heu mnlta morantem
conantemque preces inclusaqne pectore verba.
ultima tum patriae cedens dedit oscula ripae.
flevit Amymone, flerunt Messeides undae,
flevit et effusis revocans Hyperia lacertis.
illa ubi vel fessi tremerent erroribus artus,
vel rueret summo iam frigidus aethere vesper,

---

357 inachiae *M:* inachaiae *V* pelex *C* 358 huic *Heinsius* 359 reoidenti *V* 360 ita] et *Heinsius* 361 phocbes *V* 362 carae *M:* caraxe *V* munere *Bon.* 364 perspicuosque *Heinsius* fronte *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 128: fraude *Vc* 365 finxisset *Peerlkampus*: timuisset *Vc* aestus *C.* inventos timuisset Iupiter astus *ψ*, Aut quonam inventam *vel* invento renuisset Iuppiter astu *Heinsius*, Aut quos inventus movisset Iuppiter astus *vel* Aut quos intentos timuisset Iuppiter astus *Burmannus*, Aut quos inventos tenuisset Iuppiter astus *Muellerus d. r. m. p. L. p.* 392 368 toto] lucent *ψ* 369 Lida *V* maculaverat auro *Francius* 372 Cunctantemque *Heinsius* praeces *V* 374 aminomone *M* (amymone *correctum est*) Messeides *ψ*: messonidaes *V*, messoniades *M*, messenides *C* 375 reboans *Rutgersius var. lect.* III 1

heu quotiens saxo posuit latus! aut ubi longa
aegra siti, quos ore lacus, quae pabula carpsit!
verbere candentes quotiens exhorruit armos!
quin et ab excelso meditantem vertice saltus
audentemque mori valles citus egit in imas
Argus et arbitrio durus servavit erili:
cum subito Arcadio sonuit cava fistula ritu
imperiumque patris celerans Cyllenius ales
advenit et leni modulatur carmen avena,
'quoque' ait 'hinc diversus abis? heus respice .....
haud procul insectans Argum languentia cantu
lumina cuncta notat dulcesque sequentia somnos,
et celerem mediis in cantibus exigit harpen.
iamque refecta Iovi paulatim in imagine prisca
ibat agris Io victrix Iunonis, et ecce
cum facibus spirisque et Tartareo ululatu
Tisiphonen videt: ac primo vestigia visu
figit et in miserae rursus bovis ora recurrit,
nec qua valle memor, nec quo se vertice sistat.
Inachias errore etiam defertur ad undas
qualis et a prima quantum mutata iuvenca!
nec pater aut trepidae temptant accedere nymphae.
ergo iterum silvas, iterum petit invia retro
ceu Styga dilectum fugiens caput; inde per urbes

---

379 crapsit *V* 380 exorruit *V* 382 Ardentemque *Heinsius* 383 arbitriọ] *supra* ar *literas* ♃ *signum posuit V m. pr.* 384 subita *Heinsius* 386 carmina uena *V* 387 heus *Burmannus:* heu *Vc*, en *m* *lacunam significavi:* cantus *VC* 388 cantu *ψ*: *om. V*, claudi *m in marg.*, somno *C*, *quod Vossius probavit.* Haud procul inlectans Argum languentia somno *Heinsius*, *cui v.* 387 *suspectus videbatur et v.* 389 cantus *pro* somnos *reponendum.* heus respice. Cautus *vel* Cantu Haud procul insectans Argum languentia tandem Lumina cuncta notat *Burmannus.* labentia *pro* languentia *Francius* 392 Ibat *M:* Ibant *V* agrisio *M*, acrisio *m* 393 pyrisque *codex Burmanni et Ald.*, hydrisque *Bon. probante Peerlkampo ad Verg. Aen.* VII 514, pinnisque *Burmannus* 395 Figit *m:* Fugit *VC* 396 ualle *m:* uelle *Vc* nec quo se *ψ*: quo se *V*, quo sese *MC* 401 stiga *V*, stygịa *M* dilectam *V*

raptatur Graias adque ardua flumina ripis,
oblato donec paulum cunctata profundo
incidit: absistunt fluctus et gnara futuri
dant pavidae alta viam; celsis procul ipsa refulget
cornibus ac summa palearia sustinet unda.
ast Erebi virgo ditem volat aethere Memphin
praecipere et Pharia venientem pellere terra.
contra Nilus adest et toto gurgite torrens
Tisiphonen agit adque imis inlidit harenis
Ditis opem ac saevi clamantem numina regni.
apparent sparsaeque faces disiectaque longe
verbera et abruptis excussi crinibus hydri.
nec Iovis interea cessat manus. intonat alto
insurgens caelo genitor curamque fatetur,
atque ipsa imperium Iuno pavet. haec procul Io
spectat ab arce ... iam divis addita, iamque
aspide cincta comas et ovanti persona sistro.
Bosporon hinc veteres errantis nomine divae
vulgavere. iuvet nostros nunc ipsa labores
inmissisque ratem sua per freta provehat auris.'

Dixerat. et placidi tendebant carbasa venti.
postera non cassae Minyis Aurora retexit
noctis iter; nova cuncta vident Thyneaque iuxta
litora fatidici poenis horrentia Phinei.

---

402 Raptatur *C:* Raptatus *V*, Rapta furens *ψ*, Rapta agitur *Heinsius* 404 et *deletum est in M* gnara *ψe:* ignara *V* 405 pavidae *ψe:* pauida *V* 406 pelearia *V* 407 Ast Herebi *ψe:* A etherebi *V* 408 Praecipere ut *vel* Praeceps ut *vel* Praecipiti ut Pharia venientem pelleret ora *Friesemannus l. l. p.* 100 411 furvi *vel* Stygii *Heinsius* regni] Averni *Friesemannus l. l. p.* 101 416 haec] haud *Heinsius* 417 spectat *ψe:* Spectabat *V* *lacunam significavi:* poli *ψ*, Phari *e* 418 Spicis *Heinsius* cincta *m:* cuncta *V* 419 Bosphoron *V* 420 iubet *V* nostros *m:* nostro *V* 421 auris *Bentleius in epistola ad Burm. data l. l. p.* 560: euris *Ve* 423 minuis *V* 424 thineaque *M*, tynneaque *Bon.*, Thynneaque *Ald.*, Thynnaeaque *e* 425 pbynei *V*

dira deum summoque lues urguebat in aevo.
quippe neque extorrem tantum nec lucis egentem
insuper Harpyiae Typhoides, ira tonantis,
depopulant ipsoque dapes praedantur ab ore.
talia prodigia et tales pro crimine poenas
perpetitur. spes una seni, quod pellere saevam
quondam fata luem dederant Aquilone creatis.
ergo ubi iam Minyas certamque accedere Phineus
sentit opem, primas baculo defertur ad undas
vestigatque ratem atque oculos attollit inanes.
tunc tenuem spirans animam 'salve o mihi longum
expectata manus nostrisque' ait 'agnita votis.
novimus et divis geniti quibus et via iussos
quae ferat ac vestri rebar sic tempora cursus
proxima quaeque legens, quantum Vulcania Lemnos
traxerit, infelix tulerit quae Cyzicus arma.
sensi et Bebrycio supremam in litore pugnam
iam propior iamque hoc animam solamine mulcens.
non ego nunc, magno quod cretus Agenore Phineus,
aut memorem, mea quod vates insedit Apollo

---

426 Dira *Bon.:* Dura *VCAld.*, Ira *Friesemannus l. l. p.* 101 reum *Heinsius* summoque lues *ψ*: summoque suis *V*, summo quae vis *m*, summoque sui surgebat *C* in aevo] Olympo *Ald.* 427 aegentem *V* 428 Harpyiac Typhoides *C* (Harpyiae Typhonides *esse in codice suo in scholiis adfirmaverat Carrion*): yphoides arpyiae *V*, hyphoides arpyao *M*, typhonides harpyiae *Bon.*, Typhonides Harpyae iraque *Ald.* 432 Qondam *V* leucm *M (prius* e *deletum est)* dcderunt *Pius* 432 accedere *M:* accere *V* 434 baculo duce fertur *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 659 ad *M:* ab *V* 437 Expectata *M:* Expectat *V* uostrisque *M*: nostrique *V* uotis *M*: uobis *V (at ab utroque superioris* b *literae partis latere punctum posuit m. pr., quo* t *literam restituendam esse significatum videtur)*, vittis *Heinsius* 438 uia *m*: nia *V* 439 Quo *Bon.*, Qua *Heinsius* sic] prope *idem. Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 690 *locum dicit esse difficilem ac fortasse corruptum* 440 leges *V* 441 cizicus *i. ras. scr. V m. sec.* 442 Sensi et *m i. marg.*: Sentiet *V* 443 propius *Heinsius* animum *idem* solamine *m*: solamina *V* mulcens] cens *i. ras. scr. V m. sec.* 444 Phineus] us *i. ras. scr. V m. sec.*

pectora; praesentis potius miserescite fati.
nec mihi diversis erratum casibus orbem
amissas aut flere domos aut dulcia tempus
lumina; consuetis serum est ex ordine fatis
ingemere. Harpyiae semper mea pabula servant,
fallere quas nusquam misero locus: ilicet omnes
deveniunt niger intorto ceu turbine nimbus,
iamque alis procul et sonitu mihi nota Celaeno;
diripiunt verruntque dapes foedataque turbant
pocula, saevit odor surgitque miserrima pugna,
parque mihi monstrisque fames. sprevere quod omnes
pollueruntque manu quodque unguibus excidit atris
has mihi fert in luce moras. nec rumpere fata
morte licet; trahitur victu crudelis egestas.
sed vos o servate precor, praedicta deorum
si non falsa mihi, vos finem inponite poenis.
nempe adsunt, qui monstra fugent, Aquilonia proles
non externa mihi; nam rex ego divitis Hebri
iunctaque vestra meo quondam Cleopatra cubili.'

Nomen ad Actaeae Calais Zetesque sororis
prosiliunt, Zetesque prior 'quem cernimus?' inquit.
'tune ille Odrysiae Phineus rex inclitus orae?
tu Phoebi comes et nostro dilecte parenti?
o ubi nunc regni generisque ubi gloria? quam te
exedit labor et miseris festina senectus!
quin age mitte preces; namque est tibi nostra voluntas,
si non ira deum, vel si placabilis urguet.'

---

449 serum est *Gronovius observ.* I 18: rerum est *V*, serum ire *Burmannus* 451 nunquam *C* 452 in toto *C* nimbus *ψ*: nimbo *VC* 453 caeleno *V* 454 velluntque *vel* vorantque *Heinsius* 455 saevit] fragat *Bon.*, flagrat *Ald.* 456 monstris *M* 457 manus *C* atris *in priscis codicibus extare Pius adfirmavit*: auris *V*, uncis *mBon.* 459 aegestas *V* 460 o servate *Heinsius*: obseruate *Vc* 463 externa *m*: hesterna *V* 464 cubili *M*: cubile *V* 465 aeteae *V*, acteae *M* 467 Phineu *Heinsius* ore *V* 469 Heu ubi *Heinsius* quantae *M* (quam te *corr. m*) 471 et tibi *vel* en tibi *Heinsius* 472 coelo inplacabilis *Heinsius* placabilis urget *M*: placibili surgit *V*

sustulit hic geminas Phineus ad sidera palmas,
'teque' ait 'iniusti, quae nunc premis, ira tonantis
ante precor, nostrae tandem iam parce senectae;
sit modus: et fore credo equidem; nam vestra voluntas
quid, iuvenes, sine pace deum? nec credite culpam
saevitiae scelerumve mihi nunc crimina pendi;
fata loquax mentemque Iovis quaeque abdita solus
consilia et terris subito ventura parabat
prodideram miserans hominum genus; hinc mihi tanta
pestis et offusae media inter dicta tenebrae.
iam tandem cessere irae; nec casus, ab alto
ipse volens nostris sed vos deus appulit oris.'
sic ait et, fatis ita iam cedentibus, omnes
inpulit et durae commovit imagine poenae.
instituere toros mediisque tapetibus ipsum
accipiunt circumque iacent; simul aequora servant
astra simul, vescique iubent ac mittere curas:
cum subitus misero tremor et pallentia primae
ora senis fugere manus. nec prodita pestis
ante, sed in mediis dapibus videre volucres.
fragrat acerbus odor patriique expirat Averni
halitus; unum omnes incessere planctibus, unum
infestare manus; inhiat Cocytia nubes
luxurians ipsoque ferens fastidia visu.

---

474 nunc] me *c* premis ira *Bon.*: praemisera *V*, premit ira *M Ald.* 475 Parce, precor *Balbus et Heinsius*, *qui et* Iam precor o *proposuit*. Tauta, precor *Burmannus*, *ut* tanta *ad* ira *referatur*. tandem] finem *Pius*, *ut pendeat ab* ante 477 quid *cum Balbo Heinsius*: Quod *Vc*, quo *Gronovius observ.* IV 21 *et Vossius*. nec vestra voluntas, O iuvenes, sine pace deum *Casaubonus teste Burmanno*
481 Prodideram *ψ*: Prodiderat *V* 482 offusae *Gronovius l. l.*: effusae *V* media *ψ*: mediae *V* 484 uolans *m* 485 iam iam *Heinsius* 486 dirae *Heinsius* 487 Instravere *Heinsius* thoros *V*
489 ac mittere *ψ*: admittere *V*, dmittere *M* 492 uidére *V*
493 Fragrat acerbus *Ald.*: Fraglata ceruus *V*, Flagrat acerbius *M* (i *post deletum*) patriique *Mc*: patrique *V*, patrisque *ψ* 495 cocytia nubes *in ras. scr. V m. sec.* 495 Luxorians *V* fastidia uisu *in ras. scr. V m. sec.*

tum sola conluvie adque inlisis stramina mensis
foeda rigant; stridunt alae, praedaque retenta
saevit utrimque fames; nec solum horrenda Celaeno
Phinea, sed miseras etiam prohibere sorores.
emicat hic subito seseque Aquilonia proles
cum clamore levat, genitor simul inpulit alas.
hoste novo turbata lues lapsaeque rapinae
faucibus, et primum pavidae Phineia tecta
pervolitant, mox alta petunt; stant litore fixi
Haemonidae adque oculis palantia monstra secuntur.
sic ubi prorupti tonuit cum forte Vesaevi
Hesperiae letalis apex, vixdum ignea montem
torsit hiemps, iamque eoas cinis induit urbes;
turbine sic rapido populos adque aequora longe
transabeunt, nullaque datur considere terra.
iamque et ad Ionii metas adque intima tendunt
saxa; vocat magni Strophadas nunc incola ponti.
hic fessae letique metu propioris anhelae
dum trepidant humilique graves timidoque volatu
inplorant clamore patrem Typhona nefando,
extulit adsurgens noctem pater imaque summis
miscuit, et mediis vox exaudita tenebris.
'iam satis huc pepulisse deas. cur tenditis ultra
in famulas saevire Iovis, quas, fulmina quamquam
aegidaque ille gerens, magnas sibi legit in iras?'
nunc quoque Agenoreis idem decedere tectis
imperat; adgnoscunt monitus iussaequo recedunt.
mox tamen et vobis similis fuga, cum premet arcus

497 conluuiae *V*, coluuiae *M* (colluuiae *corr. m*) inlisis *Maserius*: inlusis *V*, inclusis *m*, illusis *c* 499 utrumque *M* (utrinque *corr. m*) caelaeno *V* 503 rapinae *Pius c*: ruinae *V* 506 secuntur *M*: sequntur *V* 507 atque ut *fortasse scribendum* 508 Haesperiae *V* laetalis *V* 509 aeoas *C*, Aeaeas *Pius* intuit *V* orbes *M* 510 rapido *CBon.*: rabido *VAld.* 511 terrae *M*: terrae *V* 513 uocant *M. idem in V legi adfirmat Heinsius* 514 loetique *V*, loeti *M* proprioris *V* 516 pa^r^tem *V* tiphona *V* 520 seuire *V* 524 similis *Cm*: similes *V* comprimet *C* arcus *Gronovius observ.* I 18: argos *VCψ*

letifer. Harpyiae numquam non pabula quaerent,
donec erunt divum meritae mortalibus irae.'
haesit uterque polo dubiisque elanguit alis;
mox abit et sociae victor petit agmina puppis.

Interea Minyae pulsa lue prima tonanti
sacra novant; tum vina toris epulasque reponunt.
ipse inter medios ceu dulcis imagine somni
laetus ad oblitae Cereris suspirat honores;
adgnoscit Bacchi latices adgnoscit et undam
et nova non pavidae miratur gaudia mensae.
hunc ubi reclinem stratis et pace fruentem
aspicit ac longae ducentem oblivia poenae,
talibus appellat supplexque ita fatur Iason:
'vota, senex, perfecta tibi; nunc me quoque curis
eripe et ad nostros animum converte labores.
omnis adhuc sors laeta quidem, nec numine vano
(siqua fides curae superum) tantum aequor adorti
tendimus; ipsa mihi puppem Iovis optima proles
instituit, dedit et socios Saturnia reges.
fidere mens sed nostra nequit, quantumque propinquat
Phasis et ille operum summus labor, hoc magis angunt
proxima, nec vates sat iam mihi Mopsus et Idmon.'
ille ducem nec ferre preces nec dicere passus

---

525 Laetifera *C.* Argos letifera *probat Vossius* numquam non *Wagnerus:* numquam noua *VC.* Harpyiis numquam nova pabula deerunt *Marklandus ad Stat. silv.* IV 1. 9. '*quae sequuntur post* τὸ letifer *versu uno alteroque penitus videntur frigescere, ac proinde admodum suspecta sunt*' *Heinsius.* '*versum* 526 *spurium puto, cum neque latinus sit et a monacho quodam ex loco communi de vindicta divina prolatus videatur.*' *Burmannus* 527 Cessit uterque polo dubiisque relanguit alis *Heinsius* 528 pubis *idem* 529 pulsa lue *ψc*: pulsaue *V* 530 uina *M:* uena *V. olim coniceceram* vela aepulasque *V*, aepulsasque *M* (a *prius deletum*) 531 ceu *ψ*: seu *V* dulcis *m:* ducis *V* 532 Lusus *Heinsius* honorem *Francius* 533 agnoscit (et) *V* 535 fruentem *m:* furentem *V* 536 ac longae *m:* alonge *V*, a longae *M* 540 leta *V* laevo *Heinsius* 543 sociosque dedit *ψc* 544 nostra] caeca *c* quantoque *Heinsius* 545 rhoc *V* 546 vatis *Heinsius* 548 eapescit *V*

amplius, hic demum vittas laurumque capessit
numina nota ciens. stupet Aesonis inclita proles
Phinea ceu numquam poenis nullaque gravatum
peste Iovis: tam largus honos, tam mira senectae
maiestas infusa; vigor novus auxerat artus.
tum canit. 'o terras fama venture per omnes,
quem sociis ducibusque deis adque arte benigna
Pallados ipse ultro Pelias ad sidera tollit,
demens, dum profugi non sperat vellera Phrixi,
fata locosque tibi, possum quas reddere grates,
expediam rerumque vias finemque docebo.
ipse etiam, qui me prohibet sua pandere terris
saecula, te propter fandi mihi Iuppiter auctor.
hinc iter ad Ponti caput errantesque per altum
Cyaneas. furor his medio concurrere ponto,
necdum ullas videre rates: sua comminus actae
saxa premunt cautesque suas. ceu vincula mundi
ima labent, tremere ecce solum, tremere ipsa reponte
tecta vides; illae redeunt, illae aequore certant.
di tibi progresso propius, di forsitan ipsi
auxilium mentemque dabunt. ast ipse iuvare
ausa quibus monitis possim tua? quippe per altum
tenditis, unde procul venti, procul unde volucres,
et pater ipse maris pavidas detorquet habenas.
siqua brevis scopulis fieret mora, si semel orsis
ulla quies, fuga tunc medio properanda recursu.
vix repetunt primae celeres confinia terrae,

---

550 ceu *Ald.*: ce *V*, te *M* 551 tam *C*: iam *V*, sic *ψ* tam mira *C*: tamira *V* 552 nigor *M* (vigor *corr. m*) 553 venture *ψ*: uentura *V* 557 grates] gentes *Bon.* 562 his *ψc*: hic *V* 563 ullas *ψc*: illas *V* 564 suas] cavas *Heinsius* ceu *Heinsius*: cum *V*, tunc *Friesemannus l. l. p.* 102 565 labent *Heinsius*: labant *V* 566 aequore *ψc*: aequora *V* 568 iuvabo *et* 569 possum *non nullos scribere adnotavit Pius* 570 venti] nautae *Slothouwer l. l. p.* 174 572 fuerit *C* 573 properanda *m*: peranda *V*, patranda *C*, raptanda *Heinsius*. *M quid a prima manu habuerit cognoscere non potui* recessu *Heinsius* 574 celeres *ψ*: celeris *V*

iamque alio clamore ruont, omnisque tenetur
pontus et infestis anceps cum montibus errat.
verum animo redit illa meo sors cognita divum:
(fabor enim nec spe dubios solabor inani)
cum mihi Tartareas saevo clangore volucres
protulit ira Iovis, vox haec simul excidit auris:
ne vanas inpende preces finemque malorum
expete, Agenoride; pontum penetraverit ulla
cum ratis et rabidi steterint in gurgite montes,
tunc sperare modum poenae veniamque licebit.
sic deus. aut vobis ergo fera saxa patescunt,
aut mea iam saevae redeunt ad pabula Dirae.
verum inter medias dabitur si currere cautes,
(certe digna manus) vacuumque exibis in aequor,
proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris
Bebryciis: toto non ullus litore Ponti
mitior. hic lecto comitum de robore siquem
perculerit vicina lues, ne defice casus
praedicti memor, adque animos accinge futuris.
illic pestiferas subter iuga concava torquet
alter aquas Acheron vastoque exundat hiatu
fumeus et saeva sequitur caligine campos:

---

575 *forte* movetur 578 Fabor *m:* Fauor *V* 580 exiit *C* auris *Lachmannus ad Lucr.* V 608: aures *VC*, incidit aures *Bon.*, attigit aures *Carrion*, accidit aures *Gifanius probante Heinsio* 581 Nec *M* impendere *M* (re *post deletum*) 582 agnoride *V* 583 rapidi *C*, rapti *vel* rapido steterunt *Francius* 585 si *M* per saxa *VM* (per *post del. in M*) 586 saeue *V*, suetae *Heinsius*, foedae *Burmannus* 587 sic *ψ*. '*forte* dabitur tibi *vel* dabitur; scio, currere cautes. *pro* certe *versu proximo forte* fer te. *nisi totus locus ita sit constituendus* Verum inter medias (dabitur sio currere) cautes Fer te digna manus.' *Heinsius*. Verum inter medias dabitur si currere cautes, Certe haec digua manus, uacuum quae exibit in aequor. *Burmannus*. Certe haeo digna manus *non displicet* 592 nec opina *vel* violenta *Heinsius* defice *ψc:* defece *V*, desere *m* 593 Praedicta *M* (Praedicti *corr. m*) accinge *M:* accingere *V* futuris *ψ*: futuros *V*, futuro *Heinsius* 595 Ater *C* 596 Spumeus *Heinsius* furva *vel* picea *idem*, cacca *Burmannus* tegitur (— campus) *idem* campus *Bon. c*

linque gravem fluvium et miseris sua fata colonis.
sic quoque non uno dabitur transcurrere luctu.
quid tibi nubifera surgentem rupe Carambin,
quid memorem, quas Iris aquas aut torqueat Ancon?
proxima Thermodon hic iam secat arva: memento.
inclita Amazonidum magnoque exorta Gradivo
gens ibi; femineas nec tu nunc crede catervas,
sed qualis, sed quanta viris insultat Enyo
divaque Gorgonei gestatrix innuba monstri.
ne tibi tunc horrenda rapax ad litora puppem
ventus agat, ludo volitans cum turma superbo
pulvereis exultat equis ululataque tellus
intremit et pugnas mota pater incitat hasta.
non ita sit metuenda tibi saevissima quamquam
gens Chalybum, duris patiens cui cultus in arvis
et tonat adflicta semper domus ignea massa.
inde omnem innumeri reges per litoris oram,
hospitii quis nulla fides; sed limite recto
puppis et aequali transcurrat carbasus aura.
sic demum rapidi venies ad Phasidis amnem.
castra ibi iam Scythiae fraternaque surgit Erinys.
ipse truces illic Colchos hostemque iuvabis
auxiliis. nec plura equidem discrimina cerno.
fors etiam optatam dabitur contingere pellem.
sed te non animis nec solis viribus aequom
credere; saepe acri potior prudentia dextra.
quam tulerit deus, arripe opem. iamque ultima nobis

---

598 Hic *Heinsius* quque *V* 599 carambī *M*: carambi *V* 600 aut] quas *C* Ancon *C*: ancom *V*, acon *M* 601 Thermodum *M*, Thermodoon *Cm* *aut* secet *aut* fluento *Heinsius* 603 ubi *Heinsius* femineam *M* (femineas *corr. m*) 604 sed quanta *Pius*: et quanta *Vc* 606 Nec *M ψ* tunc *Bon.*: nunc *Vc* 608 pulsataque *Fricsemannus l. l. p.* 102 611 victus *Heinsius* 612 a flicta *Heinsius* 614 limite *Pius c*: limine *V* 615 caruasus *V* 616 pasidis *V* 617 erynis *V* 618 cholchos *V* 620 obtatam *V*, auratam *Francius* 622 textra *V* saepe — 623 opem *habet Parisinus* 7647 accipe *m*

promere fata nefas; sileo et precor.' adque ita facto
fine dedit tacitis iterum responsa tenebris.

Tum subita resides socios formidine Iason
praecipitat rumpitque moras tempusque timendi.
ipse viros gradiens ad primi litoris undam
prosequitur Phineus. 'quaenam tibi praemia' dixit
'quas, decus o Boreae, possim persolvere grates?
me Pangaea super rursus iuga meque paterna
stare Tyro dulcesque iterum mihi surgere soles
nunc reor. exactae verumne abiere volucres?
nec metuam tutaeque dapes? date tangere vultus,
dem sinite amplexus, propiusque accedite dextrae.'
dixerat. abscedunt terris et litora condunt.

Omnibus extemplo saeva sub imagine rupes
Cyaneae propiorque labor, quando adfore quaque
parte putent; stant ora metu nec fessa recedunt
lumina diversas circum servantibus undas,
cum procul auditi sonitus insanaque saxa.
saxa neque illa viris, sed praecipitata profundo
siderei pars visa poli. dumque ocius instant
ferre fugam, maria ante ratem, maria ipsa repente
diffugere adversosque vident discedere montes,
omnibus et gelida rapti formidine remi.
ipse per arma volans et per iuga summa carinae
hortatur supplexque manus intendit Iason
nomine quemque premens. 'ubi nunc promissa superba

---

624 et *C: om. Vψ* 625 tegit *Burmannus* iter ac *Pii codices emendati* 630 genus *Francius* possim *Heinsius:* possem *Vc* 631 pangea *V* 633 nam vere *C* 635 dem sinite *Heinsius:* Desinite *VAld.c*, Et sinite *Bon.* 638 propiorque *m:* propior *V* quaeque *M* 639 *post* putent *distinctionem vult tolli Burmannus* 641 auditi *Ald.:* auditis *V*, auditus *MBon.*, auditur *C*, audiri *non nullos scripsisse Maserius testis est* 643 instant *Ald.c:* instat *VBon.* 644 ferre fugam *ad* maria *refert Burmannus* 645 Diffugere *C:* Defigere *V*, Deiicere *Bon.*, Disiicere *Ald.*, Deficere *Burmannus* aversosque *Sabellicus* discedere *idem:* descendere *Vψc* 646 egelida *Vossius*, e gelida *vel* en gelida *Heinsius* lapsi *Georgius Graevius*

ingentesque minae, mecum quibus ista secuti?
idem Amyci mentes viso timor omnibus antro
perculerat; stetimus tamen et deus adfuit ausis.
quin iterum idem aderit, credo, deus.' haec ubi fatus,
corripit abiecti remumque locumque Phaleri
et trahit; insequitur flammata pudore iuventus.
unda laborantes praeceps rotat ac fuga ponti
obvia; miscentur rupes, iamque aequore toto
Cyaneae iuga praecipites inlisa remittunt.
bis fragor infestas cautes adversaque saxis
saxa dedit, flamma expresso bis fulsit in imbri.
sic ubi multifidus ruptis e nubibus horror
effugit et tenebras nimbosque intermicat ignis
terrificique ruunt tonitrus elisaque noctem
lux dirimit, pavor ora virum, pavor occupat aures.
haud secus implevit pontum fragor; effluit imber
spumeus et magno puppem procul aequore vestit.

Advertere dei defixaque numina ponto,
quid scopulis praeclusa ratis, quid dura iuventus
expediat; pendet magnis favor ortus ab ausis.
prima coruscanti signum dedit aegide virgo
fulmineam iaculata facem. vixdum ardua cautes
cesserat, illa volans tenui per concita saxa
luce fugit; rediere viris animique manusque,
ut videre viam. 'sequor, o quicumque deorum,'
Aesonides, 'vel fallor,' ait, praecepsque fragores
per medios ruit et fumo se condidit atro.
coeperat hinc cedens abductis montibus unda

---

651 Amyci] animos *Ald.* mentes *Heinsius*: certe *VCψ*. Idem animos Amyci *Graevius* 652 Pe^r^culerat *V* 654 abiecti] Actaei *Heinsius* 657 cumque *Wagnerus* torto *Heinsius*, moto *Burmannus* 664 artus *Friesemannus l. l. p.* 102 667 deae *Burmannus* lumina *m* 673 rediere *Bon.*: cecidere *VCAld.* 675 fallor *C Sabellicus*: fallit *V*, fallis *m*. nec fallor *Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 701 676 fumo *C*: fuso *Vψ* a^n^tro *M*, antro *ψ* 677 hinc cedens *Heinsius*: incendens *V*, incedens *C*, intendens *Bon.*, incumbens *Ald.* abductis *Ald. c*: adductis *VBon.*

ferre ratem pelagoque dies occurrere aperto.
sed neque permissis iam fundere rector habenis
vela, nec eniti remis pote: cum super adsunt
Cyaneae; premit umbra ratem scopulique feruntur
comminus. hic Iuno praecepsque ex aethere Pallas
insiliunt pariter scopulos: hunc nata coercet,
hunc coniunx Iovis; ut valido qui robore tauros
sub iuga et invito detorquet in ilia cornu.
inde, velut mixtas Vulcanius ardor ahenis
verset aquas, sic ima fremunt, fluctuque coacto
angitur et clausum scopulos super effluit aequor.
contra omnes validis tenui discrimine remis
pergere iter mediosque ratem transferre per ictus;
saxa sed extremis tamen increpuere corymbis,
parsque (nefas) deprensa iugis; nam cetera caelo
debita. conclamant Minyae, latera utraque quippe
dissiluisse putant. fugit ipse novissimus ictus
Tiphys et e mediis sequitur freta rapta ruinis;
nec prius obsessum scopulis respexit ad aequor,
aut sociis temptata quies, nigrantia quam iam
litora longinquique exirent flumina Rhebae.
tunc fessas posuere manus, tunc arida anheli
pectora; discussa quales formidine Averni
Alcides Theseusque comes pallentia iungunt
oscula, vix primas amplexi luminis oras.

Nec vero ipse metus curasque resolvere ductor,
sed maria aspectans 'heu qui datus iste deorum

---

679 fandere *M*, pandere *m* 680 pete *M* 681 praemit *V* 682 Iuno *ψc*: *om. V* 684 co^{n}iux *V* 685 *forte* invitum in illada *non nullos scripsisse Pius testis est.* in avia *vel* herilia *Heinsius* 686 mixtas — ahenis *Heinsius*: mixtis — harenis *Vc*, mixtis — ahenis *Sabellicus* 687 unda fremit *Ald.* 688 scopulo *c* effugit *Heinsius* 690 ictos *V* 694 Disiluisse *V* 695 Typhis *V* e *om. M*, en *m* 698 longinqui quae *V* Rhebae *Bon.*: phoebi *V*, Rhebi *CAld.*, Rhesi *Vossius. cf. Plin. nat. hist.* VI 3 702 primas — oras *ψ*: primis — oris *VC* 704 quis *c*

sorte labor nobis? serum ut veniamus ad amnem
Phasidis et mites' inquit 'dent vellera Colchi,
unde per hos iterum montes fuga?' talia fundit,
imperio fixos Iovis aeternumque revinctos
nescius. id fati certa nam lege manebat,
siqua per hos undis umquam ratis isset apertis.

Tum freta, quae longis fuerant inpervia saeclis,
ad subitam stupuere ratem, Pontique iacentis
omne solum regesque patent gentesque repostae.
non alibi effusis cesserunt longius undis
litora, nec tantas quamvis Tyrrhenus et Aegon
volvat aquas, geminis nec desint Syrtibus undae.
nam super huc vastos tellus quoque congerit amnes.
non septemgemini memorem quas exitus Histri,
quas Tanais flavusque Tyres Hypanisque Melasque
addat opes, quantosque sinus Maeotia laxent
aequora. flumineo sic agmine fregit amari
vim salis hinc Boreae cedens glaciantibus auris
Pontus et exorta facilis concrescere bruma.
utque vel inmotos ursae rigor invenit amnes,

---

705 nobis? vernm *vel* nobis rerum? *Burmannus.* 708 fixos *Bon.*: fixus *V Ald.* revinctus *Ald.* 709 id *Heinsius*: et *Vc* manebat *Ald. Heinsius:* maneba.t (.n) *V*, manebamt *M* (manebant *correctum est*), manebant *Bon. e* 712 stupnere ratem *M*: stuperatem *V* tacentis *Friesemannus l. l. p.* 103 715 tantas] parvas *Ioannes Columbus*, iunctas *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 78 quamvis *corruptum est.* gurges *Clerquius van Iever observ. sel. p.* 53, amnis *Adr. van Dorp observ. p.* 81, quantus *Slothouwer l. l. p.* 175 thyrrenus *V* Aegan *Vossius* 716 Volvit *censor editionis Harlesianae l. l. p.* 267 nec *I. Columbus*: et *Vψc*, ut *cum Heinsio Slothouwer* desunt *cens. edit. Harl.* et desint — actae *Iacobsius* 717 Insuper huc *Heinsius*, Nam supera huc *Burmannus.* Num supra huc vastos tellus qnos congerat amnes Num septemgemini *e. q. s. Slothouwer l. l. p.* 176 *coll. Verg. Georg.* II 159 719 flavusque *ψe*: fluusque *V*, fluuiusque *M*, refluusque *Heinsius* Tyres *in codicibus se legisse adfirmavit Maserius*: lyces *Vc*, Lycus *Vossius*, Cales *Heinsius* Melasque *C*: nouasque *V*, Nomasqne *ψ*, Boasque *Wagnerus* 721 fregit *ψ*: regit *V*, frangit *c* 722 glacialibus *C* 724 invenit *ex mirandae vetustatis exemplari Pius c*: inueniat *V*, inuehat *M*, innovat *vel* induit *vel* incubat *Heinsius*

vel freta versa vadis, hiemem sic unda per omnem
aut campo iacet, aut tumido riget ardua fluctu,
atque hac Europam curvis anfractibus urguet,
hac Asiam Scythicum specie sinuatus in arcum.
illic umbrosae semper stant aequore nubes
et non certa dies, primo nec sole profundum
solvitur aut vernis cum lux aequata tenebris,
sed redit extremo tandem in sua litora tauro.

Iam Mariandynis advertit puppis harenis,
adque celer terras regemque exquirit Echion
dicta ferens, lectos (fama est si nominis umquam)
Haemoniae subiisse viros, det litora fessis.
adproperat Lycus auditis laetatus Achivis,
ac simul Aesoniden omnemque in regia turbam
tecta trahit modo Bebryciis praefixa tropaeis,
mitis et in mediis effatur talia Grais:
'haud temere est: fato divum reor ad mea vectos
litora vos, odium quibus adque eadem ira furentis
Bebryciae saevaque pares de gente triumphi.
certa fides animis, idem quibus incidit hostis.
nos quoque, nos Amycum, tanto procul orbe remoti,
sensimus et saevis frater mihi fusus harenis.
ultor ego, atque illuc cunctis accensus in armis
tunc aderam, cum vos mediis contenta ferebant
vela fretis. illum in sanie taboque recenti
vidimus aequoreo similem per litora monstro.

725 mersa *Pius* hiemiem *V* 726 Vt campus *vel* Par campo *Heinsius* rigat *C* 727 urguet *Heinsius*: anguet *V*, angit *m*, auget *C* 728 Hac *ψ*: Huc *V* Scythici speciem — arcus *Francius* 729 umbroso *Heinsius* 733 mariandinis *VC*, minyas diris *ψ* 734 At celer in terras ad regem excurrit Echion *Heinsius* 735 umquam] undam *Heinsius* *verba quae sunt* fama — umquam *interclusa esse vidit Peerlkampus ad Verg. Aen.* II 81 736 Haemoniade *M*, Haemonii *ψ* venisse *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 119 737 Approperat *C* 739 trophaeis *V* 742 eadem ira *C Sabellicus*: adea mira *V*, eadem mira *Bon.*, ea cura *Ald.* 744 *habet Parisinus* 7647 745 haud procul *Burmannus* 746 lusus *ψ* 749 saniae *V* 750 monsto (r *superscript*) *V*

nec vero praerepta mihi suprema tyranni
fata queror bellove magis laetarer et armis
procubuisse meis, quam lege quod occidit ultus
ipse sua meritoque madent quod sanguine caestus'
excipit Aesonides 'tuus ergo in montibus ignis
ille? tuas acies medio de gurgite vidi?'
fatur, et ostentans prolem Iovis 'hic tibi Pollux
en' ait, 'inviso solvit cui pectore poenas.'
ille virum circa mirantia lumina volvit.
festa dehinc mediis ineunt convivia tectis
communesque vocant superos, quorum eruta nutu
Bebrycia, et votis pariter praedaque fruuntur.

---

751 praecepta *M (idem in V esse Heinsius adfirmavit)* 753 ultus *Cm*: uultus *V* 754 quod sanguine *M*: qđg.. guine *V (duarum literarum spatio relicto)* 758 inciso *Bulaeus*, inliso *vel* eliso *Columbus* cui *Ald.*: qui *VBon.* 762 praedaque *ψ*: praeda *V*, cum praedia *M*

GAI . VALERI . FLACCI . SETINI LIB. IIII EXPLICIT; INCIPIT QVINTVS VTERE BONO TVO FELICITER . > *V*, GAII VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . LIBER . QVARTVS . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . QVINTVS. *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER QVINTVS.

Altera lux haud laeta viris emersit Olympo:
Argolicus morbis fatisque rapacibus Idmon
labitur extremi sibi tum non inscius aevi.
at memor Aesonides nimium iam vera locuti
Phineos hinc alios rapto pavet Idmone luctus.
tum comiti pia iusta tulit caelataque multa
arte Dolionii donat velamina regis,
hospes humum sedemque Lycus. flens arma revellit
Idmonis e celsa Mopsus rate; robora caedunt
pars silvis portantque arae; pars auguris alba
fronde caput vittisque ligant, positumque feretro
congemuere; dies simul et suus admonet omnes.

Ecce inter lacrimas interque extrema virorum
munera, quem cursus penes imperiumque carinae,
Tiphyn agit violenta lues, cunctique pavore
attoniti fundunt maestas ad sidera voces.
'arquipotens adverte, precor, nunc denique Apollo;
hoc, pater, hoc nobis refove caput, ulla laboris
si nostri te cura movet, qui cardine summo
vertitur adque omnis manibus nunc pendet ab unis.'
dicta dabant ventis nec debita fata movebant.

---

3 tum non] non tamen *Heinsius* 5 rapto *m*: rapta *V* 6 Tun *V* celataque *V* 9 ratae *V* cedunt *V* 10 pyrae *Heinsius* 11 caput *ψc*: *om.* *V* 14 carinae *M*: carina *V* 16 ad sidera *M*: asidera *V* 17 averte *Burmannus*

qualem praecipiti gravidum iam sorte parentem
natorum flet parva manus trepidique precantur,
duret ut invalidis et adhuc genitoris egenis;
haut aliter socii supremo in tempore Tiphyn
ante alios superesse volunt. mors frigida contra
urguet, et ille recens oculis intervolat Idmon.
exanimum frustra Minyae clamore morantur
avellique negant; vix membra rigentia tandem
inposuere rogo lacrimasque et munera flammis
vana ferunt; crescit donis feralis acervus.
ut vero amplexus fessi rupere supremos
et rapidae sonuere faces, tunc ipsa cremari
visa ratis medioque viros deponere ponto.
non tulit Aesonius geminis flagrantia cernens
corpora cara rogis, sed pectore ductor ab imo
talia voce gemit: 'quid tantum infensa repente
numina? quas nostri poenas meruere labores?
bina (nefas) tuto pariter mihi funera surgunt
litore. magna adeo comitum numerosaque pubes?
aut socios rapit atra dies, aut ipse relinquo
sontibus inpulsus Furiis. ubi Tiphys? ubi Idmon
fata canens? ubi monstriferae par ille novercae?
te sine, Thespiade, nos ulla movebimus ultra
aequora? nec summa speculantem puppe videbo
Pleiadumque globos et agentes noctibus Arctos?
cui Minyas caramque ratem, cui sidera tradis?
carpere securas quis iam iubet Aesona noctes?
hoc labor, hoc dulci totiens fraudata sopore

---

22 morte *Heinsius* Qualem praecipiti raptatum morte *vel* Qualiter ancipiti gravidatum sorte *Friesemannus l. l. p.* 104 25 funere *C* tiphin *V* 26 vovent *Heinsius* 28 myniae *V* 32 moesti *Burmannus* 35 Aesonius *M:* Aesonidus *V*, Aesonides *ψ*. *cf.* VI 429 *sq.* fraglantia *V* 36 sed ducta pectore ab imo *Friesemannus l. l. p.* 105 *servans v.* 35 Aesonides 37 uoce *M:* uoces *V* 39 tuto *Sabellicus:* toto *VCψ* surgunt *m:* surgent *V* 41 relinquor *C* 42 impulsis *m* Furiis. ubi Tiphys *ψc:* funis subit iphys *V*, subit iphys *M* 46 choros *Heinsius* egeutes fluctibus *Heinsius* 47 Cui minyas *M:* Cyminyas *V* 48 quid iam iuvet *Heinsius*

lumina et admotis nimium mens anxia Colchis
profuit? heu quantum Phasis, quantum Aea recessit!
nunc quoque, si tenui superant in imagine curae,
adsis umbra, precor, venturi praescia caeli,
rectoremque tuae moneas ratis.' haec ubi fatus,
sola virum flammis vidit labentibus ossa.
'quod tamen externis unum solamen in oris
restat' ait, 'caras humus haec non dividat umbras
ossaque nec tumulo nec separe contegat urna,
sed simul, ut iunctis venistis in aequora fatis.'
haud mora: reliquias socii defletaque miscent
nomina. tum vivo frondens e cespite tellus
aggeritur, cineremque Lyco commendat Iason.

Maesti omnes dubiique, ratem fidissima cuius
dextra regat; simul Ancaeus sollersque petebat
Nauplius. Erginum fato vocat ipsa monenti
quercus, et ad tonsas victi rediere magistri.
ac velut ille, gregis cessit cui regia, taurus
fertur ovans; hunc omnis honos, hunc omnis in unum
transit amor; primo laetus sic tempore rector
ingreditur cursus; etenim dat candida certam
nox Helicen. iam prora fretum commoverat et iam
puppe sedens . . . . dimiserat anchora terras.

---

50 admotis *Gronovius observ.* IV 21: adtonitis *V*, attonitis *M Bon. c*, amotis *Ald.*, adtonitis — curis: *Balbus* 51 Aea *codex regius Heinsii:* acta *VC*, octa *M* Profugit heu quantum Phasis quantumque recessit *Bon.* 52 superant *M:* superat *V* 53 praescia *ψc:* praesagia *V*, praesaga *m* 55 lambentibus *C* 56 extermis *V* 57 diuidet *C* 58 sapere *V*, se pare *M* conteget *C* 59 uinctis *M* 61 uino *M* (uiuo *corr. m*) frondens e cespite *Heinsius:* frondes et cespite *Vψc*, frondes et vivo cespite *Zinzerlingius* 63 Mesti *V* 64 anceus *V* petebant *c* 66 red(e)ire *V* 67 uelut ille *C:* ueluti *V* grecis *V* veluti gregis accessit *Bon.* 68 (ovans) hunc *M:* hinc *V* in unum *M:* intimum *V* 69 laetus sic *M:* laetu sic *V*, laetos sic *C*, primos laeto sic *codex regius probante Heinsio* 71 nam (prora) *M* (iam *corr. m*) 72 Fune haerens *Burmannus* *lacunam significavi:* tristes *C*, moestas *codex regius Heinsii*, placidas *ψ*, placitas *Heinsius* diuiserat *C*, *qua scriptura usus Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 277 *coniecit* diuiserat aequore

Inde, premente noto, tristes Acherusidos oras
praeterit et festa vulgatum nocte Lyaei
Callichoron; nec vana fides. his Bacchus in undis
abluit eoo rorantes sanguine thyrsos.
illum post acies rubrique novissima claustra
aequoris hic resides thiasos, hic aera moventem
udaque pampinea nectentem cornua vitta
nunc etiam meministis, aquae, Boeotia qualem
Thyias et infelix cuperet vidisse Cithaeron.

Fama per extremos quin iam volat inproba manes
interea et magnis natorum laudibus implet,
addita iamque fretis repetens freta, iamque patentes
Cyaneas. ardent avidos attollere vultus,
quos pietas vel tangit adhuc quos aemula virtus.
fata immota manent; unum, qui litore in illo
conditus, ad carae mittunt spectacula turbae.
it Sthenelus: qualem Mavortia vidit Amazon
cumque suis comitem Alcides ut condidit armis,
talis ab aequorei consurgens aggere busti
emicuit; fulsere undae, sol magnus ut orbem

---

75 Callichoron *Bon.:* Callirhoan *V*, Callirhoen *Cm*, Culliehorus *Ald.* his *M:* hic *V* in *Pius:* ut *Vψ* 77 castra *fuisse qui scriberent Pius testis est* 78 Aequoris *m:* Aequores *V* 79 mitra *Marklandus ad Stat. silv.* IV 3, 137 80 booetia *V*, boetia *C* 81 Thias *V* 82 quin] hinc *Heinsius* 83 *in marg. scriptus est in C. Valerio cum abiudicavit cum Carrione Heinsius* fatorum *C*, nautarum *Heinsius* *inter 83 et 84 in codice Pomponii Laeti Pius hunc versum repperit* Venturam caelo fatis melioribus Argo. *eundem Heinsio teste codex regius margini adscriptum exhibet* 84 Addita iamque *ψ:* Additamque *V*, Addictamque *m*, Addictasque *C*, Adductaque *Zinzerlingius*, Addita quaque *Heinsius* iamque *ψ:* namque *V*, quaque *C probante Heinsio* patentes *Heinsio teste coniecit vir doctus in marg. Vaticani Venetae editionis exemplaris:* pharentes *V*, parentes *m*, ferentes *C cum codice regio et Aldina, placuit Heinsio*, furentes *Bon.* Addita iamque fretis repetit freta, iamque retentat *Slothouwer l. l. p.* 176 89 Sthenelus *ψ:* ythenelus *V*, hythenelus *M*. Is Sthenelus *Heinsius* uidet *M* 90 Cumque suis comes Alcidae ceu concidit armis *Heinsius, qui erravit cum* concidit *Carrionis librum exhibere dixit* 92 ut] et *M*

tolleret aut nubem quateret polus. adque ea vixdum
visa viris atra nox protinus abstulit umbra.
ille dolens altum repetit chaos. omnia Mopsus
dum stupet, in prima tumulum procul aspicit acta,
obnubensque caput cineri dat vina vocato.
carmina quin etiam visos placantia manes
Odrysius dux rite movet mixtoque sonantem
percutit ore lyram, nomenque relinquit harenis.

Altius hinc ventos recipit ratis, ac fugit omne
Crobiali latus et fatis tibi, Tiphy, negatum
Parthenium, ante alios Triviae qui creditur amnis
fidus et Inopi materna gratior unda.
mox etiam Cromnae iuga pallentemque Cytoron
teque cita penitus condunt, Erythia, carina.
iamque reducebat noctem polus: alta Carambis
raditur et magnae pelago tremit umbra Sinopes.
Assyrios conplexa sinus stat opima Sinope,
nympha prius blandosque Iovis quae luserat ignes
caelicolis immota procis: deceptus amatae
fraude deae nec solus Halys, nec solus Apollo.

Addidit hic casu comites Fortuna benigno
Autolycum Phlogiumque et Deileonta, secutos

---

93 quateret *ψ*: quatere *V* cauixdum *V* 94 *post* viris *interpunxit Carrion* atram *MCψ* attulit *C* umbra *Heinsius:* umbram *VCψ* 95 omina *MCAld. probante Heinsio* 99 Odrisium *Bon.*, Odrysium *Ald.* dum *C* monet *Bon.* 100 Percutit ore *ψc:* Perclytore *V*, Perculit *codex regius probante Heinsio* reliquit *M* 101 hinc *codex regius et Pius:* in *V* in ventos recidit *Sabellicus*, in ventos rediit *Herelius ep. crit. p.* 70. *Vossius et Heinsius librorum scripturam defendunt.* Altius intentos recipit ratis *Burmannus* 102 Crobiali *ψ*: Cobilli *V*, Cobylli *MC* typhy *V* 104 Inopi *Hermolaus Barbarus ad Plin. nat. hist.* VI 1: inopia *Vψ*, Enopiae *C*, Oenopi *Vossius* 105 Cromnae *Heinsius:* cromanae *VC* pallentemque *Cm:* pallentem *V* cromnam atque iugo pallentẹ *Bon.*, Cromnamque iugo pallente *Ald.* Cytoron *ψ*: citheron *V*, cytheron *M*, Cytheram *C* 106 erythina *Bon.*, Erytbrea *Ald.*, Erythine *Pius* 107 relucebat *M* alca *V* 112 halis *M*, Hylas *C* 114 Autolycum *Pius:* Aut holitum *V*, Haud olitum *M*, Autolitum *C* Phlogiumque *Bon.*: phogiumque *VC* Deileonta *Bon.*: deiolenta *VC* secutos *m:* secutus *V*

Herculis arma viros; vagus hos ibi fixerat error.
ut Graiam videre manum puppemque Pelasgum,
prima ruunt celeres ad litora seque precantur
accipiant socios. nova dux accedere gaudet
nomina desertos et iam sibi currere remos.
transit Halys longisque fluens anfractibus Iris
saevaque Thermodon medio sale murmura volvens,
Gradivo sacer et spoliis ditissimus amnis,
donat equos, donat votas cui virgo secures,
cum redit ingenti per Caspia claustra triumpho,
Massageten Medumque trahens. est vera propago
sanguinis, est ollis genitor deus. hinc magis alta
Haemonidae petere et monitus non temnere Phinei.
ipse autem comitum conversus ad ora novorum
'vos mihi nunc pugnas' ait 'et victricia' ductor
'Herculis arma mei vestrasque in litore Martis
interea memorate manus.' sic fatus et aegro
corde silens audit currus bellique labores
virginei, exciderit frenis quae prima remissis,
semianimem patrius quam vexerit amnis in aequor,
quae pelta latus adque umeros nudata pharetris
fugerit Herculeae mox vulnere prensa sagittae,
utque securigeras stimulaverit Ira catervas
fleturusque pater, quantus duce terror in ipsa,
qui furor in signis, quo balteus arserit auro.

Nocte sub extrema clausis telluris ab antris
pervigil auditur Chalybum labor; arma fatigant
ruricolae, Gradive, tui; sonat illa creatrix

---

115 hos defixerat *Bon.* 116 Pelasgam *ψc* 120 halys *m:* halyx *V*, alyx *M* anfractibus *ψc:* autfractibus *V*, amfractibus *M* 121 thermodoon *V* murmura *m:* murmure *V* 123 notas *m* 125 Massageten *CPius:* Messageton *V*, Messagetum *m* medumque *m:* mediumque *V* 131 memoratae *V* 134 uexerit amnis in aequor *C:* sanguine uexerit amnis *Vψ* 135 humeros *m:* umeris *V*, humeris *M* 139 Quis *M* insignis *M* 140 raucis *Burmannus* 141 calybum *V* 142 gradiuae *V* sonat *ψ:* isonat *V*, insonat *M* (in *post deletum*), tonat *Burmannus*

prima manus belli terras crudelis in omnes.
nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
eruerent ensesque darent, odia aegra sine armis
errabant iraeque inopes et segnis Erinys.
inde Genetaei rupem Iovis, hinc Tibarenum
dant virides post terga lacus, ubi deside mitra
feta ligat partuque virum fovet ipsa soluto.
vos quoque non notae mirati vela carinae
Mossyni, vos et stabulis Macrones ab altis
Byzeresque vagi Philyraeque a nomine dicta
litora, quae cornu pepulit Saturnus equino.

Ultimus inde sinus saevumque cubile Promethei
cernitur, in gelidas consurgens Caucasus arctos.
ille etiam Alciden Titania fata morantem
attulerat tum forte dies; iamque aspera nisu
undique convellens veteris cum strage pruinae
vincula prensa manu saxis abduxerat imis
arduus et laevo gravior pede; consonat ingens
Caucasus, et summo pariter cum monte secutae
incubuere trabes abductaque flumina ponto.
fit fragor, aetherias ceu Iuppiter arduus arces
inpulerit, imas manus aut Neptunia terras.
horruit inmensum Ponti latus, horruit omnis
Armeniae praetentus Hiber, penitusque recusso
aequore Cyaneas Minyae timuere relictas.
tum gemitu propiore chalybs densusque revulsis

144 ferrii *V* 146 crynis *V* 147 Inde Genetaei rupem *Angelus Politianus. cf. Apoll. Rhod.* II 1009 *sq.*: Indigena et aerupem *V*, Inde Genetaei rupes *C* hinc Tibarenum *A. Politianus:* hinc tibi mauors *V*, inde Tymanos *C*, hinc Tibarenos *Vossius et Heinsius, qui v.* 148 *pro* virides *coniecit* Minyae 151 Mossyni *iam ante Maserium fuerunt qui scriberent. cf. Plin. nat. hist.* VI 11 *et Orph. Argon.* 745: Moossonychi *V*, Mossonychi *MC*, Mossynoeci *ψ* speculis *Friesemannus l. l. p.* 105 Macrones *ψ*: magrones *VC* 152 Bytheresque *C* phyliraeque *V*, philyreiaque *C* 156 itania *V* novantem *Eyssenhardtius l. l. p.* 389 159 adduxerat *Heinsius* 168 chalyps *V*, calyps *M*, calybs *m* revulsis *ψ*: peruulsis *V*

rupibus audiri montis labor et grave Titan
vociferans, fixos scopulis dum vellitur artus.
contra autem ignari (quis enim nunc credat in illis
montibus Alciden dimissave vota retemptet?)
pergere iter socii; tantum mirantur ab alto
litora discussa sterni nive ruptaque saxa
et simul ingentem moribundae desuper umbram
alitis adque atris rorantes imbribus auras.
sol propius flammabat aquas, extremaque fessis
coeperat optatos iam lux ostendere Colchos,
magnus ubi adversum spumanti Phasis in aequor
ore ruit. cuncti pariter loca debita noscunt
signaque commemorant emensasque ordine gentes,
dantque ratem fluvio. simul aethere plena corusco
Pallas et alipedum Iuno iuga sistit equorum.

Ac dum prima gravi ductor subit ostia pulsu,
populeos flexus tumulumque virentia supra
flumina cognati medio videt aggere Phrixi,
quem comes infelix Pario de marmore iuxta
stat soror, hinc saevae formidine maesta novercae,
inde maris pecudique timens inponere palmas.
sistere tum socios iubet adque hinc prima ligari
vincula, ceu Pagasas patriumque intraverit amnem.
Ipse gravi patera sacri libamina Bacchi
rite ferens umbram vocat et sic fatur ad aras:
'per genus adque pares tecum mihi, Phrixe, labores
tu, precor, orsa regas meque his tuteris in oris

---

171 nunc] non *M* ullis *c* 173 sociis *M* 174 raptaque *M* 175 moribundi *m* umbram *m:* umbra *V* 176 imbridus *V* 180 cuncti] cti *in ras. a m. ut videtur sec. in V*, cuncto *M* (cuncti *corr. m*) poscunt *ψ* 181 signaque] que *in ras. a m. ut videtur sec. in V* emensasque *m:* emensas quo *V* 182 prona *I. Columbus* 184 Acdum *M:* Actum *V* 185 flumineos *Eyssenhardtius l. l. p.* 389 186 Culmina *Heinsius probante Eyssenhardtio* 187 Pario *Maserius, quod probant Heinsius et Burmannus:* pa^ruo *V*, paruo *M* 188 mesta *V* 194 phire *V* laboris *V* 195 orsa *ψ:* ossa *V*

tot freta, tot durae properantia sidera passum.
Phrixe, fave et patrias placidus reminiscere terras.
tu quoque nunc, tumulo nequiquam condita inani,
adnue diva maris numeroque accede tuorum.
quando egomet rursus per te vehar? aurea quando
Seston et infaustos adgnoscent vellera fluctus?
vos etiam silvae, vos Colchidos hospitis orae,
pandite, dives ubi pellis micet arbore sacra.
tunc tibi, fecundi proles Iovis, orte nivali
Arcados axe deae, fluvio modo, Phasi, quieto
Palladiam patiare ratem, nec dona, nec arae
defuerint tellure mea; veneranda fluentis
effigies te, Phasi, manet, quam magnus Enipeus
et pater aurato quantus iacet Inachus antro.'
dixerat, adque illi dextra sine versa magistri
protinus in proram rediit ratis omine certo
fluminis os pontumque tuens. 'promittis ut ecce
utque vocas revehemur' ait. sic deinde precatus
arma iubet celsa socios depromere puppe.
dona dehinc Bacchi casusque ut firmet in omnes
rapta Ceres, viridesque premunt longo ordine ripas.

Incipe nunc cantus alios, dea, visaque vobis
Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non haec

---

196 *dedi quae sunt in V, quoniam versus nondum probabiliter emendatus est.* t. f. tot dure properantia sidera passis *C*, t. f. tot dudum te proptor sidera passis *vel* t. f. totque adeo te propter s. passis *vel* t. f. tot terras, tot inhospita s. passis *Heinsius*, t. f. tot duce te properantia s. passis *Burmannus*, t. f. tot cursu properanti sidera passis *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 79. *fortasse* t. f. tot cursu properanti s. passum. 197 fove *Sabellicus* placidus *C: om. V*, etiam *ψ* 198 nequaquam *M* 200 Quondo *V* per to vehar *C:* perteueara *V*, praeteruehas *M*, praeteruehar *mψ* 202 oram *Heinsius* 203 micet *C:* misceat *VM* (s *post deletum in M*), micat *codex priscus Pii*, nitet *ψ* 206 necare *V* 207 ueneranda *M:* ucrenda *V*, reverenda *Heinsius* 209 arquato *vel* arcano — antro *aut* aurata — urna *Heinsius* 210 Dixerat *M:* Dixit erat *V* 211 improram *M* 215 casusque ut *sublata post* omnes *interpunctione Heinsius:* casus qui *Vc* 217 alios cantus *c* nobis *ψ* 218 haco *V*

ora satis; ventum ad furias infandaque natae
foedera et horrenda trepidám sub virgine puppem:
impia monstriferis surgunt iam proelia campis.
ante dolos, ante infidi tamen exequar astus
Soligenae falli meriti meritique relinqui
inde canens: Scythica senior iam Solis in urbe
fata laborati Phrixus compleverat aevi.
illius extremo sub funere mira repente
flamma poli magnoque aries apparuit astro
aequora cuncta movens. at vollera Martis in umbra
ipse sui Phrixus monumentum insigne pericli
liquerat ardenti quercum conplexa metallo.
quondam etiam tacitae visus per tempora noctis
effigie vasta, socerumque exterruit ingens
prodita vox 'o qui patria tellure fugatum
quaerentemque domos his me considere passus
sedibus, oblata generum mox prole petisti,
tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt,
rapta soporato fuerint cum vellera luco.
praeterea infernae quae nunc sacrata Dianae
fert castos Medea choros, quemcumque procorum
pacta petat, maneat regnis ne virgó paternis.'
dixit et admota pariter fatalia visus
tradere terga manu, tum falso fusus ab auro

---

220 horrendam *M* trepidam *om. M* imagine *C*, *probaverunt Vossius et Heinsius* pubem *Heinsius* 221 monstriferi *V* 222 exsequar *V* 224 canes *('ut Musam pergat alloqui') Heinsius*, Inde canens, Scythica ut, senior iam, Solis in urbe, Fata laborati Phrixus compleverit aevi. *Burmannus* in] ab *c* 225 phixus *V* 228 bellera *V* 233 o qui *Pius:* o *om. V*, qui iam ıpc 234 Querentemque *V*

236 Tunc *M:* Tunc *V* labe[s] *V* luctuque[s] *V* superstant *Heinsius* 237 uellerea *V* 238 nunc sacrata *M:* *in V haec supersunt* nı ıacrata *(auris quae vocatur est in membrana, cuius margines paululum discissi sunt)* 239 quemcunque *M:* quecumq: *V*, quaecumque *C.* quemcunque procorum Pacta petat, maneat terris neu virgo paternis *Heinsius*, quicunque procorum Pacta petat, maneat regnis ne virgo paternis *Burmannus*, quemcunque procorum nacta, peto maneat regnis ne virgo paternis. *Eyssenhardtius l. l. p.* 390

currere per summi fulgor laquearia tecti.
membra toris rapit ille tremens, patriumque precatur
numen et eoo surgentes litore currus.
'haec tibi, fatorum genitor tutela meorum
omnituens. tua nunc terris, tua lumina toto
sparge mari; seu nostra dolos molitur opertos,
sive externa manus, primus mihi nuntius esto.
tu quoque, sacrata rutilant cui vellera quercu,
excubias, Gradive, tene; praesentia luco
arma tubaeque sonent, vox et tua noctibus extet.'
vix ea, Caucaseis cum lapsus montibus anguis,
haud sine mente dei, spiris nemus omne refusis
inplicuit Graiumque procul respexit ad orbem.
ergo omnes prohibere minas praedictaque Phrixi
invigilat, plena necdum Medea iuventa
adnuitur thalamis Albani virgo tyranni.

Interea auguriis monstrisque minacibus urbem
territat ante monens semper deus et data seri
signa mali; reddi iubet exitiale sacerdos
vellus et Haemoniis infaustum mittere terris.
contra Sole satus Phrixi praecepta volutans
aegro corde negat, nec vulgi cura tyranno,
dum sua sit modo tuta salus. tunc ordine regi
proximus et frater materno sanguine Perses
increpitare virum; sequitur duce turba reperto.
ille furens ira solio se proripit alto,

---

245 currus *M:* cursus *V* 246 Hei mihi *Ald.*, Eia age *vel* Haec bibe *(scilicet auribus) vel* Huc age *Heinsius.* Lucide, fatorum, genitor, tutela meorum *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 80 247 omne tuens *Muellerus d. r. m. p. L. p.* 382 lumina *M:* limina *V* 251 Exuuias *Heinsius* 252 noctibus *Heinsio suspectum fuisse Burmannus testis est* 253 causaseis *V* anguis *m:* angues *V* 254 refusis *C:* refosis *V*, refossis *Mψ*, reflexis *Pius. fortasse* retortis 255 respexit *M:* rexporit *V* 256 omnes] om *literae radendo paene deletae sunt in V* 260 territat *ψ:* Territa *V* rata *Heinsius* saeui *C* 262 hemoniis *V* infaustum *ψ:* infastum *V*, infestum *C* 263 uolutans *M:* uoluntas *V* 265 tuta *M:* tua *V*

praecipitatque patres: ipsum quin talibus ausis
spem sibi iam rerum vulgi levitate serentem
ense petit. rapit inde fugam crudelia Perses
signa gerens omnemque quatit rumoribus arcton.
iamque aderat magnis regum cum milibus urbi,
primaque in adversos frustratus proelia muros
constiterat. datus et sociis utrimque cremandis
ille dies alterque dies, cum Marte remisso
debitus Aeaeis dux Thessalus adpulit oris.

Nox hominum genus et duros miserata labores
rettulerat fessis optata silentia terris.
at Iuno et summi virgo Iovis intima secum
consilia et varias sociabant pectore curas.
virgo prior 'magna pariter quos mole petamus,
cernis' ait 'Colchos habeant quae proelia, quique
nunc status. hinc Perses, illinc non viribus aequis
apparat Aeetes aciem. quibus addimur armis?'
cui Iuno 'dimitte metus, ne proelia forte
hinc tibi grata negem; manet ingens aegida sudor
et nostros iam sudor equos. stat pectore fixum
Aeetae sociare manus. scio perfida regis
corda quidem; nullos Minyis exolvet honores.
verum alios tunc ipsa dolos, alia orsa movebo.'
'sint, precor, haec; tua namque mihi comitanda potestas'
Pallas ait, 'liceat Grais ut reddere terris

---

269 praecipitatque *Sabellicus:* Praecipit adque *V*, Praecipit atque *MBon.* quin *Heinsius:* qui *Vψ*, quoque *C et Pius* 270 ferentem *C. idem coniecit Sabellicus* 273 regum *C:* regnum *V*, regni *ψ*. magnis regnum urgens milibus *codex regius probante Heinsio*, multis regum cum milibus *Burmannus*, *coll. Verg. Aen.* V 75 *et* 289, magni regis cum milibus *Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 75. *cf. v.* 300 275 caesis *Burmannus* 277 Aetheis *C*, Aeteis *Vossius* tessalus *V* 278 miserata *ψ*: mirata *V* 279 Retulerat *V* 281 uaria *V* 283 Colchos agitent *vel* maneant quae proelia *aut* Colchos, aveant quam proelia *Heinsius* 286 forte *M:* fortes *V* 287 *ante* manet *habent* iam iam *ψ* ingens *C*: *om. Vψ* aegida *M*: aegid *V* 289 Aeetes *V*, Aeete *M* 290 equidem *Heinsius* exsoluet *V*

Aesonium caput et puppem, quam struximus ipsae,
iactatam tandem nostro componere caelo.'

Talia tunc hominum superi pro laude movebant.
tristior at numquam tantove paventibus ulla
nox Minyis egesta metu; nil quippe reperto
Phaside, nil domitis actum Symplegados undis,
cunctaque adhuc, magni veniant dum regis ad urbem,
ambigua et dubia rerum pendentia summa.
praecipue Aesoniden varios incerta per aestus
mens rapit undantem curis ac multa novantem.
qualiter ex alta cum Iuppiter arce coruscat,
Pliadas ille movens mixtumque sonoribus imbrem
horriferamve nivem, canis ubi tollitur omnis
campus aquis, aut sanguinei magna ostia belli
aut altos duris fatorum gentibus ortus.
sic tum diversis hinc adque hinc motibus anceps
pectora dux crebro gemitu quatit, optat et almum
iam iubar et certi tandem discriminis horas.
tunc defixa solo coetuque intenta silenti
versus ad ora virum 'quod primum ingentibus ausis
optavistis' ait 'veterumque quod horruit aetas,
adsumus en tantumque fretis enavimus orbem.
nec pelagi nos mille viae, nec fama fefellit,
Soligenam Aeeten media regnare sub arcto.
ergo ubi lux altum spargit mare, tecta petenda
urbis et ignoti mens experienda tyranni.

---

298 exacta *Heinsius* 301 Ambiguae *V* summa] fama *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 294 303 nouantem *M*: nauantem *V* 305 sororibus *quosdam legisse, ut ita Pliades dicerentur, Pius adnotavit* 306 ubi] cui *Heinsius* 307 sanguinei *m*: sanguine *V* hostia *V* 308 atros *Ald.*, alios *Columbus* diris *ψ* legibus *Heinsius.* aut altos aperit fatorum gentibus ortus *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 264 309 motibus *Heinsius*: molibus *Vc* 310 optat et almum] at et al *i. ras. m. ut videtur sec. scr in V* almum *m*: almam *V* 311 horas *ψ*: oras *Vc. librorum scripturam defendit Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 526 313 pridem *vir doctus in marg. Vaticani Venetae editionis exemplaris*, primi *Heinsius* 317 aeeten *m*: aeten *V* 318 sparget *ψ* 319 exploranda *Heinsius*

adnuet ipse, reor; neque inexorabile certe
quod petimus: sin vero preces et dicta superbus
respuerit, iam nunc animos firmate repulsae,
quaque via patriis referamus vellera terris,
stet potius: rebus semper pudor absit in artis.'
dixerat, et Scythicam qui se comitentur ad urbem
sorte petit, numeroque novem ducuntur ab omni.
inde viam qua Circaei plaga proxima campi
corripiunt regemque petunt iam luce reducta.

Forte deum variis per noctem territa monstris,
senserat ut pulsas tandem Medea tenebras,
rapta toris primi iubar ad placabile Phoebi
ibat et horrendas lustrantia flumina noctes.
namque soporatos tacitis in sedibus artus
dum premit alta quies nullaeque in virgine curae,
visa pavens castis Hecates excedere lucis;
dumque pii petit ora patris, stetit arduus inter
pontus et ingenti circum stupefacta profundo,
fratre tamen conante sequi: mox stare paventes
viderat intenta puero nece, seque trementes
spargere caede manus et lumina rumpere fletu.

---

320 Annue *M*, Annuet *m* inexorabile *m*: exorabile *V* terte *V* 321 sin forte *Francius* praeces *V* 322 Respuerit *m*: Respuent *V* tunc *c* firmate *m*: firmata *V* 323 via est *finita cum versu sententia ψ, quod probavit Burmannus* 324 potius] procul et *Ald.* pavor *Ald.* atris *M* rebus pudor absit in artis *habet Parisinus* 7647. *Heinsio totus hic versus pro adulterino tollendus videbatur* 326 legit *Heinsius* 329 exterrita *c* 332 lustratia *V* lumina *C et codex Burmanni* 335 parens *vel* solens *Heinsius*, parum *Peerlkampus ad Hor. carm.* I 12, 59 haecates *V* 337 circumstipata *Sabellicus adsentiente Heinsio* 338 fratre tamen conante sequi *C (idem in antiquis exemplaribus sincerae lectionis Pius legi dicit)*: Frater et amen conantes qui *VM (in V m. sec. inter* s *et* q *addidit* e), Frater et amne sequi nantes *Bon.*, Fraternam mortem ante sequi *Ald.* stare *ψ*: stara *V* 339 puero *Eyssenhardtius l. l. p.* 390: pueros *Vc* (paventes *v.* 338 *Argonautas intellegit Eyssenhardtius)* trementes *Burmannus:* trementum *V*, trementem *Mc*, tremendum! *Wakefieldus ad Lucr.* III 298

his turbata minis fluvios ripamque petebat
Phasidis aequali Scythidum comitante caterva.
florea per verni qualis iuga duxit Hymetti
aut Sicula sub rupe choros hinc gressibus haerens
Pallados hinc carae Proserpina iuncta Dianae,
altior ac nulla comitum certante, prius quam
palluit et viso pulsus decor omnis Averno;
talis et in vittis geminae cum lumine taedae
Colchis erat nondum miseros exosa parentes.
ut procul extremi gelidis a fluminis undis
prima viros tacito vidit procedere passu,
substitit ac maesto nutricem adfata timore est.
'quae manus haec, certo ceu me petat agmine, mater,
advenit haut armis, haud umquam cognita cultu?
quaere fugam, precor, et tutos circumspice saltus.'
audit virginei custos grandaeva pudoris
Henioche, cultus primi cui creditus aevi;
tum trepidam dictis firmans hortatur alumnam.
'non tibi ab hoste minae nec vis' ait 'ulla propinquat
nec metus; externo iam flammea murice cerno
tegmina, iam vittas frondemque inbellis olivae.
Graius adest, Graio sic cuncta simillima Phrixo.'

Sic ait. at Iuno, pulchrum longissima quando
robur cura ducis magnique edere labores,
mole nova et roseae perfudit luce iuventae.
iam Talaum iamque Ampyciden astroque comantes

---

342 aequali Schytidum *C*: aequalisq: thidum *V*, aequali dryadum *ψ* 343 himetti *V* 344 herens *V* 348 inuictis *M*. adhuc mitis *Ald.*, at in vittis *vel* it i. v. *Heinsius* geminaeque in *idem* tedae *V* 349 *suspectus videbatur Heinsio ac fortasse tollendus* 352 mesto *V* 353 mater] nostro *Bon.*, nutrix *Ald.* 354 Aduenit *M*: Aduenis *V* aut *V* 356 grandeua *V* 357 Enioche *V* 360 Nec *m*: Necte *V*. Flecte *vel* Mitte metum *Heinsius* nam *Heinsius* 361 nam *Heinsius* 362 sic] sunt *Ald.* 363 et *M* pulcrum *M* (pulchrum *corr. m*) 364 edere *Gronovius observat.* I 21: sedere *V*, dedere *C* 366 talum *M* (talaum *corr. m*), calaim *tertia manus i. marg.* ampyaden *M*

Tyndaridas ipse egregio supereminet ore.
non secus, autumno quam cum magis asperat ignes
Sirius et saevo cum nox accenditur auro
luciferas crinita faces, hebet Arcas et ingens
Iuppiter; ast illum tanto non gliscere caelo
vellet ager, vellent calidis iam fontibus amnes.
regina, attonito quamquam pavor ore silentem
exanimet, mirata tamen paulumque reductis
passibus in solo stupuit duce. nec minus inter
ille tot ignoti socias gregis haeret in una
defixus sentitque ducem dominamque catervae.
'si dea, si magni decus huc ades' inquit 'Olympi,
has ego credo faces, haec virginis ora Dianae,
teque renodatam pharetris ac pace fruentem
ad sua Caucaseae producunt flumina Nymphae.
si domus in terris adque hinc tibi gentis origo,
felix prole parens, olimque beatior ille,
qui tulerit longis et te sibi iunxerit annis.
sed fer opem, regina, viris. nos hospita pubes
advehimur, Graium proceres tua tecta petentes.
duc, precor, ad vestri quicumque est ora tyranni,
ac tu prima doce fandi tempusque modumque.
nam mihi sollicito deus ignaroque locorum
te dedit; in te animos adque omnia nostra repono.'

---

367 Tindaridas *V* 368 autumnos *Burmannus* aspera *omisso* ignes *M* 370 Luctiferas *Burmannus* hebet *C (idem coniecit Sabellicus)*: habet *V* 372 fontibus *ψc*: foribus *V*, roribus *Heinsius* 373 pavor ore *ψ*: pauore ≋ *V* (f *erasum videtur*), pauore *M* 375 in solo *Heinsius*: insolito *Vc*. insolito stupet in *vel* Argolico stupet in *Friesemannus l. l. p.* 107 376 heret *V* 378 ades *M*: adest *V* olimpi *V* 379 ora *C*: arma *V* 380 fruentem *ψc*: furentem *V* 383 votique *vel* thalamique beatior ille *aut* thalamoque beatior ille *(sublata interpunctione) Heinsius* 384 et te *m*: ecce *V* 385 Perfer *Ald.* non *MC* hospita *M*: hospia *V*. non hospita plebes *Heinsius* 386 Graium en *idem* proceres tua *M*: procerestatua *V* 388 ac tu *Pius c*: Astu *V*, Aut tu *ψ*, Ast tu *Heinsius* doce *ψ*: duce *V* 390 adque] sed et *C* nostra *M*: nostro *V*

Dixit et opperiens trepidam stetit. illa parumper
virgineo cunctata metu sic orsa vicissim:
'quem petis Aeeten, genitor meus, ipsaque iuxta
moenia, si bivios possis discernere calles.
hac adeo duce ferte gradus; ingentia namque
castra alios aditus adque impius obsidet hostis.'
dixerat haec patriumque viam detorquet ad amnem,
sacraque terrificae supplex movet inrita Nocti.

Ille autem inceptum famula duce protinus urguet
aere saeptus iter, patitur nec regia cerni
Iuno virum, prior Aeetae ne nuntius adsit.
iamque inerat populo mediaeque incognitus urbi,
cum comes orsa loqui. 'Phoebi genitoris ad aras
ventum' ait. 'huc adytis iam se de more paternis
rex feret; hic proceres audit populosque precantes
adloquiis facilis: praesens pater admonet aequi.'

Dixerat. ast illi propere monstrata capessunt
limina. non aliter, quam si radiantis adirent
ora dei verasque aeterni luminis arces;
tale iubar per tecta micat. stat ferreus Atlans
Oceano genibusque tumens infringitur unda;
at medii per terga senis rapit ipse nitentes
altus equos curvoque diem subtexit Olympo;

---

391 operiens *V* dixit adopperiens trepidam. stetit illa parumper *Ald.*, Dixit ut opperiens trepidam, st. i. p. *Heinsius*, Dixit, et opperiens trepidum stetit. illa parumper *Burmannus* 392 *inter* sic orsa *et* vicissim *habet* uicorsa *V* 394 bivios *Heinsius*: uiuos *VC*, tutos *Bon.*, veros *Ald.* 395 hac *Ald. c:* Huc *V* 396 invius *Heinsius* 397 patriumque *m:* patrium *V* amnem *m:* omnem *V* 398 suplex *V* 399 urget *V* 400 septus *V* 401 Aeetae *ψ*: aethe *V*, aeete *M* 404 aditis *V* 406 Adloquii *Heinsius* ammovet *C*, admovet *Ald.* praesens pater admonet *interclusit Heinsius* aequis *ψ* 407 *huc transposuerunt ψ*: *post* 426 *habet V* 408 Blimina *V* 409 uersasque *M* 410 per *CBon.: om. V*, in tecta *m Ald.* ferreus] caelifer *vel* pervius *vel* terminus *Heinsius* atdans *V*, atalans *M* 411 Oceani *ψ* infrangitur *V* 412 Ad *V* 413 fulvoque *vel* furvoque *Heinsius* olimpo *V*

pone rota breviore soror densaeque secuntur
Pliades et madidis rorantes crinibus ignes.
nec minus hinc varia dux laetus imagine templi
ad geminas fert ora fores cunabula gentis
Colchidos hic ortusque tuens; ut prima Sesostris
intulerit rex bella Getis, ut clade suorum
territus hos Thebas patriumque reducat ad amnem,
Phasidis hos inponat agris Colchosque vocari
imperet: Arsinoen illi tepidaeque requirunt
otia laeta Phari pinguemque sine imbribus annum,
hi iam Sarmaticis permutant carbasa bracis.
barbarus in patriis sectatur montibus Aean
Phasis amore furens: pavidas iacit illa pharetras
virgineo turbata metu discursibus et iam
deficit, ac volucri victam deus alligat unda.
flebant populeae iuvenem Phaethonta sorores,
ater et Eridani trepidum globus ibat in amnem;
at iuga vix Tethys sparsumque recolligit axem
et formidantem patrios Pyroenta dolores.
aurea quin etiam praesaga Mulciber arte
vellera venturosque olim caelarat Achivos.
texitur Argoa pinus Pagasaea securi,

---

414 sequuntur *V* 415 rorant e *Heinsius* imbres *Heinsium coniecisse Wagnerus adfirmavit, cuius coniecturae a Burmanno mentio non fit* 416 hinc *Heinsius qui et* nec minus et *coniecit:* hic *V* 417 Adgeminas *M:* Adgeminans *V* 418 Sesostres *C* 419 clades *V* *inter* 421 *et* 22 *haec sunt in M:* Imperet arsinoe nili sine imbribus amnem Otia laeta phari pinguemque sine imbribus. *m. pr. i. marg.* vacant *adscripsit* 422 Imperent *M* arsinoe nili *MBon.*, Arsinoen Nili *Ald.*, ast Meroen illi *Heinsius*, at Sirin illi *Burmannus*, at Sirbonem illi *Wesselingius probab. p.* 66 tepidaeque *nescio quis primus scripserit* (tepidaque *Ald.*): trepidaeque *VC* requirant *Heinsius* 423 Otia *M:* Otila *V* amnem *M* 424 hi *Wagnerus*: Et *V* permutat *Pius finita* barbarus *voce sententia*, permutent *Heinsius* braeis *V* 425 impatriis *M* Acam *Ald. c* 426 illa *m.:* ulla *V* 428 at *Pio praeeunte Heinsius* 429 phethonta *V*, phetonta (a *suprascr.*) *M* 430 Acer *Ald.* 431 tetbis *V* 432 pyroonta *M* 434 celerat *V*, cclarat *M*

iamque eadem remos, eadem dea flectit habenas;
ipsa subit nudaque vocat dux agmina dextra.
exoritur notus et toto ratis una profundo
cernitur; Odrysio gaudebant carmine phocae.
apparent trepidi per Phasidis ostia Colchi
clamantemque procul linquens regina parentem.
urbs erat hinc contra gemino circumflua ponto,
ludus ubi et cantus taedaeque in nocte iugales
regalique toro laetus gener: ille priorem
deserit; ultrices spectant a culmine dirae.
deficit in thalamis turbataque pelice coniunx
pallam et gemmiferae donum exitiale coronae
apparat ante omnes secum dequesta labores.
munere quo patrias paelex ornatur ad aras
infelix; et iam rutilis correpta venenis
inplicat igne domos. haec tum miracula Colchis
struxerat ignipotens nondum noscentibus, ille
quis labor, aligeris aut quae secet anguibus auras
caede madens: odere tamen visusque reflectunt.

Quin idem Minyas operum defixerat error,
cum se Sole satus patriis penetralibus infert.
filius hunc iuxta primis Absyrtus in annis,
dignus avo quemque insontem meliora manerent.
tum gener Albanis Styrus qui advenerat oris,

---

436 flectit *num Valerii sit vehementer dubito. fortasse* nectit 437 Ipse *C* 438 toto *C cum Sabellico:* torto *V* 440 per *C: om. V*, iam *ψ* 442 hic *ψc* 443 et cantus *Pius ex scriptis exemplaribus:* extantus *V*, est tantus *C*, extabat *ψ*. Ludus ubi et cantus taèda pernocte iugales *Heinsius* 446 coniunxi *V* 448 dequaesta *V*, secunde quaesta *M*, dea questa *Bon.* 449 ornetur *Heinsius e codice regio* 451 domos *Cm:* domus *V* 452 no^{n}dum *V*. nondum adgnoscentibus *vel* non dignoscentibus *Heinsius* ille *idem*: illa *Vc* 453 aligeris *M:* ali////// *V (quattuor literae erasae sunt)* 455 Quin idem et Minyas *Heinsius* deflexerat *Carrionis sec. probante Vossio* 456 penetrabilibus *VM* (bi *literae post deletae in M*) infert] edit *ψ*, *defendit Burmannus*

distulerant sed bella toros; tum Phrontis et Argus
Aeolidae fraterque Melas, quos advena Phrixus
progenuit; pariterque levi Cytisorus in hasta.
post alii, quos praecipuo Titania tellus
legit honore patres, motique ad proelia reges.
admonet hic socios nebulamque erumpit Iason,
sideris ora ferens: nova lux offusa Cytaeis.
conveniunt lustrantqne viros rogitantque, quid ausi,
quidve ferant. postquam primis inhiantia dictis
agmina suppressumque videt iam murmur Iason,
talia miranti propius tulit orsa tyranno:
'rex Hyperionide, quem per freta tanta petendum
caelicolae et prima dignum statuere carina,
siquando hic aliquam nostro satus orbe solebat
Thessaliam, siquos Phrixus memorare Pelasgos,
hi tibi, tot casus, horrenda tot avia mensi,
cernimur. ipse egomet proprio de sanguine Phrixi:
namque idem Cretheus ambobus et Aeolus auctor
cum Iove Neptunoque et cum Salmonide nympha.
meque nec huc enses araeque egere paternae,
nec tua, Thessalicis quamquam inclita nomina terris,

---

460 bella toros tum *C*: bellator ostum *V*, bellator ortum *M*, bella cytorus *Bon.*, bella torum tum *Ald.* Phrontis *Ald. cf. Apoll. Rhod.* II 1155: phontis *V*, phyontis *Bon.* 461 Aeolidae *ψ*: Aeoliae *V* 462 Cytisorus *Ald. cf. Apoll. Rhod. l. l.*: euthisorus *V*, cotiorus *Bon.* 463 praecipnos *C* Titanius altos *vel* Titanius aulae *Heinsius*, Titania proles *Burmannus* 464 patres *C*: patris *V* reges *C*: regis *V*. moti qui ad proelia regis *Pius* 465 Amovet *Heinsius* nebulaque *C* 466 Siderea *Heinsius* lus *V* offusa *Gronovius observ.* IV 21: effusa *V*, effulsit *C* Ithaeis *C* 467 lustrantque *scripsi*: rogitantque *Vo.* *repetitio vocis quae est* rogitant *Heinsio quoque et Burmanno molesta videbatur. ille* rogitantqne viros urguentque, *hic aut* pavitantque viros rogitantque *aut* rogitantque viros pavitantque *coniecit* 468 inhiantia *m*: iniantia *V* 469 murmur *ψc*: munus *V* 470 miranti *M*: maranti *V* ora *Pius*, *placuit Burmanno* 471 hiperionide *V* petundum *ψ* 473 Si fando *Heinsius* 477 creteus *V* namque mihi Cretheus, ambobus at Aeolus auctor *Burmannus* 479 Meque nec huc *codex regius*: Me neque nunc *Vψc.* Huc neque me messes *vel* Huc neque sementes *Heinsius* ense saraeque *V*, enses iraeqne *codex regius* 480 thesalicis *V*

sponte sequor. cui non iusso tot adire voluptas
monstra maris? cui Cyaneos intrare fragores?
sceptra tui toto Pelias sub nomine Phoebi
maxima sorte tenens, totque illa cremantia divos
oppida, tot vigili pulcherrima flumina cornu;
ille meum imperiis urguet caput, ille labores
dat varios, suus ut magnum rex spargit ab Argis
Alciden, Sthenelo ipse satus. tamen aspera regum
perpetimur iuga, nec melior parere recuso.
hic sibi me auratae pecudis quiscumque periclis
exuvias perferre iubet. tibi gratia nostri
sit, precor, haec meritique locus, quod iussa recepi
teque alium, quam quem Pelias speratque cupitque,
promisi et meliora tuae mihi foedera dextrae.
si petere hoc saevi statuissem sanguine belli,
Ossa dabat Pindusque rates quotque ante secuti
inde nec audacem Bacchum nec Persea reges.
sed me nuda fides sanctique potentia iusti
huc tulit ac medii sociatrix gratia Phrixi
iamque tibi nostra geniti de stirpe nepotes.
nec tamen aut Phrygios reges aut arva furentis
Bebryciae spernendus adi: seu fraude petivit,

---

481 voluntas *Maserius* 482 fragores *M*: frigores *V* 483 toto] Haemoniae *Heinsius*, tuto *Eyssenhardtius l. l. p.* 390 lumine *Sabellicus.* tuto — sub numine *Wagnerus posuit cum Dorvillio ad Charitonem p.* 573 *edit. Lips.* 484 sorte *Gronovius observ.* IV 21 *et Vossius*: oste *V*, hoste *M*, forte *C*, ab hoste *ψ* *Vaticani scripturam quae est* illa cremantia diuos *exprimendam curavi, quia verba nondum probabiliter emendata sunt.* illacrimantia *ψ*, illa *vel* ille creantia divos *Gronovius, quam coniecturam Heinsio probatam recepit Burmannus*, tot tura cremantia divis *H. A. Kochius mus. Rhen.* XVIII *p.* 164. *fortasse* illa frequentia dives 485 iugi *vel* viridi *Heinsius* purcherrima *V* 486 urget *V* 488 *post* tamen *distingui iubet Heinsius* 492 haec] o *idem* loco *idem probante Burmanno* 493 quam quem *Ald. c:* quemque *V*, quemquam *M* 494 Promissi *M* 496 quotque *C:* quodque *V*, quique *Pius ex prisco exemplari*, quin *Heinsius* 497 ne audaem *M* reges *Ald. c:* regis *V* 499 atque mei *c* 501 furentis *m:* furentes *V* 502 Bebryciae spernendus adi seu fraude petiui: *C*

seu quis honore meos, sua reddita dona deumque
nos genus atque ratem magnae sensere Minervae.
vix tandem longis quaesitam Colchida votis
contigimus, qualemque dabat te fama videmus.
tu modo ne claros Minyis invideris actus.
non aliena peto terrisve indebita nostris,
siquis et in precibus vero locus, adque ea Phrixo
crede dari, Phrixum ad patrios ea ferre penates.
munera tu contra victum mihi vecta per aequor
accipe Taenarii chlamydem de sanguine aeni
frenaque et accensum gemmis fulgentibus ensem:
hoc patrium decus, haec materni texta laboris,
his Lapithes adsuerat eques. da iungere dona,
da Scythicas sociare domos: sciat effera regis
ira mei, quem te horrifero sortitus in axe
Caucasus adque tuis quantum mitescat habenis.'

Talibus orabat. vultu gravis ille minaci
iandudum fremit et furiis ignescit opertis.
ceu tumet adque imo sub gurgite concipit austros
unda silens, trahit ex alto sic barbarus iras,
et nunc ausa viri, nunc heu! sua prodita Grais
regna fremit, quin et facili sibi mente receptum
iam Phrixum dolet et Scythiae periise timores.
nunc quassat caput ac iuvenis spes ridet inanes,

---

503 seu quis honore meo sua reddita dona; *c.* seu fraude petiti, Seu quis honos, merito sua reddita dona *Gronovius observ.* I 18 504 hancque *Heinsius* 507 inuideris *m:* inuideri *V* 508 indeuita *V* 509 et in] in his *Heinsius* praecibus *V* 512 taenarei *V* clamidem *V* 513 accensum *Iacobsius in Matthiae miscell. philol. p.* 80. *cf. Sil.* XV 678: accinctum *V*, incinctum *Heinsius* 514 laboris *m:* labores *Vc* 515 equos *m* dextram *C* 518 habenis *C et codex Burmanni:* harenis *V* 519 Talibus orabat. *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 362 *coll. Aen.* IV 437: Talibus orantem *Vc* 520 fremit *V.* (orantem —) premit *Heinsius*, (orantem —) tremit *Burmannus* ignescit *C Bon.:* ignoscit *V*, incessit *Heinsius* apertis *C* 521 ceu tumet *ψc:* Centum et *V*, Ceutum et *M* aestus *Heinsius adstipulante Burmanno. cf. Peerlkampus ad Hor. carm.* III 27, 18 523 causa *V* 524 facilis tibi *M* receptum *ψc:* receptus *V*

quid vesanus agat, quod vellera poscat ab angue.
urit et antiquae memorem vox praescia sortis,
cur simul aut Persen illinc sibi moverit, aut hinc
Thessalicam Fortuna ratem; num debitus ista
finis agat saevaeque petant iam vellera Parcae.
interea quoniam belli pugnaeque propinquae
cura prior, fingit placidis fera pectora dictis
reddit et haec: 'cuperem haud tali vos tempore tectis
advenisse meis, quo me gravis adsidet hostis.
frater enim (sceptri sio omnibus una cupido)
excidium parat et castris me ingentibus urguet.
quare age cognatas primum defendite sedes,
nec decus oblati dimiseris advena belli;
namque virum trahit ipse chalybs. tum vellera victor
tam meritis, nec sola dabo.' contra inscius astus
'ergo nec hic nostris derat labor arduus actis'
excipit Aesonides 'et ceu nihil aequore passis
additus iste dies? veniant super haec quoque fato
bella meo. non hunc parva mihi caede dolorem
quasque dedit luet ille moras.' tum Castora mittit,
qui ferat Aeaei sociis responsa tyranni.
acribus ast illos curis mora saeva trahebat,
ac simul ut medio viderunt Castora campo,
crebrior incussit mentem pavor. 'o Iovis alma
progenies, fare, an patriam spes ulla videndi,
fare' omnes. ille in mediis sic orsus Achivis:

---

527 quod] quo *m*, quid *Burmannus* 529 aut *ψc:* ac *V* praesen *V* moverit *ψc:* mouerint *V*, nouerint *M*, nouerit *m* 533 fregit *Heinsius*, condit *Burmannus* 534 tali *C:* ali *V*, alio *M* 535 assidet *C*, obsidet *ψ* 536 sceptri omnibus una cupido *habet Parisinus* 7647 538 defedite *V* 539 dimiseris *ψc:* demiseris *V* 540 Iamque *C*, cumque *Pius* Quippe uiros trahit ipse calibs *habet Parisinus* 7647 calybs *V* 541 tam *Burmannus:* Tum *Vo*, Sic *Peerlkampus ad Verg. Aen.* III 667 astus] acti *C* 542 *desideratur in C* *fortasse* derit 544 Additur *Heinsius* 546 luet *m:* leuet *V* 548 sera terebat *Heinsius* 550 incessit mentem *vel* incussit menti '*ut se subintelligatur*' *idem* 551 fare *m*: fhare *V*, phare *M* 552 omnes *ψ*: omnis *V*, tuis *C*, avidis *Pomponius Laetus*

'nec ferus Aeetes, ut fama, nec aurea nobis
terga negat; bello interea sed pressus iniquo
auxilium petit; armatos dux protinus omnes
adcelerare iubet; longo nam tuta recessu
puppis et adposita fluvius defenditur urbe.'

Haud mora; prosiliunt, quos nec Rhipaea iuventus,
quos nec Hiber aut tota suis Aurora pharetris
sustineat. stetit explicito prius agmine pubes,
expertique simul, si tela artusque sequantur.
nec quisquam freta nec patrias iam respicit urbes,
sed magis ad praesens itur decus. incita cristas
aura quatit, variis floret via discolor armis,
qualis ab Oceano nitidum chorus aethera vestit,
qualibus adsurgens nox aurea cingitur astris.
illos Sole satus tacita maestissimus ira
miratur temere adsumtos, nec talia mallet
robora, quam medios hostem subiisse penates.
Interea laeto patitur convivia vultu
et iuxta Aesoniden magno cratere lacessit
nunc sibi monstrantem natos Iovis oraque iuxta
Aeacidum, nunc ingentis Calydonis alumnos;
audit et Alciden infando errore relictum
defletosque duces terraeque marisque labores.
Ipse autem tantis concita furoribus arma
expetit Aesonides et amicos ordine reges.

---

553 aetes *V* 554 pressais *V* 556 nam] sat *Heinsius* 557 opposita *Pius c* adposita fluvio *Heinsius* 558 riphea *V* 559 hibera ut tota *V* tuta *M* 561 Expertique *m*: Experti quo *V* arcusque *Bon. probante Heinsio* 562 urbes *M*: urbe *V* 564 decolor *C* 565 Qualis ubi *Heinsius* corus *V* versat *ψ* 566 Qualis et *Bulaeus*. '*nisi forte unus superfluit, a glossatore insertus, aut a poeta quidem factus, sed ut eligeretur e duobus, qui sit optimus.*' *Heinsio quoque v.* 566 *suspectus erat.* 567 mestissumus *V*, moestissimus *M* 569 subiisse *m*: subisse *V* 570 potitur *C* vultu *ψ*: oultu *Ve, probavit Heinsius* 573 calydonos *V* 576 autem ut *Slothouwer l. l. p.* 177 fauoribus *M* 577 Aspicit *Slothouwer*

'quis procul ille virum nobis, quem balteus asper
subligat et stricto stat proximus armiger arcu,
ceu pugnam paret et positas confundere mensas?'
contra flammigeri proles Perseia Solis
'quem rogitas, Carmeius' ait; 'mos comminus arma
semper habere viro, semper meminisse pharetrae.
quid Latagum, quid si amnigenam mirere Choaspen?
bellatoris equi potantem cerne cruores;
nec tamen inmissis hic segnior ibit habenis.'
'illum' ait Aesonides 'pariter refer, horrida signis
cui chlamys et multa spirat coma flexilis aura.'
respicit Aeetes adque hunc quoque nomine reddit.
'dives Aron; croceos sic illius omnis odores
iactat eques, cunctis sic est coma culta maniplis:
sed ne sperne virum et comptis diffide capillis.
Campesus hic spoliis in tigridis; ille profundo
incumbens Odrussa mero; vide lata comantem
pectora et ingenti turbantem pocula barba.'
hic et Iaxarten dictis stupet hospes acerbis
inmodicum linguaque gravem, cui nulla minanti

---

578 Quis procul ille, humerum nodis cui baltheus asper Subligat? *Heinsius*, Quis procul ille autem, quem *e. q. s. Francius*, Quis procul ille, ensem bullis cui baltheus asper Subligat *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 808 584 Choaspen *C*: cheaspe *V*, choaspē *m* 586 hinc *Burmannus* segnior *Bon.*: genitor *V*, genitor sic (*omisso* hic) *C*, secior *vel* lentior *Heinsius* 588 chlamis *V* aurea *M* 589 Repicit *V* Aeetes ψ: aesonides *V* 591 equos *M* cunctis *Bentleius in epist. ad Burmannum data l. l. p.* 591 *et Muellerus d. r. m. p. L. p.* 324: iunctis *V Ald.*, unctis *C*, vinctis *Bon.* 592 *omittunt Burmanni codex et* ψ nec *C* 593 in tigridis ψ*c*: intigris *V*, integris *m* *inter* tigridis *et* ille *haec inserta sunt in codice regio* incita cursu Fluminaque et ventos superat celer, *quae a Pomponio Laeto profecta esse videntur. eadem Pius in suis codicibus invenit* profuso *Heinsius* 594 toro *Burmannus* vide lata] *cf. Muellerus d. r. m. p. L. p.* 340. viden' alta *Pius*, viden' hirta *Heinsius*, aspice lata *codex regius* 595 b^{a}erba *V* 596 et ψ: est *V* Laxartem *M*, Laxasten *C* aceruis *V*. dicti — acerbi *Heinsius* 597 Inmodum *M* linguaeque *Heinsius* inulla *V*, multa *Heinsius*

non superum, non praesentis reverentia belli.
contra autem Aeetes 'non frustra magna superbo
dicta volant' ait 'et vocem paria arma secuntur;
nec requies, quin Marte diem noctemque fatiget;
atque ubi Rhipaea stupuerunt flumina bruma,
iam pavidi cum prole Getae, iam pervigil illum
Medus et oppositis expectat Hiberia claustris.
hos autem quae quemque manus, quae signa seqnantur,
si memorem, prius umentem lux solverit umbram.
cras acies atque illa ducum cras regna videbis
dissona; saxiferae surgat qnibus imber habenae;
quae iaculo gens apta levi, quae picta pharetris
venerit. ingentes animo iam prospice campos,
atque hanc alipedi pulsantem corpora curru
Euryalen, quibus exultet Mavortia turmis
et quantum elata valeat peltata securi,
cara mihi et veras inter non ultima natas.'
fatur et occiduo libat cratera parenti.
quisque suis tum vota deis et pocula fundit,
dent aciem, dent belligeros snperare labores.

Ecce autem Geticis veniens Gradivus ab antris
ingentemque trahens arctoa per aequora nubem
aspicit Aeaea Minyas stupefactus in urbe
ambitumque senem promissaque vellera puppi

599 acactes *V* 602 riphea *V* 603 prole Getae] role g *i. ras. sec. ut videtur m. ser. in V* 604 plaustris *Heinsius* 605 quaecunque *ψ* manus *Cψ*: magnus *V* quae *C*: *om. V*, sua *ψ* 606 umbram *M*: umbra *V* 607 regna] signa *Heinsius*, castra *Burmannus.* Cras acies linguaque et cultu regna videbis Dissona *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VIII 723. Cras acies lingua et cultu cras regna videbis Dissona *idem in Bakii et Cobeti Mnemosyne vol.* X *p.* 132 608 arenae *C* 609 Quae *m*: Qua et *V* quae (picta) *ψ*: qui *V* 611 corpora *MC*: corporo *V*, cornua *Maserius adsentiente Heinsio qui et* sulcantem corpora *proposuit* cursu *Burmannus* 612 Euryalem *V* 616 suis *ψc*: suum *V* 617 dent (belligeros) *m*: dant *V* 619 sarctoa *V* 620 Acetae *C*, aetaea *m* minyas *m*: minys *V*, minyis *M* 621 pubi *Heinsius*

Thessalicae. citus ad summi stellantia patris
tecta ruit questuque Iovem testatur acerbo.
'quae studiis, rex magne, quies? iam mutua divi
exitia in solos hominum molimur honores,
teque ea cuncta iuvant, rabidam qui Pallada caelo
non abigis neque femineis ius obicis ausis.
num queror, extructa quod vexerit ipsa carina
vellera sacra meis sperantem avertere lucis,
quodque palam tutata viros? sic cetera pergat,
si valet. insidiis quid nunc fallacibus ambit,
nostra ut Phrixeo spolientur templa metallo?
non opus auxilio Colchis nec foedere vestro,
et Persen simul et Minyas deposcimus hostes.
quin age, quid tantae coeunt in proelia gentes?
quid tuus Aesonides? imus nos, protinus imus
in nemus auriferum et sumptis decernimus armis.
vel tu sola polo tacitis inopina tenebris
labere; quantus ibi deus experiere nec illas
adstiteris inpune trabes. an Martia templa
intemeranda minus, tantum mihi lucus et agger
quod rudis, et sola colimur si gentibus umbra?
est amor et rerum cunctis tutela suarum.
et tibi, magne pater, terris donaria certant,
est honor his etiam suus. ast ego clara Mycenes
culmina, virgineas praeder si Cecropis arces,

---

622 Thesalicae *V* 623 aceruo *V* 624 divi *Gronovius observ.* IV 21: uidi *Vc, servavit Vossius sed interclusit* 626 palladae aelo *V* 628 Non *Bon.* queror *m*: quaeror *V*, querar *C* extructa *M*: exfructa *V*, et structa *Heinsius* 631 quae *e.* quin *vel* qui nunc *aut* quid enim *Heinsius* 634 mynias *V*, minias *M* 635 Quidnam age *Heinsius* agae *V* tante *V* 641 tantum *antiquissimum exemplar Pii cum margine codicis Burmanniani*: tantus *V*, tacitus *C* lucus *C et antiquissimum exemplar Pii*: luctus *V* angor *M* 642 frigentibus *C.* cultus sis gentibus *legi in V non recte dixit Heinsius, qui inde effecit* et sola cultus si (*scil.* mihi) gentis ab umbra 643 est rerum *Burmannus* suarum *ψ*: suorum *V* 644 magne *ψc*: magna *V* 645 Esto honor *Heinsius* ast *Bon.*: *om. V*, anne *C*, atque *Burmannus* clara *C*: cara *V* Mycenes *Gronovius observ.* IV 21: mycenis *Vc* 646 praeder] aeder *i. ras. m. ut videtur sec. scr. in V* cecropis *m*: cecropias *V*

iam coniunx, iam te gemitu lacrimisque tenebit
nata querens. metuant ergo nec talia poscant.'

Non tulit haec animis, quin longa silentia Pallas
rumperet, inridens strepitumque minasque Gradivi.
'non tibi Aloidae, quibus haec fera murmura iactes,
non Lapithae, sed Pallas' ait; 'neque ego aegide digna,
nec vocer ulterius proles Iovis, excidat iste
ni tibi corde tumor: lituos miser armaque faxo
oderis et primis adimam tua nomina bellis.
quin simili matrem demens gravitate secutus:
digna quidem, monstrum superis quae tale crearit.
quod tamen adgressae scelus aut quo crimine sontes,
si iuvenem, qui iussa sui tam dira tyranni
inpavidus maria et nondum qui nota subibat,
iuvimus et magnis aliquam spem movimus ausis?
an nullas praeferre preces, nec foedera regis
ulla sequi, caeca sed cuncta inpellere pugna
debuimus? sic Thraces agunt, sic turbidus iste,
siqua petit. cuperem haec etiam nunc bella remitti
nec socias armare manus. da vellera, rector,
et medio nos cerne mari. quod sin ea Mavors
abnegat et solus nostris sudoribus obstat,
ibimus indecores frustraque tot aequora vectae?

---

648 poscant *Ald. e (in scholiis priori editioni adiectis haec adnotavit Carrio:* nec talia poscant] *sic liber manuscriptus. vet. cod.* nec talia possint): possint *V*, possunt *Bon.* 649 haec] hic *Heinsius* 650 gradiuit *V* 651 Aloidae *ψ*: aolidae *V*, Bystonidae *C* murmura *M*: mura *V*, iurgia *Heinsius* 652 aegidae *V*, aegida M 654 tumur *V*, *sed* tumor *corr. m. pr.* miser] mox *e* 656 *verba quae sunt* simili matrem gravitate secutus *Burmannus fatetur vix se intellegere, defendit Wagnerus. versum* 657 *qui parum convenit sermoni Minervae non dubito quin curis secundis poeta deleturus fuerit. cf. Il. E* 890 *sqq.* Dignam equidem monstrum superis quae tale crearit *Heinsius.* crearit *recepi pro* creavit, *quod est in Ve* 660 qui] sibi *Francius* 661 Iuuimus *M*: Viuimus *V* 662 nullas *m*: nulla *V* regis *Bon. e*: reges *V* 664 agant *Burmannus* Ister *Heinsius* 665 etiam nunc *s*: etiam num *Vψ* 667 cerne] ecce *Heinsius* 668 Abnegat *ψe*: Abneget *V*

fas aliquae nequeat.' sic femina. coeperat ardens
hic iterum alternis Mavors insurgere dictis.
excipit hinc contra pater et sic voce coercet.
'quid vesane fremis? cum vos iam poenitet acti
peccatumque satis, tunc ad mea iura venitis.
quolibet ista modo, quacumque inpellite pugna,
quae coepistis, habent quoniam sua fata furores.
te tamen hoc, coniunx, et te, mea nata, monebo:
sit Persen pepulisse satis, nec vana retentet
spes Minyas finemve velint inponere bello.
illum etenim talis rerum manet, accipite, ordo.
victa retro nunc castra dabit bellumque remittet
territus adventu ducis et virtute Pelasgi:
mox ubi Thessalicis referent hos flamina terris,
tunc aderit victorque domos et sceptra tenebit,
donec et Aeeten inopis post longa senectae
exilia, heu magnis quantum licet inpia fatis,
nata iuvet Graiusque nepos in regna reponat.
hic labor amborumque haec sunt discrimina fratrum.
vadite et adversis, ut quis volet, inruat armis.'
Dixerat. instaurat mensas pacemque reducit,
et iam sideream noctem dimittit Olympo.

670 Fas aliquae nequeat] *dedi Vaticani scripturam quae nondum probabiliter emendata est. olim conieceram* Pallas quid nequeat?, *nunc ante 670 versum intercidisse puto.* Fassaque quae nequeam *C*, Fas aliquem nequeat *Bon.*, Fas aliquid nequeat *Ald.*, Fasque nihil, nil iura queant *vel* Fassaque quid nequeam *Heinsius*, vecti *vel* passi Ferre aliquid nequeant *('ut respiciant haec verba ad Argonautas') Burmannus*, cassaque sic redeam *vel* cassaque sic redeat *'ut navis nostra intelligatur per aposiopesin' Slothouwer l. l. p.* 177, Fassaque, quae nequeam, sim femina? *Wagnerus* faemina *V* 672 cohereet *V*, coherecet *M* 675 Quolibet *m*: Quodlibet *V* 676 caepistis *V* 677 hoc] o *Heinsius* 679 finemue *M*: finenem *V* 680 accipite *MCAld.*: accipere *V*, exitus *Bon.* ordo *C*: ergo *Vψ* 683 referent *m*: reflerent *V* 685 acte eten *V*, actae et en *M* 686 inpia *m*: inopia *V. cf. Bentleius ad Hor. ep.* II 1, 6. in pia *Gronovius observat.* IV 21, inmanis quantum libet inpia facti *Heinsius*, heu magnis, quantumlibet impia, factis *Burmannus* 687 iuuet *C*: iubet *V* 688 amborumque *c*: amborum *Vψ*, amborum est *m* sunt haec *Ald.* 691 sidereo *Heinsius* demittit *Bon.*

tunc adsuetus adest Phlegraeas reddere pugnas
Musarum chorus et citharae pulsator Apollo,
fertque gravem Phrygius circum cratera minister.
surgitur in somnos seque ad sua limina flectunt.

---

692 phlegraeas reddere *C et Pius*: phlegyas qui reddere *V*, phlegraeas qui reddere *ψ* 693 citharae pulsator *ψ*: cithara pulsatur *V* 695 limina *ψ*: lumina *V*

G . VALERI . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON EXPLICIT LIBER V INCIPIT LIBER SEXTVS. *V*
C . VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . QVINTVS . LIBER . EXPLICIT . INCIPIT . SEXTVS *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER SEXTVS.

At vigil isdem ardet furiis Gradivus et acri
corde tumet, nec quas acies, quae castra sequatur,
invenit; ire placet tandem praesensque tueri,
sternere si Minyas magnoque rependere luctu
regis pacta queat Graiamque absumere pubem.
inpulit hinc currus, monstrum inrevocabile belli
concutiens, Scythiaeque super tentoria sistit.
protinus e castris fugit sopor; excita tela,
turbati coiere duces: hos insuper ingens
fama movet, rate quae sacra vulgabat Achivos
advenisse sui repetentes vellera Phrixi,
quos malus hospitio iunctaque ad foedera dextra
Inserit Aeetes adque in sua traxerit arma.

Ergo, consiliis dum nox vacat alta movendis,
legatos placet ire duces, mandataque Perses
edocet, adfari Minyas fraudemque tyranni
ut moneant. quinam hinc animos averterit error?

---

1 hisdem *VC.* his furiis ardet *ψ* gradibus *V* 2 nec *M:* ne *V* sequantur *M* 3 tandem *m:* tandemque *V* presensque *V* tueri *C:* uideri *Vψ* 4 mynias *V* 5 queat *m in marg.:* q; ad *V* gratamque *V* pubem *ψ:* puppem *V*, puppim *c* 9 coire[e] *M:* coire *V* 10 uulgauat *V* 11 repetentes *m in marg.:* repente *V* 13 aeaetes *V* 14 fovendis *Heinsius* 15 duci *Burmannus* mandataque Perses Edocet effari Myniis *Bulaeus.* Legatos placet ire duces, mandataque Persei Edere et effari Minyis de fraude tyranni: Tum moneant, quinam *e. q. s. Heinsius*

se primum Haemoniis hortatum ea vellera terris
reddere et exuvias pecudis dimittere sacrae:
hinc odium et tanti venisse exordia belli.
quin potius dextramque suam suaque arma sequantur,
aut remeent; neque enim Aeetae promissa fidemque
esse loco; abstineant alienae sanguine pugnae.
non illos ideo tanti venisse labores
per maris. ignotis quid opus concurrere nec quos
oderis? haec medio Perses dum tempore mandat,
aureus effulsit campis rubor, armaque et acres
sponte sua strepuere tubae. Mars saevus ab altis
'hostis io,' conclamat equis 'agite ite, propinquat,'
ac simul hinc Colchos, hinc fundit in aequora Persen.
tunc et quisque suis commisit proelia telis,
voxque dei pariter pugnas audita per omnes.

Hinc age Rhipaeo quos videris orbe furores,
Musa, mone; quanto Scythiam molimine Perses
concierit, quis fretus equis per bella virisque.
verum ego nec numero memorem nec nomine cunctos
mille vel ora movens; neque enim plaga gentibus ulla
ditior: aeterno quamquam Maeotia pubes
Marte cadat, pingui numquam tamen ubere defit,
quod geminas arctos, magnumque quod inpleat anguem.
ergo duces solasque, deae, mihi promite gentes.

---

18 ea *deleverunt m et Heinsius, qui et* hortatum et vellera *proposuit* 22 aeacte *V* 23 alienae a sanguine *C*, alieno a sanguine *codex Burmanni* 24 tantos *Ald.* 25 ignoti. *sublata post* maris *interpunctione ψ.* Anne illos ideo tanti venisse laborem Per maris? ignotis *e. q. s. Heinsius* 27 Aereus *idem* effulsit *m:* et fulsit *V* 28 crepuere *Heinsius* ab *m:* ob *V* 29 i. o. *V* agite ite propinquat *m:* agite ite ite propinquat *V*, ite ite propinquat *Burmannus coniecit* 30 persen *m:* persem *V* 31 quisque *Burmannus:* quaeque *Vψe Heinsius* committit *Carrionis sec. et Burmannus* telis *Aldum secutus Burmannus:* terris *V Bon.e*, turmis *Heinsius. librorum scripturam infeliciter defendit Dureau de Lamalle* 33 Nunc *Heinsius* ripheo[a] *V* 38 alterno *Burmannus* maeotica *m* 39 urbe *M* 40 geminas *m:* geminos *V* anguem *m:* angue *V* 41 promi//te *(una litera erasa est) V*

Miserat ardentes, mox ipse secutus, Alanos
Heniochosque truces iam pridem infensus Anausis,
pacta quod Albano coniunx Medea tyranno;
nescius heu, quanti thalámos ascendere monstri
arserit atque urbes maneat quí terror Achaeas,
gratior ipse deis orbaque beatior aula.
proxima Bisaltae regio ductorque Colaxes,
sanguis et ipse deum, Scythicis quem Iuppiter oris
progenuit viridem Myracen Tibisenaque iuxta
ostia, semifero (dignum si credere) captus
corpore, nec nymphae geminos exhorruit angues.
cuncta phalanx insigne Iovis caelataque gestat
tegmina dispersos trifidis ardoribus ignes;
nec primus radios, miles Romane, corusci
fulminis et rutilas scutis diffunderis alas.
insuper auratos collegerat ipse dracones,
matris Horae specimen, linguisque adversus utrimque
congruit et tereti serpens dat vulnera gemmae.
tertius unanimis veniens cum milibus Auchus
Cimmerias ostentat opes, cui candidus olim
crinis inest, natale decus; dat longior aetas
iam spatium triplici percurrens tempora nodo;
demittit sacro geminas a vertice vittas.
Datin Achaemeniae gravior de vulnere pugnae
misit in arma Daraps, acies quem Martia circum
Gangaridum, potaque Gerus quos efferat unda,

---

44 coniunx *m:* condux *V* 47 Gratior *M:* Cratior *V* 48 Proximaque *Bon.* bis altae *m:* bisaltae *V*, bis alte *Bon.* legio *Pio praeeunte Heinsius* Coraxes *Pius* 50 miracen *C*, Maracen *Ald. probante Wagnero*, Tmyracen *Heinsius 'ut contracte sic dicatur, quae Ptolemaeo est Tamyrace'* sacvaque *Bon.*, Pytisenaque *quosdam scripsisse Pius*
h
testis est, Tibarenaque *Heinsius* 52 exorruit *V* 56 Fulminis *m:* Fluminis *V* diffuderis *ψ*, *quod si retineatur Heinsius v.* 55 ne *pro* nec *scribendum esse dicit* 58 Orac *ψ* uterque *Ald.* 60 Anchus *Ald.* 62 stat aënea cassis, In spatium triplici percurrens tempora cono *Heinsius* 65 Dat in *Mψ*, Dathin *C* Achaemeniae *Ald.:* achae-
d
moniae *V*, Achimeniae *C* 66 Claraps *C* 67 Gangarium *V*, Dandaridum *Schraderus observ. p.* 10

qnique lacum cinxere Bycen. non defuit Anxur,
non Rhadalo cum fratre Sidon, Acesinaque laevo
omine fatidicae Phrixus movet agmina cervae.
ipsa comes, saetis fulgens et cornibus aureis,
ante aciem celsi vehitur gestamine conti
maesta nec in saevae lucos reditura Dianae.
movit et Hylaea snpplex cum gente Syenen
inpia germani praetentans volnera Perses.
densior haut nsquam nec celsior extulit ullas
silva trabes, fessaeque prius rediere sagittae
. . . .
quin et ab Hyrcanis Titanius expulit antris
Cyris in arma viros, plaustrisque ad proelia cunctas
Coelaletae traxere manus; ibi sutilis illis
et domus et crudo residens sub vellere coniunx
et pner e primo torqnens temone cateias.
linquitur abruptus pelago Tyra; linquitur et mons
Ambenus et gelidis pollens Ophiusa venenis.
degeneresque ruunt Sindi glomerantque paterno
crimine nunc etiam metuentes verbera turmas.
hos super aeratam Phalces agit acquore nubem

---

68 Bicen *Ald.c. Plinio nat. hist.* IV 84 Buges *est* 69 radalo *V*, Rodalo *C* (Radalo *esse in codice suo Carrion in scholiis dixerat*) Sydon Aeesinaque *Bon.:* sidonya caesinaque *V*, sydona caesinaque *M* (a *in* sydona *post deletum*), Fidon Iaecesinaque *C*, Sydon ecsinaque *Ald.*

70 Chrixus *Heinsius* 71 conibus *V* (r) 73 nec in *Ald. probante Heinsio:* necis *V Bon. c*, metis *M* lucos *Heinsius:* lneo *V ψe* 74 hylea *V* syenen *m:* syrenen *V*, Sirenem *C Bon.*, Sienem *Ald.*, Sydenen *Heinsius. cf.* 704 75 practendens *Slothouwer l. l. p.* 178 *post* 77 *versus intercidit in VC, in ψ hic legitur* Arboris ad summum quam pervenere cacumen, *quem omnes editores receperunt* 79 Hercinis *fuerunt qui scriberent Pio teste* 80 Cyris *Ald.c:* Ciris *V*, Cyrus *Bon.* vectas *vel* innctas *Heinsius* 81 Coelaletae *scripsi. cf. Tacit. Ann.* III 38, *Plin. nat. hist.* IV 41 *ubi* Coeletae *scripsit Silligius:* Cocia laetae *V*, Cocialacta *M*, Coraletae *C*, Cocialeae *ψ* suttilis *V*, futilis *M* 82 vulnere *C* 84 abruptis *Bon.* 85 Embolus *Bon.* gelidi — veneni *Heinsius* pallens *Burmannus* 88 His *vel* Hoc super *Heinsius* aerectam *M*, erectam *ψ*. elatam — nubem (*'pulveris videlicet'*) *Heinsius*, aeratam — pubem *Burmannus adstipulante Wagnero*

cum fremitu, densique levant vexilla Coralli,
barbaricae quis signa rotae ferrataque dorso
forma suum truncaeque Iovis simulacra columnae;
proelia nec rauco curant incendere cornu,
indigenas sed rite duces et prisca suorum
facta canunt veterumque viris hortamina laudes.
ast ubi Sidonicas inter pedes aequat habenas,
illinc iuratos in se trahit Aea Batarnas,
quos, duce Teutagono, crudi mora corticis armat
aequaque nec ferro brevior nec rumpia ligno.
nec procul albentes gemina ferit aclyde parmas,
hiberni qui terga Noae gelidumque securi
eruit et tota non audit Alazona ripa;
quosque Taras niveumque ferax Evarchus olorum.
te quoque venturis, ingens Ariasmene, saeclis
tradiderim, molem belli lateque ferentem

---

94 Fata *MBon. idem legi in V Heinsius adfirmavit* 95 Sindonicas *Bon.* equat *V* '*fortasse scribendum* Ast ibi Sidonicas acer pedes aequat habenas *vel* inter pedes errat habenas. *nisi sub voce* inter *peculiare aliquod nomen gentis deliteseeret. sed cum Sidonas in Basternarum gente recenseat, ac illorum partem faciat Strabo* (VII *p.* 306) *videtur corrigendum, ne eiusdem populi bis meminerit* Post Essedonicas inter pedes errat habenas *vel* Hinc Assedonias' *Heinsius.* '*censeo cum Heinsio*, Issedonias *esse rescribendum et in voce* inter *latere nomen populi: vel forte legendum* Hinc Issedonias mixtus pedes aequat habenas *ut Issedonum copias aequo peditum et equitum numero constare dicat.*' *Burmannus.* Est ubi *(i. e. hinc)* Sidonicas inter pedes aequat habenas *Wagnerus. ego nihil mutare malui; nam post* 95 *versus non nulli intercidisse videntur, quibus fortasse reliquae gentes, in quas Bastarnas divisos esse Strabo docuit, enumeratae erant* 96 in se]
t
secum *CAld.* aca *M* Exabaternas *C* (Exabatarnas *in codice suo legi in scholiis dixerat Carrion*), Aeabatarnas *Ald.* 97 ducete nt agono *V* 98 ne rumpia *M* 100 Tybarni *Bon.* Noae *cui debeatur nescio:* nouae *Vψ*, Norae *C* 101 tuta *vel* tacita *Heinsius* 102 *Wagnero post* 98 *ponendus esse videtur, ut* quosque *pendeat ab* armat *i. e. armatos mittit. sed ante* 102 *versum intercidisse probabilius est.* Tarax *C*, Tyras *vel* Teras *vel* Torus *Pius.* Torus *probavit Wagnerus* niueumque *M*: niuemque *V* 104 lateque furentem Vndique falcato deserta per aequora curru *Heinsius*, molem late lateque ferentem. *Burmannus, cuius codex exhibebat* molem belli, late lateque ferentem

undique falcatos deserta per aequora currus.
insequitur Drangaea phalanx claustrisque profusi
Caspiadae, quis turba canum non segnius acres
exilit ad lituos pugnasque capessit eriles;
inde etiam par mortis honos, tumulisque recepti
inter avos positusque virum; nam pectora ferro,
terribilesque innexa iubas ruit agmine nigro
latratuque cohors, quanto sonat horrida Ditis
ianua vel superas Hecates comitatus in auras.
ducit ab Hyrcanis vates sacer agmina lucis
Vanus; eum Scythiae iam tertia viderat aetas
magnanimos Minyas Argoaque vela canentem.
illius et dites monitis spondentibus Indi
et centumgeminae Lagea novalia Thebes
totaque Rhipaeo Panchaia rapta triumpho.
discolor hastatas effudit Hiberia turmas,
quas Otaces, quas Latris agunt et raptor amorum
Neurus, et expertes canentis Iazyges aevi.

---

105 *post* currus *distingui nolebat Burmannus, ut* falcatos — currus *penderet ab* insequitur 106 Drangaea *Ald. cf. Plin. nat. hist.* VI 61: drancea *V*, Drancaea *C* 110 positique *Heinsius*, proavosque *Peerlkampus ad Verg. Aen.* VII 56 *et in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 144. *ad versum Aeneidos haec est eius adnotatio: Flaccus de canibus dixit* avos et proavos, *ut Virgilius in Georgicis* avi numerantur avorum *de apibus*
111 iuuas *V* 112 Latratuque *m:* Latratu *V* dictis *M* quanto tonat horrida Ditis Bellua *Friesemannus l. l. p.* 108 113 in auras *codex Burmanni:* in aulas *VBon.*, ad aulas *C habere Carrion dixit in scholiis*, ad auras *in castigationibus*, ad aulas *Ald.* 114 hircanis *V* uates sacer *m:* uatesacer *V* 115 Vanus] *dedi quod legitur in Vψ:* Varus *C*, Vannis *Pius*, Varnus *Maserius*, Aunus *Heinsius. fortasse* Vannus. *nam* Vannius *rex commemoratur a Tacito ann.* II 62 *et* XII 29 aetas *MC:* aestas *V probante Vossio* 116 argoatque *V* (t *post erasum est*)
118 Lagea *Gronovius observ.* I 18: lagae *V*, laiae *m*, longaeua *C*, Lagi *ψ* navalia *Bon.* centumgeminae — Thebae *'per adpositionem' Heinsius* 119 riphaeo *V* 121 Qua sotaces *M*, Quas Sotaces *mψ* agnorum *Andreas Schottus*, agrorum *vel* Amadocum *G. Vossius de arte grammatica* II 16 *(pag.* 170 *ed. Hal.)*, avorum *Isaacus Vossius.* agrorum *probavit Heinsius* 122 Iazyges *Burmannus:* iazies *V*, iazices *MBon.*, Jazyces *Ald.c*

namque ubi iam viresque aliae notusque refutat
arcus et inceptus iam lancea temnit erilis,
magnanimis mos ductus avis, haut segnia mortis
iura pati, dextra sed carae occumbere prolis,
ense dato; rumpuntque moras natusque parensque,
ambo animis, ambo miseri tam fortibus actis.
hic et odorato spirantes crine Siraci
Cessaeaeque manus, et qui tua iugera nondum
eruis, ignotis insons Arimaspe metallis.
doctus et Auchates patulo vaga vincula gyro
spargere et extremas laqueis adducere turmas.
non ego sanguineis gestantem tympana bellis
Thyrsageten cinctumque vagis post terga silebo
pellibus et nexas viridantem floribus hastas.
fama, ducem Iovis et Cadmi de sanguine Bacchum
hac quoque turiferos, felicia regna, Sabaeos,
hac Arabas fudisse manu; mox rumperet Hebri

---

123 alie *V*. iam effoetae *vel* invalidae vires *aut* iam vires cassae *vel* quassae *Heinsius* notusque refutat arcus *Pius*: notusque refutat Argus *VBon.*, notusque refutat Angor *Sabellicus*, motusque refutat Arcus *Heinsius*. Namque ubi iam vires aliae, ignotasque refutat Arcus, et inceptus iam lancea temnit heriles *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 287 124 temnit *M*: temnita *V* aeriles *M* 125 Magnanimus (i) *V* mox *M* ductus *Ald.e*: dictus *VBon.*, *probavit Heinsius* aut *V* Martis iura *laudat Peerlkampus ad Hor. carm.* I 28, 32 *ed. sec.* 126 care *V* prolis *M*: prolcs *V* 128 miseris *M* 129 odorato spirantes *mCAld.*: odorataspirantes *V*, odoratas spirantes *Bon.* Siraci *scripsi*: mycael *V*, mycael (i) *m*, Micelae *C (idem proposuerat Pius)*, Michael *Bon.*, Meletae *Ald.*, Metletae *Sabellicus* 130 Cessceaeque *V*, Caessaeaeque *M* mauus *V* 132 auchaees *M*, Auchaces *Bon.*, Anchaces *Ald.* eava vincula *Heinsius* gyro *C*: cyro *Vψ* 135 Thyrsageten *Ald.*: *in V quid sit difficile est significatu; nam* Tyrsag *literas sequitur scripturae compendium, cuius ductus adeo sunt perplexi, ut quid sibi velit neque ego intellexerim neque intellexisse videantur qui ante me illo codice usi sunt.* Tyrsagerit̄ *M* (īt *a m. sec.*), Tyrsagetem *Bon.* terga *M*: erga *V* 136 uiritantem *V*, vibrantem *Bulaeus.* et nexis viridantem floribus hastas *Vossius* 139 duxisse *Ald.* manu *Pius Ald.*: manum *V*, manus *Bon.*

cum vada, Thyrsagetas gelida liquisse sub arcto.
illis omnis adhuc veterum tenor et sacer aeris
pulsus et eoae memoratrix tibia pugnae.
iungit opes Emoda suas; sua signa secuti
Exomatae Torynique et flavi crine Satarchae;
mellis honos Torynis, ditant sua mulctra Satarchen,
Exomatas venatus alit, nec clarior ullis
arctos equis; abeunt Hypanin fragilemque per undam
tigridis aut saevae profugi cum prole leaenae,
maestaque suspectae mater stupet aggere ripae.
inpulit et dubios Phrixei velleris ardor
Centoras et diros magico terrore Choatras.
omnibus in superos saevus honor, omnibus artes
monstrificae: nunc vere novo conpescere frondes,
nunc subitam trepidis Maeotin solvere plaustris.
maximus hos inter Stygia venit arte Coastes;
sollicitat nec Martis amor, sed fama Cytaeae
virginis et paribus spirans Medea venenis.
gaudet Averna palus, gaudet iam nocte quieta
portitor et tuto veniens Latonia caelo.
ibant et geminis aequantes cornibus alas
Balloniti comitumque celer mutator equorum
Moesus et ingentis frenator Sarmata conti.

---

140 iuga *C.* Haemi — iuga *Burmannus* thyrsagatas *Vψ* 142 aeoae *V* 143 Emoda *Bon.:* Emeda *VAld.*, Eumeda *C* 144 Axamatae *Bon.*, Iaxamatae *Pius* Torinique *ψc* satharchae *Vψ* 145 onor *V* satarchen *m:* satarchem *V* 146 Ixamatas *Bon.*, Iaxamatas *Ald.* 147 facilemque *in V legi non recte dixit Heinsius, qui coniecit* Tanaimque per udum *aut* Sagarimque per udum 148 saeue *V* 149 Mestaque *V* 152 Omnibus hinc saevus superis *Bon.* onor *V* omhibus *V* artes *m:* artus *V* 153 Monstrifice *V* 154 solidam *Burmannus proposuit*, subitam *siquem offenderet* tepidis — claustris *Heinsius, cum in codice regio legisset* tepidis — plaustris meotin *V* 155 Maximos *M* (Maximus *corr. m*) choastes *Mc*, Cohastes *Ald.* 156 citeae *V* 157 ucn enʹſ *V (et signum quod est* ‿ *additum a m. sec. et* i *insertum)* 159 toto *Mψ* 160 equantes *V* 161 Ballo noti *ψ*, Bellonoti *Maserius* 162 Mesus *ψ*, Nesus *Maserius* sarmenta *M* (sarmata *corr. m*), Tarmata *Ald.* canthi *Sabellicus*

nec tot ab extremo fluctus agit aeqnore, nec sic
fratribns adversa Boreas respondet ab unda,
aut is apud fluvios volucrum sonus, aethera quantus
tunc lituum concentus adit lymphataqne miscet
milia, qnot foliis, quot floribus incipit annus.
ipse rotis gemit intus ager, tremibundaque pulsn
nutat humus; qnatit ut saevo cum fulmine Phlegram
Iuppiter adque imis Typhona reverberat arvis.

Prima tenent illinc patriis Absyrtus in armis
et gener ingentesqne inter sna milia reges.
at circa Aesoniden Dananm manns ipsaqne Pallas
aegide terrifica, qnam nec dea lassat habendo
nec pater horrentem colnbris vultuqne tremendam
Gorgoneo. nec semineces ostendere crines
tempus adhnc, primasque sinit concurrere pngnas.
inpulit hos contra Mavors pater et mala leti
Gaudia Tisiphoneqne capnt per nnbila tollens
ad sonitum litui mediaque altissima pngna,
necdum clara, quibus sese Fnga mentibus addat.

Illi ubi consertis iunxere frementia telis
agmina virque virum galeis adflavit adactis,
continno hinc obitus perfractaque caedibns arma,

---

163 Non tot *Pius* ait (g) *V* equore *V* 164 respondet *M:* respondit *V* 165 aut is] Auctus *Bon.*, Nec tot *Ald.*, Tantus *vel* Quantus — tantus *Pius*, Haud is *Friesemannus l. l. p.* 109 165 sonus *ψ*: clamor *V*, canor *Heinsius.* quatit aethera clamor *C* 166 concentus *CBon.:* conceptus *VAld.* agit *C* limfata *V* 167 quot — quot *M:* quod — quod *V* induit *Pius* 168 tremit *Pius* ictus *Heinsius* 169 quatis *M* seuo *V* fulmine *ψ*: flumine *V* phlegram *M:* phlegra *V* 170 Typhona reverberat *Bon.:* typhea (typhoea *m*) uerberat *VC* armis *M*, antris *Sabellicus* 171 absirtus *V* 174 Aegidae *V* laxat *Pius* 176 semineces *M:* seminecis *V* ('seminctis *in primo Vaticano. latet aliud quid.*' *Heinsius*), saxificos *Friesemannus l. l. p.* 109 179 capud *V* nubula *V* 180 atsistunt (sonitū) *V* (sonitū *utrum a prima an a secunda manu additum esset discernere non potui*), At sonitum *M*, Ad sonitus *ψ* 181 certa *Pius* addat *ψ*: addant *V* 182 iuxere *V* 183 gladiis *I. Columbus*

corporaque, alternus cruor alternaeque ruinae;
volvit ager galeas et thorax erigit imbres
sanguineos; hinc barbarici glomerantur ovatus,
hinc gemitus, mixtaeque virum cum pulvere vitae.
Caspius Aeaeum correpto crine Monesen
abstulit; hunc pariter Colchi Graique secuntur
missilibus; rapit ille necem praedamque relinquit,
nec sociis iam cura viri. Dipsanta Caresus
Strymonaque obscura spargentem vulnera funda
deicit; Albani cadit ipse Cremedonis hasta,
iamque latet currusque super turmaeque feruntur.

Processere Melas et Idasmenus; incipit hasta
ante Melas, levis ast abies elusit utrumque.
ensibus inde ruunt; prior occupat aere citato
cassidis ima Melas; infracta est vulnere cervix.
mixta perit virtus: nescit cui debeat Ocheus,
aut cui fata Tyres. dum sibila respicit Iron
cuspidis Argivae, Pyliam latere accipit hastam.

Viderat Hyrcanos paribus discurrere fratres
Castor equis, pater armento quos dives ab omni
nutrierat fatisque viam monstrarat iniquis.
tum magis adque magis peditem candore notato
Tyndariden incendit amor, simul obvius hastam
pectus in adversum Gelae iacit alipedemque

---

185 ruine *V* 186 torrens *Sabellicus* egerit *C* 188 mixteque *V* uite *V* 189 eaeum *V*, Aetaeum *C* 190 hunc *Bon.*: hinc *V Ald.* sequuntur *V* 191 predamque *V* relinquid *V*, reliqui *Ald.* 192 disanta *M*, dissanta *m* 193 Strymoniaque *V* 194 cadit] Cader *Ald.* cremedonis *m*: chremodonidis *V*, cremedonidis *M*, Chremedonis *C*, medonidis *ψ* 195 *et* 96 *desunt in C* 196 et Idasmenus *Bon. c*: fidasmenus *V* (*omisso* et), et Fidasmenus *Ald.* incitat hastam *vel* inruit hasta *Heinsius* 197 hast *V* utrimque *V*, utrunque *M* 198 Ensibus inde *M*: Ensibus insibus *V* furunt *Heinsius* aere citato *M*: aerigitato *V*, aera Cytaeae *Heinsius* 200 Mixta perit virtus *habet Parisinus* 7647 *ad librum quintum relata* Oebreus *C* 202 Cupidis *V* 205 fatisque *m*: fratrisque *V*, fatis *M* monstrarat *M*: monstrat *V* 207 Tindaridem *V* hastam *ψ*: hasta *V* 208 Gelae iacit *codex regius Heinsii*: gleacit *V*, graviter iacit *C*, subito iacit *ψ*

constitit excusso victor duce; risit ab alta
nube pater prensisque equitem cognovit habenis.
at pariter luctuque furens visuque Medores
Tyndariden petit et superos sic voce precatur:
'hunc age vel caeso comitem me reddite fratri,
primus et hic nostra sonipes cadet impius hasta,
credita qui misero non rettulit arma parenti
meque venit contra captivaque terga ministrat.'
dixerat; Actaei sed eum prior hasta Phaleri
deicit; ad socias sonipes citus effugit alas.

Quis tibi fatales umquam metuisset Amyclas
Oebaliamque manum, tot, Rhyndace, montibus inter
diviso totidemque fretis? cadit inpiger una
inguine transfosso clari Taulantis alumnus
semidea genetrice Tages, cui plurima silvis
pervigilat materna soror cultusque laborat.
tenuia non illum candentis carbasa lini,
non auro depicta chlamys, non flava galeri
caesaries pictoque iuvant subtegmine bracae.
iamque novus mediae stupefacta per agmina pugnae
vadit eques densa spargens hastilia dextra,
fulmineumque viris proturbans ingerit ensem
huc alternus et huc; cum saevior ecce iuventus

---

209 Insilit *Heinsius*, Conripit *Wagnerus* vector *Vossius* 210 premissisque *M* (primisqne *corr. m*), pressisque *Bon.* 211 iussuque *M*, risuque *Pius*, nisuqne *Heinsius* Medontes *ψ* 213 Nunc *Bon.* mer&dite *V* Huno ego: vel caeso comitem me reddite fratri *'ut sit abruptus sermo.' Burmannus* 214 cadat *Mψ* 217 Actaei *C*: actei *V*, aeaei *Bon.*, Aeacti *Ald.* Phaleri *C*: parenti *V*, parentis *ψ*, Darentis *Maserius* 220 hryndaco *V*, rhindace *M* 222 alumnus *M*: alumnis *V* 223 cui plurima telis *vel* plnrima telae Pervigilat nocturna soror *Heinsius* 225 splendentis *C* caruasa *V* lini *C*: nili *V Ald.*, villi *Bon.* 226 clamis *V* 227 subtemine *C* 228 *huc transpositus est in M, post 245 legitur in V* medie *V* stipata *Heinsius* 229 densa *om. M* 230 proturbans *C*: profundis *V*, profundens *Mψ*. *fortasse* propendens. *cf.* VII 588 231 hunc — hunc *Ald.* seuior *V*, crebrior *Heinsius*

Sarmaticae coiere manus fremitusque virorum
semiferi; riget his molli lorica catena;
id quoque tegmen equis; at equi porrecta per armos
et caput ingentem campis hostilibus umbram
fert abies obnixa genu vaditque virum vi,
vadit equum, docilis relegi docilisque relinqui
atque iterum medios non altior ire per hostes.
orbibus hos rapidis mollique per aequora Castor
anfractu levioris equi deludit anhelos
inmemoresque mori; sed non isdem artibus aeque
concurrunt ultroque ruunt in funera Colchi.
Campesus inpacta latus inter et ilia quercu
tollitur ac mediam moriens descendit in hastam.
Oebasus infestum summisso poplite Phalcen
evasisse ratus laevum per luminis orbem
transigitur; tenerae liquuntur vulnere malae.
contra autem geminis fidens thoracibus ictum
sustulit et gladio Sibotes ferit ultima teli,
nequiquam; iam cuspis inest, nec fragmina curat
Ambenus et trunco medium subit Ocrea ligno.
seminecem Taxes Hypanin vehit adque remissum
pone trahit fugiens et cursibus exuit hastam;
dumque recollectam rursus locat, inruit ultro
turbatumque Lacon et adhuc invadit inermem.
inpulit adverso praeceps equus Onchea conto

---

232 coiere *m*: coire *V* fremitusque *ψ*: fremituque *V* 234 equis at equi *Ald.*: quis agequi *V*, equis age qui *M*, equis agitur *C*, avis at equi *Bon.*, equi, sed equi *Pius* armos *m*: armas *V* 235 capud *V* 236 virum vis *Heinsius* 237 equi *Pius* religi *V* 238 non lentior *vel* non tardior *vel* audentior *Heinsius*. tardior *placuit Wagnero* ostes *V* 239 rabidis *c*, rapidus *Burmannus* mollique] volucrique *Heinsius* 241 mori] sui *Heinsius* hisdem *V* 244 discendit *V*, desidit *Heinsius* 246 leuum *V* 247 Transfigitur *Bon.* tenerae *Cψ*: tenero *V* liquuntur *CAld.*: linquuntur *VBon.* maleae *M* 248 toracibus *V* 249 Sustinet *Heinsius* 250 Nequiquam *m*: Necquiquam *V* 251 subit *M*: subi *V* Otrea *Ald.c* 253 Ponet *V* atque remissam Pone trahit fugiens et calcibus exuit hastam *Heinsius* 254 ultor *idem* 256 Ochea *ψ* contho *V*

nequiquam totis revocantem viribus armos.
in latus accedit sonipes; accedit et ipse
frigidus; arma cadunt, rorat procul ultima cuspis.
qualem populeae fidentem nexibus umbrae
siquis avem summi deducat ab aere rami,
ante manu tacita cui plurima crevit harundo;
illa dolis viscoque super correpta tenaci
inplorat ramos adque inrita concitat alas.

Parte alia infestis (nam fors ita iunxit) in armis
Styrus adest, laetusque virum cognoscit Anausis,
et prior 'en cuius thalamis Aeetia virgo
dicta manet nostrosque feret qui victor amores.
non' ait, 'invitoque gener mutabere patri.'
tum simul adversas conlatis cursibus hastas
coniciunt; fugit adductis Albanus habenis
saucius adque datum leto non sperat Anausin,
nec videt. ille autem telo moribundus adacto
'ad soceros pactaeque sinus en coniugis' inquit,
'Styre, fugis, vulnus referens, quod carmine nullo
sustineat nullisque levet Medea venenis.'
dixerat, extremus cum lumina corripit error,
voxque repressa gelu percussaque vertice tellus.

Hinc animos acies auget magnoque doloris
turbine Gesandrum Mavors rapit: ille morantes

---

258 '*Heinsius malebat* assedit' *Burmannus* *versuum* 258 *et* 259 *quae sit sententia non assequor. fortasse post* 258 *versus non nulli interciderunt, cum praesertim, ut vidit Wagnerus, comparatio quae sequitur cum iis quae praecedunt nullo vel tenuissimo filo cohaereat.* 261 aere] arbore *C* 262 Arte *Sabellicus* crescit *Bon.*, credit *Ald.* 263 tenaci *Friesemannus l. l. p.* 110: sequaci *Vψc* 265 fors ita iunxit *CBon.*: forsitan iuncxit *V*, forsan iunxit *m*, fors adiunxit *Ald.*, fors ita duxit *vel* fors rata iunxit *Heinsius* in armis *ψ*: inanis *V* 266 laetusque viri *Heinsius* Anausis *Peerlkampus ad Verg. Aen.* I 441: anausim *V*, anausin *M* 267 thalamos *Heinsius* caetia *V* 269 En ait *C* mutauere *V* 270 conlatis viribus *Heinsius* 271 Conitiunt *V* 275 vulnusque refers (s above) *Heinsius* 276 nullique *V* 277 horror *Ald.* 279 animos acres '*scilicet Mavors*' *Heinsius* magnoque doloris *C*: magnosque dolores *Vψ* Haec animos facies auget, magnoque doloris Turbine *Burmannus*

increpat et stricto sic urguet Iazygas ense:
'nempe omnes cecidere senes, nempe omnis ademptus
ante pater. quae vos subito tam foeda senectus
corripuit fregitque animos adque abstulit iras?
aut mecum mediam, iuvenes, agite ite per urbem
Argolicamque manum, aut caris occumbite natis.'
inruit et patrias coeptis ferus advocat umbras.
'sancte mihi Vorapte pater, tua pectora nato
suggere nunc animamque parem, si fata peroso
tarda tibi turpesque moras non segnius ipsi
paruimus parvique viam didicere nepotes.'
haec ait, auditusque Erebo. tunc corripit ensem
turbidus et furiis ardens quatit arma paternis.
indigenis sacratus aquis magnique sacerdos
Phasidis Arctois Aquites errabat in armis,
(populeus cui frondis honor conspectaque glauco
tempora nectuntur ramo) te, Cyrne, parentis
immemorem durae cupiens abducere pugnae;
iamque omnes inpune globos diversaque lustrans
agmina, quem quaerit, nusquam videt, adque iterum intrat
vociferans, iterum belli diversa peragrat;
lancea caeruleas circum strepit incita vittas.
opprimit admissis ferus hunc Gesander habenis.
ille manum trepidans adque inrita sacra tetendit,
'teque per hanc' inquit 'genitor tibi si manet, oro

281 sic urget ψ: sigurgit *V* iazicas *V Bon.* 283 feda (with o above) *V* 285 Aut mecum Aeacum iuvenes, agite, ite per hostem *Heinsius* 286 claris occumbite factis *Ald.*, claris occumbite fatis *Carrion coniecit* 287 aduaocat *V* 289 Sugere (with g above) *V* 291 viam *C Ald.*: eam *V*, etiam *Bon.* didicere *M*: dedicere *V* 292 auditurque *c* 295 *Pius quosdam scripsisse dixit* Arctois equitans errabat in arvis *alios* Arctois equites terrebat in arvis 296 populeus — ramo *parenthesi inclusit Burmannus* Pupuleus *V* contectaque *Heinsius* 300 quem quaerit nusquam *C*: non usquam *omissis* quem quaerit *V* *puncto post* videt *posito* utque *coniecit Burmannus* instat *Heinsius* Agmina, non usquam videt atque iterum intrat in aequor ψ 303 amissis ψ hinc *Burmannus* 305 inquit genitor *C*: genitor inquit *V* ψ

canitiem, conpesce minas et sicubi nato
parce meo.' dixit. contra sic victor adacto
ense refert: 'genitor, turpi durare senecta
quem mihi reris adhuc, ipse hac occumbere dextra
maluit adque ultro segnes abrumpere metas.
et tibi si pietas nati, si dextra fuisset,
haut medii precibus tereres nunc tempora belli,
praeda future canum. iuveni sors pulchrior omni;
et certasse manu decet et caruisse sepulchro.'
dixerat; ille deos moriens caelumque precatur,
dextera ne misero talis foret obvia nato.

Te quoque, Canthe, tui non inscia funeris Argo
flevit ab invita rapientem tela carina.
iam Scythicos miserande sinus, iam Phasidis amnem
contigeras, nec longa dies, ut capta videres
vellera et Euboicis patrios de montibus ignes.
illum, ubi congressu subiit Gesander iniquo,
territat his: 'tu, qui faciles hominumque putasti
has, Argive, domos, alium hic miser aspicis annum
altricemque nivem festinaque taedia vitae.
non nos aut levibus conponere bracchia remis
novimus aut ventos opus expectare ferentes;
imus equis, qua vel medio riget aequore pontus,
vel tumida fremit Hister aqua; nec moenia nobis
vestra placent; feror arctois nunc liber in arvis
cuncta tenens mecum; omnis amor iacturaque plaustri
sola, nec hac longum victor potiere rapina;

---

306 Caniciem *V* 308 refert *ψ*: refer *V* 309 ac *V* 312 Aut *V* tereres *Bon.*: terere *V*, teretes *Ald.* tempora *ψ*: tempore *V* 313 futurae *V* 314 Quam *Ald.* certare *c* decus *Heinsius* iuveni sors pulchrior instat, Quem certasse *e. q. s. Burmannus* 317 ca^{n}the *V* 318 ab *Ald.*: ad *V*, at *Bon.* 319 miserandae *V* amnem *M*: amne *V* 320 ut] et *Burmannus* 325 tedia *V* 326 brachia *V* 328 qua *m*: quam *V* aequore *M*: aequora *V* 329 premit *M Bon. c* 330 nam *c* 331 trahens *Heinsius*, vehens *Friesemannus l. l. p.* 110 amoriarcturaque *V* plustri *V*. *fortasse* plaustrum. *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IV 115 *hoc modo distinxit* Cuncta tenens, mecum omnis amor, iacturaquo plaustri Sola

ast epulae quodcumque pecus, quaecumque ferarum.
mitte Asiae, mitte Argolicis mandata colonis,
ne trepident; numquam has hiemes, haec saxa relinquam,
Martis agros, ubi iam saevo duravimus amne
progeniem natosque rudes, ubi copia leti
tanta viris. sic in patriis bellare pruinis
praedarique iuvat, talemque hanc accipe dextram.'
dixit, et Edonis nutritum missile ventis
concitat; it medium per pectus et horrida nexu
letifer aera chalybs. trepidus super advolat Idas
ac simul Oenides pariterque Menoetius et qui
Bebrycio propius remeavit ab hospite victor.
at vero ingentem Telamon procul extulit orbem
exanimem te, Canthe, tegens: ceu saeptus in arto
dat catulos post terga leo, sic comminus hastam
Aeacides gressumque tenet contraque ruentem
septeno validam circumfert tegmine molem.
nec minus hinc urguet Scythiae manus armaque Canthi
quisque sibi et Graio poenam de corpore poscens.
arduus inde labos, medioque in corpore pugna
conseritur. magno veluti cum turbine sese
ipsius Aeoliae frangunt in limine venti,
quem pelagi rabies, quem nubila, quemque sequatur

---

333 aepulae *V* quecumque *V* 335 trepident ψ: trepidant *V* relinquam ψ: relinquat *V*, relinquant *C* 336 ubi iam saevo *Ald.*: ubi tam saeui *V*, (agro) subitam saevi *C*, ubi tam saevo *Bon.*, solitam *vel* suctam saevi *Heinsius*, *qui v.* 337 *post* rudes *punctum et v.* 338 *post* viris *notam interrogatoriam posuit. Ceterum* saevo *scripsisse Valerium Vergilius docet* IX 601 amnae *V* 337 capia *V* 340 Edonis *Ald.*: aedoniis *V Bon.* 341 it ψ: ad *V* 342 Laetifer *V* chalyps *V* trepido superadvolat *vel* rapidus superadvolat *Burmannus* 343 meonetius *V* 344 propius] pollux *Bon.* propius *illud quin corruptum sit non dubito* 346 saeptus *M*: septus *V* arcto *V* 347 hastam *cHeinsius:* hasta *V*ψ 348 ruentes *Heinsius* 349 Septono *V* 350 armaque *M:* arma *V* 351 praedam *Burmannus* poscit *Ald.* 353 turbine ψ: turmine *V* 354 euboeae *Bon.*, euboiae *Ald. Burmannus primum coniecit* Spissius Aeolio frangunt *e. q. s.*, *deinde Aldina scriptura probata v.* 355 *sq. proposuit* quemque sequantur Mille vices *vel* quemque sequatur Uda dies *vel* quemque sequatur Nulla quies *vel* quemque sequatur Nulla dies.

ille dies; obnixa virum sic comminus haeret
pugna, nec arrepto velli de corpore possunt.
ut bovis exuvias multo qui frangit olivo
dat famulis, tendunt illi tractuque vicissim
taurea terga domant, pingui fluit unguine tellus;
talis utrimque labos, raptataque limite in arto
membra viri miseranda meant. hi tendere contra,
hi contra, alternaeque virum non cedere dextrae.
hinc medium Telamon Canthum rapit, hinc tenet ardens
colla viri et molles galeae Gesander habenas,
insonuit quae lapsa solo dextramque fefellit.
ille iterum in clipei septemplicis improbus orbem
arietat et Canthum sequitur Canthumque reposcit,
quem manus a tergo socium rapit adque receptum
virginis Euriales curru locat. advolat ipsa
ac simul Haemonidae, Gesandrumque omnis in unum
it manus. ille novas acies et virginis arma
ut videt, 'has etiam contra bellabimus?' inquit;
'heu pudor!' inde Lycen ferit ad confine papillae,
inde Thoen, qua pelta vacat; iamque ibat in Harpen
vixdum prima levi ducentem cornua nervo,
et labentis equi tendentem frena Menippen:
cum regina gravem nodis auroque securem

---

356 heret *V* 357 net *V* arrepto ψ: arreptos *V* velli ψ: belli *V*, pelli *Burmannus* 358 ut bovis *v e:* Et uobis *V* frangere *Ald. probante Heinsio* 360 unguine ψ: inguine *V* 363 Hic *V* (e *post deletum*) alterneque *V* 365 colla viri et nexus galeae Gesander ahenae *vel* c. v. atque comas g. G. ahenae *Friesemannus l. l. p.* 111 366 quae ψ: qua *V* 367 clypei *V* 368 Arietat et *M:* Arietate *V* insequitur *Heinsius* 371 haemonide *V* 372 Et manus *M* 373 hasne etiam *Heinsius* bellabimus *CPius:* bellauimus *V*ψ 375 ^{h}arben *V* 376 Vixdum *M:* Vixtum *V* ductantem *Ald.* 377 et labentis *Heinsius:* Inlabentis *V*, Illabentis *C*, in labantis *Bon.*, inque labantis *Ald. probante Vossio* Menippen *Laurentius Balbus:* enhippen *V*, et Henippen *C*, Neippen ψ, Euhippen *Vossius. Heinsius praeter illam quam recepi has protulit coniecturas* Inde albentis equi tendentem in frena Menippen *vel* Hinc flaventis equi tendentem in frena Menippen 378 auroque] atque aere *Heinsius*

congeminans partem capitis galeaeque ferinae
dissipat. hic pariter telorum immanis in unum
it globus; ille diu coniectis sufficit hastis,
quis gravior nutuque cadens exterruit Idam.
tunc ruit ut montis latus aut ut machina muri,
quae scopulis trabibusque diu confectaque flammis
procubuit tamen adque ingentem propulit urbem.

Ecce locum tempusque ratus iamque et sua posci
proelia, falcatos infert Ariasmenus axes
saevaque diffundit socium iuga protinus omnes
Graiugenas, omnes rapturus ab agmine Colchos.
qualiter exosus Pyrrhae genus aequora rursus
Iuppitor adque omnes fluvium si fundat habenas,
ardua Parnasi lateant iuga, cesserit Othrys
piniger et mersis decrescant rupibus Alpes;
diluvio tali paribusque Ariasmenus urguet
excidiis nullo rapiens discrimine currus.
aegida tum primum virgo spiramque Medusae
ter centum saevis squalentem sustulit hydris,
quam soli vidistis equi. pavor occupat ingens
excussis in terga viris, diramque retorquent
in socios non sponte luem. tunc ensibus uncis
inplicat et trepidos lacerat discordia currus.
Romanas veluti saevissima cum legiones
Tisiphone regesque movet, quorum agmina pilis,

---

380 Dissicit *Heinsius* *fortasse* hinc 382. Quis gravior *Pius:* Quin et iam grauior *VM* (grauior *delendum videri punctis subpositis significatum est in M*), Quin gravior *Bon.c.* *Heinsio versus unus aut alter excidisse videbantur, comparationem arboris cadentis complexi, quae Idam montem lapsu suo exterret.* cadens ψ: carens *VC* 383 Corruit *Heinsius*, Sic ruit *Burmannus* 385 tandem *m. idem coniecerunt Pius et Heinsius* propulit *M:* protulit *V* umbram *Heinsius* 389 rapturus ab inguine *Ald.*, rapturus turbine *Heinsius* 390 pyrre *V* 391 effundat *Heinsius* 392 parnassi *V* cesserit *M:* gesserit *V* 393 rubibus *V* 396 spiransque *M* 399 retorquent *I. Columbus:* retorquet *V*ψ*c*

quorum aquilis utrimque micant, eademque parentis
rura colunt, idem lectos ex omnibus agris
miserat infelix non haec ad proelia Thybris;
sic modo concordes externaque fata petentes
Palladii rapuere metus, sic in sua versi
funera concurrunt dominis revocantibus axes.
non tam foeda virum Laurentibus agmina terris
eiecere noti, Libyco nec talis imago
litore, cum fractas involvunt aequora puppes.
hinc biiuges, illinc artus tenduntur eriles,
quos radii, quos frena secant; trahiturque trahitque
currus caede madens, atroque in pulvere regum
viscera nunc aliis, aliis nunc curribus haerent.
haut usquam Colchorum animi: neque . . . . . .
tela, set inplicitos miseraque in peste revinctos
confodiunt, ac forma necis non altera surgit,
quam cervos ubi non Umbro venator edaci,
non pinna petit, haerentes sed cornibus altis
invenit et caeca constrictos excipit ira.
ipse recollectis audax Ariasmenus armis
desilit; illum acies curvae secat undique falcis

---

404 aqualis *V*. eademque parentes Rura colunt '*repetito* quorum' *Burmannus*. Parentis (*litera maiuscula*) *exprimi iussit Wagnerus*, *ut esset pro Patria Roma*. '*fortasse corrigendum* eademque parentum, *hoc est* paterna' *Peerlkampus ad Hor. epod.* II 3   405 idem lectos communibus agris *Burmannus*   406 tybris *V*   408 Palladii *M*: Palladit *V*   410 Non tam densa virum *vel* Non tot navifragi *Heinsius*   412 aequora *ψ*: aequore *V*   413 artus *m Ald.*: arcus *V Bon.*, archus *M*   tendutur *V*   aeriles *V*   414 quos temo secat *Heinsius*, quos tela necant *Friesemannus l. l. p.* 113   415 cede *V*   416 Vicera *V*   herent *V*   417 Exultant Colchorum animi *Heinsius*   *lacunam significavi*: neque in peste reuinctos *VM* (in *delendum esse significatum est in M*), neque cura cavere *C*, non inclyta dextris *ψ*, *quam Philippi Beroaldi esse coniecturam Pius testis est*, non incita dextris *Burmannus*   418 ueste *C*   419 Confoditunt *V*   altera surgit *ψ*: aliter asurgit *V*, alter asurgit *M*   421 herentes *V*   422 excipit *Pius*: accipit *VC Bon.*   umbra *Heinsius*   424 falces *M*: falces *V*

partiturque rotis, adque inde furentia raptus
in iuga Circaeos tetigit non amplius agros.

Talia certatim Minyae sparsique Cytaei
funera miscebant campis Scythiamque premebant,
cum Iuno Aesonidae non hanc ad vellera cernens
esse viam nec sic reditus regina parandos,
extremam molitur opem, funesta prius quam
consilia ac saevas aperit rex perfidus iras.
increpat et seris Vulcanum maesta querellis,
cuius flammiferos videt inter regia tauros
pascua Tartaream proflantes pectore noctem.
haec etenim Minyas ne iungere Marte peracto
monstra satis iubeat Cadmei dentibus hydri,
ante diem timet et varias circumspicit artes.
sola animo Medea subit, mens omnis in una
virgine, nocturnis qua nulla potentior aris.
illius ad fremitus sparsosque per avia sucos
sidera fixa pavent et avi stupet orbita Solis.
mutat agros fluviumque vias, suus alligat igni
cuncta sopor, recolit fessos aetate parentes,
datque alias sine lege colus. hanc maxima Circe

---

425 Patiturque (r *supr.*) *M:* Patiturque *V* 427 minyas *M* sparsiq: (m *supr.*) *M*, sparsisque *vel* patriisque *Heinsius* Cytaei] premebat *M* 428 *om.* *M* cythiamque *V* premebat *V* 430 in regna *Zinzerlingius* 431 mollitur *V* 432 seras *C*, veras *Burmannus* 433 seris (v *supr.*) *M*, saevis *C* quaerellis *V* 434 inter egentia *C*, *unde* inter alentia *effecit Heinsius* 436 Haec] Rex *Burmannus* etiam *M* 438 circumspicis (t *supr.*) *V* (t *supr. scr. m. sec.*) 439—476 *desunt in V. uno folio orbatus est. codex iam quinto decimo ut puto saeculo. nam neque Pius neque Heinsius in versibus* 439—76 *Vaticanum laudavit* 439 Sola *ψc:* Solo *M* 440 artis *M*, herbis *Andreae Schotti est coniectura, quam Vossius non debebat vituperare. cf. Ov. Met.* VII 180 *sqq.* 441 ad fremitus *C:* ad fictus *M*, adflatus *Bon.*, afflatus *Ald. fortasse* ad cantus per aera *Francius* 443 adligat *M* igui *C:* ignis *MAld.*, ingens *Bon.* 444 recoquit *Gronovius observ.* IV 21 *probante Heinsio*, refovet *non nullos scripsisse Pius adnotavit*

terrificis mirata modis, hanc advena Phrixus,
quamvis Atracio lunam spumare veneno
sciret et Haemoniis agitari cantibus umbras.
ergo opibus magicis et virginitate tremendam
Iuno duci sociam coniungere quaerit Achivo.
non aliam tauris videt et nascentibus armis
quippe parem, nec quae medio stet in agmine flammae,
nullum mente nefas, nullos horrescere visus.
quid si caecus amor saevusque accesserit ignis?
hinc Veneris thalamos semperque recentia sertis
tecta petit. visa iandudum prosilit altis
diva toris volucrumque exercitus omnis Amorum.
ac prior hanc placidis supplex Saturnia dictis
adgreditur veros metuens aperire timores.
'in manibus spes nostra tuis omnisque potestas
nunc' ait; 'hoc etiam magis adnue vera fatenti.
durus ut Argolicis Tirynthius exulat oris,
mens mihi non eadem Iovis atque aversa voluntas,
nullus honor thalamis flammaeve in nocte priores.
da, precor, artificis blanda adspiramina formae
ornatusque tuos terra caeloque potentes.'
sensit diva dolos iam pridem sponte requirens
Colchida et invisi genus omne excindere Phoebi.
tum vero optatis potitur; nec passa precari

---

447 atraco *M* 449 'dira . . . arte tremendam *Heinsius codici suo adscripsit postea suppleturus lacunam, ubi in mentem quid, quod magis*
quae
placeret, veniret.' *Burmannus* 452 nec medio stet *M* (quae *addidit m. sec.*), neque quae medio stet *C*, medio quae si stet *Bon.*, medio quae staret *Pius Ald.*, medio quam si stet *Maserius*, quam si medio stet *Heinsius*, medio, quae si (*vel* quamvis) stet in agmine flammae, Nullum mente nefas, nullos horrescat ad ausus *Burmannus*, medio quae si stet *Wagnerus qui* horrescere *pro infinitivo quem vocant historico sumit* 453 nullus *M* (nullos *corr. m*) 458 ac prior hanc *C:* Ao prior ac *M*, Atque prior ψ blandis *c* 462 tyrinthius *M* 463 aversa *Gronovio observ.* IV 21 *praeeunte Heinsius:* adversa *Mψc.* estque aversa voluntas *vel* Iovis est, ac versa voluntas *Burmannus* 465 praecor *M* 466 terrae caelique *Heinsius*

ulterius dedit acre decus fecundaqne monstris
cingula, non pietas quibus aut custodia famae,
non pudor, at contra levis et festina cupido
adfatusque mali dulcisque labantibus error
et metus et demens alieni cura pericli.
'omne' ait 'imperium natorumque arma meorum
cuncta dedi; quascumque libet nunc concute mentes.'

Cingitur arcanis Saturnia laeta venenis,
adque hinc virgineae venit ad penetralia sedis
Chalciopen imitata sono formaque sororem.
fulsit ab invita lumen procul, et pavor artus
protinus adque ingens Aeetida perculit horror.
'ergo nec ignotis Minyas huc fluctibus' inquit
'advenisse, soror, nec nostro sola parenti
scis socias iunxisse manus? at cetera muros
turba tenet fruiturque virum caelestibus armis,
tu thalamis ignava sedes, tu sola paterna
fixa domo? tales quando tibi cernere reges?'
illa nihil contra; nec enim dea passa, manumque
implicat et rapidis mirantem passibus aufert.
ducitur infelix ad moenia summa futuri
nescia virgo mali et falsae commissa sorori,
lilia per vernos lucent velut alba colores
praecipue, quis vita brevis totusque parumper
floret honor fuscis et iam notus imminet alis.

---

470 acre] ecce ψ. *quae scriptura non displicuit Burmanno, ut distingueretur post* dedit *et verba quae secuntur essent Veneris cestum tradentis* fecundaque *Ald.:* facundaque *M*, foecundaque *Bon.* 473 Adflatusque, *Itali cuiusdam coniecturam probavit Heinsius* malis *Ald.* labantibus *Sabellicus c:* labentibus *Mψ*. dulcis labentibus error *Maserius* 474 alieni *C:* alicnaque *Mψ* 479 Chachiopen *V*, Calchiopen *M* imi(t)ata *V* (t *supr. scr. m. sec.*) 480 lumen *Pio praeeunte Heinsius:* numen *Vc* 484 ad *V* 486 ignara *C et codex Burmanni, probavit Heinsius* 491 falsae ψ: falsi *V* 492 uornos *M* per vernos — colores, '*id est vere.*' *Burmannus* 493 Praecipuae *V*. *post* praecipue *distinguendum esse vidit Heinsius, qui et* praecipitat quis vita *coniecit*

hanc residens altis Hecate Perseia lucis
flebat et has imo referebat pectore voces:
'deseris heu nostrum nemus aequalesque catervas,
a misera, ut Graias haut sponte vageris ad urbes!
non iniussa tamen; neque te, mea cura, relinquam.
magna fugae monumenta dabis, spernere nec usquam
mendaci captiva viro, meque ille magistram
sentiet et raptu famulae doluisse pudendo.'
dixerat. ast illae murorum extrema capessunt
defixaeque virum lituumque fragoribus horrent;
quales instanti nimborum frigore maestae
succedunt ramis haerentque pavore volucres.

Iamque Getae, iamque omnis Hiber Drangaeaque densa
strage cadit legio et latis prosternitur arvis.
semineces duplicesque inter sua tela suosque
inter equos saevam misero luctamine versant
congeriem et longis campos singultibus inplent.
victores patrium contra Paeana Geloni
congeminant; eadem redeunt mox gaudia victis,
qua deus et melior belli respexit imago.

Quis tales obitus dederit, quis talia facta,
dic age, tuque feri reminiscere, Musa, furoris.
Absyrtus clipei radiis curruque coruscus
Solis avi, cuius vibrantem comminus hastam

---

495 haecate *V* perseia *M:* persia *V* 496 moto *Burmannus, qui in codice suo* more *invenerat pro* imo 499 inuisa *M* 500 usquam *M:* usque *V* 501 Pellaci *Heinsius* 503 ille *V* 504 Defixeque *V* 505 sidere *Heinsius* 506 haerentque *ψ*: herent *V*

507 Drangaeaque *scripsi:* dratiaque *V* (n *utrum prima manus addiderit an secunda dubium est*), drantiaque *M*, Drancaeaque *ψ* 508 prosternituruis *M* (prosternitur aruis *m in marg.*) 509 Seminecesque duces *Pius* 510 lustramine *ψ* 511 longis *M:* ≡ongis *V (una litera erasa est)* 512 contra patrium *Bon.c* 513 Redeunt tandem sua gaudia uictis Quos deus et melior belli respexit imago *habet Parisinus* 7647 514 Enyo *Heinsius* 515 fata *Heinsio praeeunte Friesemannus l. l. p.* 114 516 tuque feri *C:* tuque ueri *V*, tu veri *Ald.* 518 uiprantem *V*

cernere nec galeam gentes potuere micantem,
sed trepidae redeunt et verso vulnera tergo
accipiunt magnisque fugam clamoribus augent;
proterit inpulsu gravis agmina corporaque atris
sternit equis gemitusque premit spirantis acervi.
nec levior comitatur Aron, horrentia cuius
discolor arma super squalentesque aere lacertos
barbarica chlamys ardet acu tremefactaque vento
implet equum; qualis roseis it Lucifer alis,
quem Venus inlustri gaudet producere caelo.
at non inde procul Rambelus et acer Otaxes
dispulerant Colchos pariterque inglorius Armes,
fraude nova stabula et furtis adsuetus inultis
depopulare greges, frontem cum cornibus auxit
hispidus inque dei latuit terrore Lycaei.
hac tunc attonitos facie defixerat hostes.
quem simul ignota formidine bella moventem
vidit Aron, 'pavidos te' inquit 'nunc rere magistros
et stolidum petiisse pecus. non pascua nec bos
hic tibi; nocturnis mitte haec simulacra rapinis,

---

519 micantem *Pio teste fuerunt qui scriberent, quae coniectura non displicuit Heinsio* 520 trepide *V* 521 urguent *Heinsius* 522 actis — equis *vel* atris — agris *idem. olim conieceram* acri sternite quo 523 premiti *V* spirantiacerui *V* (s *add. m. sec.*), spirantia cerui *M*, spirantia cerni *Bon.* corporaque altis fundit equis genibusque premit spirantia: cerni nec levior *e. q. s. Laurentius Balbus* 526 clamis *V* ardet *Pius*: arcet *Vψc* tumefactaque *cum Italis quibusdam Heinsius* 527 qualis *ψc*: qualem *V* ut *M* qualem roseis cit Lucifer alis *Pius*, quali *(i. e. equo) vel* quali in roseis it Lucifer alis *Burmannus* 529 Et *M* Ramelus *Ald.e* 530 Colchos *ψ*: colchus *V* 530 Armes *Gronovius observ.* IV 15: armis *VBon.c*, Arnes *Ald.* 533 Hipsidus *Pius* 535 ignota *Ald.e*: agnota *VBon.* simul ac nota *Burmannus* 536 pavidosne i. te rere *Heinsius* 537 nec bos *ψ*: nexos *V*, nec spes *C*, nec seps *Salmasius ad Spart. p.* 31 *ed. Par. a.* 1620, *quam coniecturam Heinsio probatam recepit Burmannus*, nec grex *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 261 538 nocturnus *Ald.* simulachra *Cm* rapinis *C et Pius*: ≋panis *V*, panis *M.* simulacraque Panis *ψ*, nocturni mitte haec simulacra pavoris *vel* simulamina Panis *Heinsius*, nocturnae mitte haec simulacra rapinae *Peerlkampus*

neve deum mihi finge; deus quoque consere dextra.'
sic ait, intentaque adiutum missile planta
dirigit et lapsis patuerunt vulnera villis.
nec minus Aeolii proles Aeetia Phrixi
fertur et ipsa furens, ac se modo laeta Cytaeis
agminibus, modo cognatis ostentat Achivis.
adque hos in medio duri discrimine belli
laudibus inque ipsis gaudens ubi vidit Iason,
'macte' ait, 'o nostrum genus et iam certa propago
Aeoliae nec opina domus; sat magna laborum
dona fero, satis hoc visu quaecumque rependo.'
dixit et in Sueten magnique in fata Ceramni
emicuit, clipeumque rotans hunc poplite caeso
deicit, illum aperit lato per pectus hiatu.
Argus utrumque ab equis ingenti porrigit arvo
et Zacorum et Phalcen, peditem pedes haurit Amastrin.
sanguinis ille globos effusaque viscera gestat
barbarus et cassa frendens sublabitur ira.
dat Calais Barisanta neci semperque propinquas
Rhipea venali comitantem sanguine pugnas.
centum lecta boum bellator corpora, centum
pactus equos; his ille animam lucemque rependit

539 dextram *Bon.c* 540 extentaque — planta *vel* intentaque — habena *Heinsius* 541 Dirigit *m*: Derigit *V* laxis *Ald.* 542 aethia *V* 543 citatis *ψ* 545 crudi *Heinsius* 546 Caedibus *vel* Stragibus *idem* 548 sat *Ald.*: stat *V*, at *Bon.* 549 Aona *V* (dona *corr. m. pr.*) fata hoc visu qnaecumque rependo *vel* fati hoc visu quodcumque rependo *Heinsius* 550 at *Pius* in suetem *Bon.*, insuetum *Ald.*, in Butae *vel* Sutae *Heinsius*, in Seuthen *Schraderus observ. p.* 79 ceraumi *Bon.*, Ceranni *Ald.* 551 Aemicuit *V* 553 *Harlesius et Wagnerus Burmannum secuti post* Argus *distinxerunt.* arvo *cum Aldina Vossius Heinsius Burmannus*: auro *V Bon.*, ictu *C* 554 Phalcen *C*: palchen *Vψ* haunit *V* Amastrin *Bon.*: Amastri *V*, Amastrum *C et codex Burmanni*, Amustrim *Ald.* 556 cassari dens *M*, cassa ridens *C codex Burmanni Bon.* 558 Riphea *V* 559 laeta *Cψ* boum *m*: bouum *V*, hominum *C.* lecta hominum *Vossius* *vel in* bellator *vel v.* 560 *in* his ille *nomen proprium latere putabat Burmannus* 560 cquos *ψ*: equis *V*

crudelis; tandem dulces iam cassus in auras
respicit ac nulla caelum reparabile gaza.
labitur intortos per tempora caerula crines
tunc quoque materna velatus harundine Peucon.
at genetrix imis pariter Maeotis ab antris
implevit plangore lacus natumque vocavit,
iam non per ripas, iam non per curva volantem
stagna nec in medio truncantem marmore cervos.
Eurytus Exomatas agit aequore. Nestoris hastae
immoritur primaevus Helix, nec reddita caro
nutrimenta patri; brevibus praereptus in annis.
at Latagum Zetemque Daraps; illum exigit hasta,
hic fugit, ingentem subiti cum sanguinis undam
vidit et extremo lucentia pectora ferro.

Ecce autem muris residens Medea paternis
singula dum magni lustrat certamina belli
adque hos ipsa procul densa in caligine reges
agnoscit quaeritque alios Iunone magistra,
conspicit Aesonium longe caput, ac simul acres
huc oculos sensusque refert animumque faventem,
nunc quo se raperet, nunc quo diversus abiret,
ante videns, quotque unus equos, quot funderet arma,

---

561 *et* 62 *Wagnero frigidiusculi videbantur* lassus *Heinsius*, fessus *Wagnerus* 563 Labitur *m*: Dabitur *V* intonsos *Wagnerus* cerula *V* 564 arundine *V* Peucron *c*, Leucon *Burmannus* 565 genetrix *M*: negetrix *V* meotis *V* 567 perri passiam *V* 569 Exomatas *C*: exhomatas *Vψ*, ex homaetas *M*, Axamatas *Pius* 570 prima aeuus *V* 571 pa^t^ri *V* brevibus praereptus *C*: breuibus ereptus *V*, primis ereptus *ψ*. brevibus praecepta sub annis *Heinsius*. *nondum emendata videntur haec verba. fortasse post* 571 *versus intercidit* 572 At Latagum *C*: Ablatacum *Vψ* Zatenque *C*, Zetremque *Bon.* *fortasse* Zelamque Dathis *Wagnerus*. *cf. v.* 66 illi exigit hastam *Heinsius* 573 hic fugit *Heinsius*: Hunc fugit *V*, Hunc figit *m*, Hunc fugat *Pius c* ingenti *Pius*, *ut ad hastam referatur* sanguinis *M*: guinis *V* 579 aesomnum *V* 581 Nunc *M*: Hunc *V* 582 quodque *V* quot funderet *CAld.*: quod fuderat *VBon.* ense *Heinsius*. arma *mihi quoque displicet*, *sed fortasse* arma *pro* armatis

palantesque viros quam densis sisteret hastis.
quaque iterum tacito sparsit vaga lumina vultu
aut fratris quaerens aut pacti coniugis arma,
saevus ibi miserae solusque occurrit Iason.
tunc his germanam adgreditur, ceu nescia, dictis:
'quis, precor, hic, toto iandudum fervere campo
quem tueor quemque ipsa vides? nam te quoque tali
attonitam virtute reor.' contra aspera Iuno
reddit agens stimulis ac diris fraudibus urguet.
'ipsum' ait 'Aesoniden cernis, soror, aequore tanto
debita cognati repetit qui vellera Phrixi,
nec nunc laude prior generis, nec sanguine quisquam.
aspicis, ut Minyas inter proceresque Cytaeos
emicet effulgens quantisque insultet acervis;
et iam vela dabit, iam litora nostra relinquet,
Thessaliae felicis opes dilectaque Phrixo
rura petens. eat atque utinam superetque labores!'
tantum effata magis campis intendere suadet,
dum datur, ardentesque viri percurrere pugnas.

At simul hanc dictis, illum dea Marte secundo
inpulit adque novas egit sub pectora vires.
ora sub excelso iandudum vertice coni
saeva micant, cursuque ardescit nec tibi, Perse,

583—585 *desunt in M* 583 palantesque *Ald.*: Orantesque *VCψ*, Errantesque *Sabellicus*, Horrentesque *Italorum quorumdam coniectura est a Vossio probata*, Obstantesque *Burmannus* sterneret *CAld.*, *receperunt qui post Carrionem Valerium ediderunt.* 586 ubi *M* misera eq *V* 588 praecor *V* iamdudum *V* 594 prior *Bon. Sabellicus c*: precor *VAld.* nec sanguinis usquam *C* huic nec laude prior generis, nec sanguinis usquam est *Francius*, Neo nunc laude prior decoris, nec sanguinis usquam *Burmannus*, *cum non intellegeret quae differentia esset inter laudem generis et sanguinis. sed cf. adnotatio Harlesii* 595 minias *V* 597 relinquet *M*: relinquent *V* 598 felicis *m*: felices *V* dilectaque *m*: delectaque *V* 599 petens *M*: potens *V* petat *Heinsius* eat atque utinam] *cf. Mauricii Hauptii observ. crit. p.* 47 601 uiris *V* 602 Ad *V*. Ac simul *Heinsius* 603 Impulit *CAld.*: Intulit *V* pectore *ψ*. *cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 101 604 iamdudum *V* 605 migant *V* cursusque *Ald.e*

nec tibi, virgo, iubae laetabile sidus Achivae;
acer ut autumni canis iratoque vocati
ab Iove fatales ad regna iniusta cometae.
nec sua Crethiden latuit dea, vimque recentem
sentit agi membris ac se super agmina tollit;
quantus ubi ipse gelu magnoque incanuit imbre
Caucasus et summas abiit hibernus in arctos.
tunc vero, stabulis qualis leo saevit opimis
luxurians spargitque famem mutatque cruores,
sic neque parte ferox nec caede moratur in una
turbidus, inque omnes pariter furit, ac modo saevo
ense, modo infesta rarescunt cuspide pugnae.
tunc et terrificis undantem crinibus Hebrum
et Geticum Priona ferit; caput eripit Auchi
bracchiaque et vastis volvendum mittit harenis.

At genitus Iove conplerat sua fata Colaxes;
iamque pater maesto contristat sidera vultu
talibus aegra movens nequiquam pectora curis:
'ei mihi, si durae natum subducere sorti
moliar atque meis ausim confidere regnis!
frater adhuc Amyci maeret nece, cunctaque divum
turba fremunt, quorum nati cecidere cadentque.
quin habeat sua quemque dies, cunctisque negabo,
quae mihi.' supremos misero sic fatus honores
congerit adque animis moriturum ingentibus implet.
ille volat campis inmensaque funera miscet

607 autumi *V* 608 gregna *V* invisa *Heinsius* 610 ali *idem* tellit *V*, tolli *Heinsius* 611 ubi ora gelu *idem* 613 seuit *V* 614 Luxurias *V* fame *Burmannus. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 338 615 cedae *V* 616 Turpidus *V* partes *Friesemannus l. l. p.* 114 furit *M*: fuit *V* 617 crebrescunt *Slothouwer l. l. p.* 180 618 sudantem crinibus *C*, undantem cornibus *placuit Zinzerlingio*, nutantem cornibus *Heinsius* 619 Anohi *ψ* 620 Brachiaque *V*, Branchiadae *Heinsius* 621 Ad *V* 624 Et *M* 625 Moliar *Heinsius*: Melior *V*, Molior *Mψc.* Molior, utque meis *Burmannus*
626 si—regnis; Frater adhuc Amyci moerens nece, cunctaque divum Turba frement, quorum *c. q. s. Peerlkampus ad Verg. Aen.* X 467
628 negaro *Heinsius* 629 supraemos *V*

per cuneos, velut hiberno proruptus ab arcu
imber agens scopulos nemorumque operumque ruinas,
donec ab ingenti bacchatus vertice montis
frangitur inque novum paulatim deficit amnem.
talis in extremo proles Iovis emicat aevo,
et nunc magnanimos Hypetaona Gessithoumque,
nunc Arinen Olbumque necat; iam saucius Aprem
et desertus equo Thydrum pedes excipit hasta
Phasiaden, pecoris custos de more paterni
Caucasus ad primas genuit quem Phasidis undas;
hinc puero cognomen erat, famulumque ferebant
Phasidis intonso nequiquam crine parentes.
iamque aliis instabat atrox, cum diva supremas
rumpit iniqua colus, victorque advenit Iason.
excipit hunc saeva sic fatus voce Colaxes.
'vos Scythiae saturare canes Scythiaeque volucres
huc miseri venistis?' ait, saxumque prehensum,
illius et dextrae gestamen et illius aevi,
concussa molitur humo, quod regia Iuno
flexit ad ignotum caput infletumque Monesi.
praeceps ille ruit; nato non depulit ictus
Iuppiter, Aesoniae vulnus fatale sed hastae
per clipeum, per pectus abit, lapsoque cruentus

---

633 imber agens *Sabellicus c:* Inuera gens *V*, Iber agens *ψ* 634 montis *m:* montes *V* 636 iouis *M:* iouia *V* 637 magnanimos *M:* magnimos *V* hypetaon gessit houmque *V*, hypetaona gessit houmque *M*, Hypetaona gessominumque *Bon.*, Hypetaona Gesithoumque *Ald.c* 638 Arinen Olbumque *C:* arinae nolbumque *V*, Arinem Nolbumque *ψ* 638 necat *CAld.:* notat *VBon.*, rotat *L. Balbus Heinsio et Burmanno probantibus* Apren *Cψ* 639 aequo *V* Tydrum *Cψ* excipit *quis primus scripserit nescio:* exeidit *VCψ* 640 custodem in rupe *vel* custodem e more *Heinsius* 643 parentes *c:* parentis *Vψ* 646 fatus *m:* fletus *V* 647 saturate *Ald.* 648 Heu *ψ* venistis *Cm:* uenis *V* 651 Flexit in admoti caput in fatumque monesi *C (monendum est in castigationibus omisisse hanc scripturam Carrionem; quamquam in secunda quoque editione inter verba poetae recepta est)* 654 agit *Bon.* lapsoque] clypeoque *Bon.*

advolat Aesonides mortemque cadentis acerbat.
spargitur hinc miserisque venit iam notus Alanis.

At regina virum (neque enim deus amovet ignem)
persequitur lustrans oculisque ardentibus haeret;
et iam laeta minus praesentis imagine pugnae
castigatque metus et quas alit inscia curas,
respiciens, an vera soror; nec credere falsos
audet atrox vultus eademque in gaudia rursus
labitur et saevae trahitur dulcedine flammae.
ac velut ante comas ac summa cacumina silvae
lenibus adludit flabris levis auster, at illum
protinus inmanem miserae sensere carinae;
talis ad extremos agitur Medea furores.
interdum blandae derepta monilia divae
contrectat miseroqué aptat flagrantia collo,
quaque dedit teneros aurum furiale per artus,
deficit; ac sua virgo deae gestamina reddit,
non gemmis, non illa levi turbata metallo,
sed facibus, sed mole dei, quem pectore toto
iam tenet; extremus roseo pudor errat in ore.
ac prior his: ‘credisne patrem promissa daturum,
o soror, Argolicus cui dis melioribus hospes
contigit? aut belli quantum iam restat acerbi?
hcu quibus ignota sese pro gente periclis
obicit!’ haec fantem medio in sermone reliquit
incepti iam Iuno potens securaque fraudis.

Inminet e celsis audentius inproba muris
virgo nec ablatam sequitur quaeritve sororem.

---

655 acerbat *CBon.:* aceruat *VAld.* 656 versisque *Heinsius* Alanis *ψ*: alantis *V*, alantro *M* 657 ignes *ψ* 662 eademqne *M:* eadem *V* 663 saeuae *m:* saena *V* 666 sensere *Cm in marg.:* *om. V.* euruae sensereque *Bon.*, eurvae sensere *Ald.* 667 furoraes *V* 668 derepta *Vossius:* direpta *V*, decepta *vel* surrepta *Burmannus* 669 fraglantia *M* 674 in *supr. vers. add. V m. pr.* 676 soro^r *V* 677 at *Pius* 678 gente *m:* genere *V* 681 et *MBon.*, ut *Ald.* audentins *Pius:* audientibus *V*, audientibus *M*, andentibns *Bon.*, andentior *Ald.* 682 ablatam *ψ*: albatam *V* queritue *V*

at quotiens vis dura ducum densique repente
Aesoniden pressere viri cumque omnis in unum
imber iit, totiens saxis pulsatur et hastis.
primaque ad infesti Lexanoris horruit arcus,
alta sed Aesonium supra caput exit harundo,
teque, Caice, petit; coniunx miseranda Caico
linquitur et primo domus inperfecta cubili.

Regius eois Myraces interpres ab oris
venerat, ut Colchos procul adque Aeetia Parthis
foedera donato non inrita iungeret auro.
tum iuvenem terris Parcae tenuere Cytaeis
ac subiti Mavortis amor; simul armiger ibat
semivir inpubemque gerens sterilemque iuventam.
ipse pharetratis residens ad frena tapetis
nunc levis infesto procurrit in agmina curru,
nunc fuga conversas spargit mentita sagittas.
at viridem gemmis et eoae stamine silvae
subligat extrema patrium cervice tiaran
insignis manicis, insignis acinace dextro;
inproba barbaricae procurrunt tegmina plantae.
nec latuere diu saevum spolia illa Syenen,
perque levem et multo maculatam murice tigrin
concita cuspis abit; subitos ex ore cruores
saucia tigris hiat vitamque effundit erilem;
ipse puer fracto pronum caput inplicat arcu.
sanguine tunc atro chlamys ignea, sanguine vultus

---

683 ac *Heinsius* dira *ψc* 684 ceuque *Friesemannus l. l. p.* 114 686 Laxanoris *Ald.* 687 saed *V* esonium *V* 690 Miraces *ψc* 691 aetia *V* 692 inrita *m:* inrigi (a) *V*, inriga *M* 693 scytheis *V*, cytheis *M* 695 Semiuiri *V* 696 pharetratus *Wagnerus* afrena tapetis *M:* afre(d)nata petis *V* 697 cornu *Heinsius*, cursu *Burmannus* 698 spargit *M:* spagit *V* 699 Ac *Laurentius Balbus* aeo est amine *V* telae *Heinsius* 700 patriam *C* 701 dextra *Bon.*, dextram *Heinsius* 702 tegmine (a) *V* plante *V* 703 Neg *V* Sienem *ψ*, Syenem *c* 706 hiat *ψ:* ait *V*, agit *C* 708 chlamis *V* uultus *m:* uultis *V*

et gravidae maduere comae, quas flore Sabaeo
nutrierat liquidoque parens signaverat auro.
qualem siquis aquis et fertilis ubere terrae
educat ac ventis oleam felicibus implet,
nec labor adsiduus, nec spes sua fallit alentem,
iamque videt primam tenero de vertice frondem;
cum subito inmissis praeceps aquilonia nimbis
venit hiemps nigraque evulsam tendit harena;
haud secus ante urbem Myraces adque ipsius ante
virginis ora cadit; sed non magis illa movetur
unius aegra metu, quam te, Meleagre, furentem,
quam Talaum videt aut pugnas miratur Acasti
(at satis hos ipsae gentes campique videbant)
tempestate pari versis incumbere turmis.
ante oculos fuga foeda ducum largusque cadentum
it cruor et currus dominis ingentibus orbi.

Non tulit hos Perses gemitus, clademque suorum
tergaque versa tuens his caelum questibus implet:
'quid me iam patriis eiectum sedibus, istas
ut struerem pugnas Scythiamque in bella moverem,
vos superi, vos augurio lusistis inani?
quid fratris meritas tua, Iuppiter, omina poenas
promisere mihi? nobis Argoa parabas
scilicet auxilia et tantas coniungere vires.

---

709 rore *Heinsius* sabeo *V* 711 agris *Heinsius* 713 *om.* ψ laborat siduus *V* 714 Iamque videt *Carrionis sec.:* Iamq uidet *V*, Iam videt *C*, Iam qui det *M*, Iam quae det ψ. *(corruptela inde orta est quod in V: vel; signum omissum est, quo* q *literae addito compendium efficitur, quo* que *significatur)* 716 magnaque *Bon. probante Burmanno. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* V 374 extendit ψ harena *M:* harem *V* 717 Hau *V* miraces *V* 720 aud *V* 721 *tollendus videbatur Heinsio* ipsae] Scythicae *vel* Asiae *I. Columbus* 723 foeda ψ: fera *V*, torva *C*, vera *Burmannus* 724 It ψ: Et *Vc* 725 clademquo *M:* cladem *V* 726 quaestibus *V* 727 me *M:* ne *V* 728 Ut *m:* Ui *V* 729 lusistis *Heinsius:* iussistis *V*ψ*c. cf. Peerlkampus ad Verg. Aen.* VI 344 730 meritas tua *c:* meritas tum *V*, saevi tunc ψ omina *Ald. c:* omnia *V*, omine *Bon.*

saeva quidem lucis miseris mora; dent tamen, oro,
unum illum mihi fata diem, qui fallat Achivos
sic meritos, quoque hunc videam virtute superbum
Aesoniden tantos flentem sine honore labores.'
dixerat haec, pectusque suis everberat armis
et galeam fletu, galeam singultibus implet;
ibat et in medii praeceps incendia belli,
ni prior adversis Pallas vidisset ab armis,
et secum 'ruit ecce ferox in funera Perses,
quem genitor Colchis solioque inponere fratris
iam statuit. nostra vereor ne fraude peremptum
increpet et culpam hanc magno terrore rependat.'
haec dicens atro nebulam diffundit amictu,
stridentesque viri circum caput amovet hastas.
ille super socias clementi turbine gentes
erigitur, paulumque levi raptatus in aethra
iam tandem extremas pugnae defertur in oras,
forte ubi serus Hiber Issedoniaeque phalanges
Marte carent solisque iuvant clamoribus agmen.

Nox simul astriferas profert optabilis umbras;
et cadit extemplo belli fragor, aegraque muris

---

733 lux est miseris modo *Bon.* 734 qui fallat Achiuos Sic meritos *Wagnerus:* quo fellet a. S. m. *V*, quo fallet a. S. m. *M*, quo fallat A. S. m. *C probante Heinsio, ut de Aeeta loqueretur poeta*, quo fallere A. S. m. *Ald. probante Vossio*, quo fallere Achivos Quisque velit *Bon.* 735 quoque et hunc *C*, quoque hac *Heinsius.* videam quoque hunc virtute superbum *Ald.* 736 Aesonidem *M* 738 implet *ψ*: implent *V* 739 Ibat *M:* Iba *V* medium *Bon.* 740 Ni propere adversis Pallas vidisset (*vel* subiisset) ab armis *Heinsius* 742 inponere *scripsi:* iteponere *V*, reponere *Mψc* 743 parentum *Carrionis sec.* 746 Stridentesque *M:* Stridensque *V* admovet *Ald.* hastas *M:* hastos *V* 747 dementi *ψ* 748 paullumque *C:* paulum *V* aetra *V* 749 tamdem *V* (tandem *correctum est a m. pr.*) 750 Forti *Heinsius* saevus *Bon.* hiberis sidoniaeque *V*, Iber Essedoniaeque *C*, hiber ubi sindoniaeque *Bon.*, Iber ubi Sidoniaeque *Ald.* Issedoniasque *scripsi Herodotum* I 201 *secutus. Plinius* Essedoues *dicit* 751 carent *Bon.:* calent *VCAld.* 752 mortalibus *ψ probante Heinsio* 753 Cedit et *Friesemannus l. l. p.* 115 extemplo *ψ*: exemplo *V*

digreditur longum virgo perpessa timorem.
ut fera Nyctelii paulum per sacra resistunt,
mox rapuere deum iam iam in quodcumque paratae
Thyiades, haut alio remeat Medea tumultu,
adque inter Graiumque acies patriasque phalangas
semper inexpletis adgnoscit Iasona curis
armaque quique cava superest de casside vultum.

---

754 Degreditur *Vossius* perpassa *V* 755 Nyctelii *C*: nycthelii *V*, nycthelli *M*, Nyctelius *Ald.* paullisper *C* 756 cum iam *Ald. Pius* in quodcumque *ψ*: quodcumque *V*, *probante Vossio*, quocumque *c* parate *V* 757 Medaea *V* 758 aciaes *V* palangas *V* 760 vultum *Wagnerus*: uultus *Vψc.* quodque — vultus *coniecerat Heinsius.*

GAI . VALERI . FLACCI . SETINI . LIBER SEXTVS . exptic INCIPIT LIBER SEPTIMVS *V*

C . VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . LIBER . VI . EXPLICIT . INCIPIT . LIBER . SEPTIMVS . *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER SEPTIMVS.

Te quoque Thessalico iam serus ab hospite vesper
dividit et iam te tua gaudia, virgo, relinquunt,
noxque ruit soli veniens non mitis amanti.
ergo ubi cunctatis extremo in limine plantis
contigit aegra toros et mens incensa tenebris,
vertere tunc varios per longa insomnia questus
nec pereat quo scire malo; tandemque fateri
ausa sibi, pavidum medio sic fata dolore est:
'nunc ego quo casu vel quo sic pervigil usque
ipsa volens errore trahor? non haec mihi certe
nox erat ante tuos, iuvenis fortissime, vultus.
quos ego cur iterum demens iterumque recordor
tam magno discreta mari? quid in hospite solo
mens mihi? cognati potius iam vellera Phrixi
accipiat, quae sola petit quaeque una laborum
causa viro. nam quando domos has ille reviset?

2 etiam te *M*, et te iam *Bon.c*, et tua iam te *Ald.* 4 contactis ψ 5 accensa *Bon.* 6 uarios *m*: uario *V* *Heinsius hunc versum variis tentavit coniecturis, quae sunt* Vertere tunc vario — questu, Volvere tunc varios — questus, Vertere per varios tunc longa insomnia questus, Vertere se in varios — questus. *Burmannus pro* vertere *proposuit* Perdere 7 poterat ψ modo *codicem suum habere Carrion dixit in scholiis*, malo *in castigationibus* 8 pavidum *Heinsius coll. Ovid. met.* IX 569: paulum *Vψc*, *quod Burmannus v. 384 comparato non defendit* 11 tuos *m*: uos *V* 13 magno *m*: magna *V* 14 frixi *V* 15 que *V* 16 reuiset *m*: reuisit *V*

aut meus Aesonias quando pater ibit ad urbes?
felices, mediis qui se dare fluctibus ausi
nec tantas timuere vias talemque secuti
hunc qui deinde virum: sed sic quoque talis abito.'
tum iactata toro nimiumque experta cubile,
ecce videt tenui candescere limen eoo;
nec minus insomnem lux orta refecit amantem,
quam cum languentes levis erigit imber aristas,
gratave iam fessis descendunt flamina remis.

At sua longarum Minyas iam cura viarum
admonet, inque ipso nequiquam tempore regem
laetitiae meritique petunt; quem passus Iason
vota prius captasque deis accendere praedas,
prominet adque oculos longe tenet, aurea si iam
pellis et oblatis clarescant atria villis.

Ille autem iam iam vultus vocesque paratas
ante aperit, rumpitque moras inque ipsa morantis
prosilit ora viri talique effunditur ira:
'orbe satos alio, sua litora regnaque habentes,
quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras,
quisve mei vos tantus amor? tu prima malorum
causa mihi, tu, Phrixe gener. non te aequore mersum
quo soror, ut felix nullos nunc nomine Graios
nossem ego. quis regum Pelias, quis Thessalus, aut quae

---

20 sed sic quoque talis abito *verborum quae sit sententia non assequor. maluerim* sed sic quoque solus abito, *i. e. etiamsi non timerem mare ingredi, sine me abito cf.* IV 598 21 Iam *ψ* iactat atatoro *M* nimiumque *ψ*: tumque *VC*, tum quoque *M* exspectata cubili *C (in castigationibus* nimiumque experta *C habere Carrion adnotavit)* 22 lumen *Heinsius* eoo *M*: eaco *V* 24 levis *C: om. Vψ* erexit *Mψ*, erexerit *alios legisse Carrion testis est*, inrigat *Heinsius* 25 Gratave *Heinsius probante Burmanno:* Grataque *Vψc* succedunt *Heinsius* 28 Laetitiae *m:* Latitiae *V* meritique *ψ:* mentirique *V* 29 appendere *cum Italis quibusdam Heinsius* 31 claresceret aspera *ψ* 32 iam iam *Ald.:* nam iam *VCBon.* paratas *Pio deberi videtur:* parentem (a *suprascr.*) *V*, parantem *MCψ* 33 Ante petit *Ald.*, Ante capit *Heinsius* 38 aequore *M:* equote *V* 39 soror *ψ*: sor *V*, ser *M* 40 qui Thessalus *Ald.*, quae Thessalis *(sic) Burmannus* adque *V* (autque *corr. m. pr.*)

Graecia? quodnam hominum cerno genus? aut ubi cautes
Cyaneae? venit Scythicas en hospes in oras.
quinquaginta Asiam (pudet heu!) penetrarit Iason
exulibus? meque ante alios sic spreverit una,
una ratis, spolium ut vivo de rege reportet?
ipsum offerre, meos ipsum me pandere lucos
imperet et nullo dignetur vincere bello?
cur age non templis sacrata avellere dona
omnibus adque ipsas gremiis abducere natas,
praedo, libet? vobisne domos, vobisne parentes
esse putem, ratis infandis quos sola rapinis
saevaque pascit hiemps et quos, credamus ut ipsis,
rex suus inlisit pelago vetuitque reverti?
scilicet Aeoliae pecudis poteretur ut auro?
ante meus caesa descendet Caucasus umbra
ac prior Haemonias repetet super aequora praedas.
haut ego cum vittis statui feralibus Hellen.
si tamen his aliter perstas non cedere terris,
teque pudor cassi reditus movet, ac latet una
nescio quid plus puppe viris, haud ipse morabor
quae petitis; modo nostra prior tu perfice iussa.
Martius ante urbem longis iacet horridus annis
campus, et ardentes ac me quoque vomere presso,
me quoque cunctantes interdum agnoscere tauri.
his magis adque magis rabiem nunc nostra senectus

---

41 quodnam *ψ*: quondam *V*, quoniam *Sabellicus* cerno] Minyae *Heinsius* at *M* 42 sospes *Heinsius* ḥoras *V* 43 siam (a *supra*) *V* 44 sic] ut *C* 45 vivo] Iuno *Ald.* 46 efferre *vel* auferre *Pius. illud probavit Burmannus, cui interpunctio qua usus sum debetur* ipsum me *C*: ipsum *V*, atque ipsum *ψ* 50 penates *Burmannus* 52 u (t *supra*) *V* 54 potetretur *V*, potiretur *M*, potiatur *ψ* 55 descendit *Bon. quod probavit Vossius nota interrogatoria post* umbra *posita*, descendat *Burmannus.* At meus in canam descendet Caucasus undam *Friesemannus l. l. p.* 115 56 rapiet *cod. reg. Heinsii*, rapuit *Bon.*, raptet *Ald. probante Burmanno* super *om. M.* Ac prius H. rapuit s. a. p.? *Vossius* 57 Aut *V* uittis *M*: uictis *Vψ* hillen *V* 58 nọ *V* 59 mouet ac latet *M*: mouera clatet *V* 60 quit *V* aud *V* 61 persice *M* 63 uouemere *V*

luxuriemque dedit, solitoque superbior ignis
ore fremit. succede meae, fortissime, laudi,
et nostros recole, hospes, agros. nec semina derunt,
quae prius ipse dabam, et messes, quas solus obibam.
consiliis nox una satis, tecumque retracta
cumque tuis haec iussa deis; ac siquid in isto est
robore, praedicti venies in rura laboris.
ipse incertus adhuc, tenebris te protinus illis
involvi flammisque velim, durare parumper
an magis, everso iacias dum semina campo,
ac tibi Cadmei dum seminis exeat hydri
miles et armata florescant pube novales.'

Filia prima trucis vocem mirata tyranni
haesit et ad iuvenem pallentia rettulit ora
contremuitque metu, ne nescius audeat hospes
seque miser ne posse putet. perstrinxerat horror
ipsum etiam et maesta stabat defixus in ira.
non ita Tyrrhenus stupet Ioniusque magister,
qui iam te, Tiberine, tuens clarumque serena
arce pharon praeceps . . . .
. . . . subito nusquam ostia, nusquam

---

71 uisa *M* ac] cras *Heinsius* 72 Pectore *Slothouwer l. l. p.* 180 praescripti *Heinsius* ueniens *M*, uenias *Burmannus* in iura *Heinsius e cod. reg.* 74 uelum *V* flammasque uelim durare parumper Anguis in *e. q. s. Ald. probante Vossio* inverso *Heinsius* iacias *ψ*: iaceas *V* 76 Ac *ψ*: Hac *V*, Haec *m* *pro* seminis *haec proposuit Heinsius:* dentibus, sulcis, messibus, comminus 77 pubae *V* 79 iunonem *M* retiulit *V*, retulit *M* 80 ne *ψ*: *om. V* 83 tyrrenus *V* ioniusque *Cm i. marg.:* ionius *V*, Ioniusve *Burmannus probante Wagnero* magister *Cm i. marg.:* magistetr *V*, (tetr *add. m. sec.*), magis *M*. nautes stupet ionio alto *Bon.*, stupeat maris inscius alto *L. Balbus* 84 Qui iam te liberinetues *V*, Qui iam te liberi metues *M*, Qui portus Tiberine tuos *C*, Qui te iam Lilybaee (lilybee *Bon.*) tuens *ψ* claramque *c*, *receperunt Heinsius et Burmannus. sed cf. Suet Claud.* 20 *extr.*, clarumve *Wagnerus* 85 *inter* praeceps *et* subito *lacunam significavi. Heinsio qui in hoc versu C sequebatur post* subiit *intercidisse non nulla videbantur, veluti* si turbine caeco Nimbosi vis saeva noti. *olim Valerii manum restitutam putaveram* subito *mutato in* agitur *vel* rapitur. *sed quo vento quaque via navis acta esset, quin significaverit poeta, nequit dubi-*

Ausoniam videt, at saevas accedere Syrtes.
tum tamen, infando quae det responsa tyranno,
colligit et tandem obtutu consurgit ab alto.
'non' ait 'hos reditus, non hanc, Aeeta, dedisti
spem Minyis, cum prima tuis pro moenibus arma
induimus. quo versa fides? quos vestra volutant
iussa dolos? alium hic Pelian, alia aequora cerno.
quin agite hoc omnes odiisque urguete tyranni
imperiisque caput; numquam mihi dextera nec spes
defuerit; mos iussa pati nec cedere duris.
unum oro, seu me illa suis seges obruet hastis,
hauriet adverso seu crastinus ignis hiatu,
nuntius hinc saevas Peliae mittatur ad aures,
hic periisse viros, et me, si vestra fuisset
ulla fides, reducem patriae potuisse referri.'

Talibus attonitos dictis natamque patremque
linquit et infida praeceps prorumpit ab aula.
at trepida et medios inter deserta parentes
virgo silet, nec fixa solo servare parumper
lumina, nec potuit maestos non flectere vultus;
respexitque fores et adhuc invenit euntem;
visus et heu miserae tunc pulchrior hospes amanti
discedens; tales umeros, ea terga relinquit.
illa domum adque ipsos paulum procedere postes
optat, at ardentes tenet intra limina gressus.
qualis ubi extremas Io vaga sentit harenas
fertque refertque pedem, tumido quam cogit Erinys

---

tari praeceps] tangens, *vel* prendens, *Burmannus* subit honus quam ostianusq: *M*, subiit nusquam ostia nusquam *C*, subit omnis quam hostia nunquam *Bon.* 86 Ausoniam q: *M* (q: *add. m. sec.*) videt *ψ*: uides *V* at *Burmannus Maserium et Vossium secutus*: et *Vc* 89 aeta *V* 91 quo vestra fides *Friesemannus l. l. p.* 115 uestra uolutant *M*: uesta uolunta *V* 93 agite et *M*: agite et *V*, age et *Burmannus* uruete (g) *V* 94 numquam *I. Columbus*: quamquam *Vψc* 95 mox *ψc* 98 Nuncius *V* 99 Sic *Heinsius* 102 infida *m*: infidi *V* 110 at *Burmannus*: et *Vψc* inter *c* lumina *M* 112 referque *V* erynis *V*

ire mari, Phariaeque vocant trans aequora matres;
circuit haut aliter foribusque inpendet apertis,
an melior Minyas revocet pater; oraque quaerens
hospitis, aut solo maeret defecta cubili,
aut venit in carae gremium refugitque sororis,
adque loqui conata silet; rursusque recedens
quaerit, ut Aeaeis hospes consederit oris
Phrixus, ut aligeri Circen rapuere dracones.
tum comitum visu fruitur miseranda suarum,
inplerique nequit; subitoque parentibus haeret
blandior et patriae circumfert oscula dextrae.
sic adsueta toris et mensae dulcis erili,
aegra nova iam peste canis rabieque futura,
ante fugam totos lustrat queribunda penates.
tandem etiam molli sese semel increpat ira.
'pergis,' ait 'demens, teque illius angit imago
curaque, qui profuga forsan tenet alta carina,
quique meum patrias referet nec nomen ad urbes?
quid me autem sic ille movet, superetne labores,
an cadat et tanto turbetur Graecia luctu?
saltem, fata virum si iam suprema ferebant,
iussus ad ignotos potius foret ire tyrannos!
o utinam et tandem non hac moreretur in urbe!
namque et sidereo nostri de sanguine Phrixi

113 pariaeque *V* equora *V* 114 intendit *Heinsius* 115 minias *V* quaerens *M:* quacres *V*, oraque anhelans *Heinsium coniecisse Burmannus adnotavit* 116 meret *V* 118 Terque *Burmannus* reducens *vel* retentans *Heinsius*, recumbens *vel* renidens *Burmannus* 119 Querit *V* aeeis *V*, aetaeis (o) *M*, Aeteis *C* 122 Implerique *m*: Inpleritque *V*, Impleritque *M*, Explerique *ψ* solitoque *Heinsius* heret *V* 123 nunc offert *vel* rursum fert *Heinsius* 124 aerili *V* 125 rabieque *ψe*: rapique *V* 126 fuga *Heinsius* notos *Friesemannus l. l. p.* 116 quaeribunda *V* 127 mollis *M*, haud molli *Heinsius* sese semel *MCBon.:* semels *V*, sese simul *Ald.* 128 Pergit *Bon.* 129 qui *ψ*: cui *V* profugat *V* fors iam *Heinsius probante Burmanno* 130 inec *V* 131 superetne *M:* superenne *V* 132 Hancadat *V* graetia *V* 133 subrema *V* 135 atque utinam Aeea non hac moreretur in urbe *vel* Aeeo hoc in orbe *Heinsius* 136 siderei *M*

dicitur, et caram vidi indoluisse sororem;
seque ait has iussis actum miser ire per undas.
at redeat quocumque modo, meque ista precari
nesciat, adque meum non oderit ille parentem.'
dixerat haec stratoque graves proiecerat artus,
si veniat miserata quies, cum saevior ipse
turbat agitque sopor; supplex hinc sternitur hospes,
hinc pater. illa nova rumpit formidine somnos
erigiturque toro; famulas carosque penates
agnoscit, modo Thessalicas raptata per urbes.
turbidus ut poenis caecisque pavoribus ensem
corripit et saevae ferit agmina matris Orestes;
ipsum angues, ipsum horrisoni quatit ira flagelli;
adque iterum infestae se fervere caede Lacaenae
credit agens, falsaque redit de strage dearum
fessus et in miserae conlabitur ora sororis.

His ubi nequiquam nutantem Colchida curis
Iuno videt necdum extremo parere furori,
non iam mentitae vultum vocemque resumit
Chalciopes. quando ardor hebet, leviorque pudori
mensque obnixa malo, tenues sublimis in auras
tollitur et fulvo Venerem vestigat Olympo.
'Sum memor, ut . . . mecum partita laborem;

---

137 Ducitur *Heinsius* 138 miscere *M*, miserere *Bon.* undas *Pius Ald. c:* umbras *V Bon.* 139 At *Bon. c:* Aut *V* praecari *M*, p̄cani *V* 140 Resciat *Lenzium coniecisse Wagnerus adnotavit* per undas, Ut pereat quocumque modo. Non ista precari Me sciat *Burmannus. idem proposuit* Me sciat, ut non me, verum oderit ille parentem 141 arcus *V* 142 quies *M:* quisae *V* 143 hinc *ψ:* hic *V* cernitur *Heinsius* 144 illa *ψ:* ille *V* 145 parentes *C (in castigationibus omisit hanc scripturam Carrion neque in edit. sec. expressit.)* 147 caecisque *M:* caesisque *V* 149 horrison *V* 150 incestae *Burmannus dixit Domin. Marium ad Ovid. amor.* I 7, 10 *laudare* lacaneae *M*, leenae *m i. marg., quod placuit Burmanno* 153 Has — curas *m* mutantem *M* colcida *V* 156 Calchiopes *V*, Talchiopes *M* hebet *C Bon.:* habet *V Ald.* leviorque pudore Mens obnixa malo *Vossius*, leviterque pudori Mens obnixa malo *Heinsius* 159 *lacunam significavi:* tecum *V*, totum *C*, tantum *ψ*

illa nimis sed dura manet conversaque in iram
et furias dolet ac me nunc decepta reliquit.
i, precor, adque istum quo me frustratur amorem
vince, precor, patriis ut tandem evadere tectis
audeat adque meum casu defendere ab omni
Aesoniden. quin illa sacro, quo freta, veneno
illum etiam totis adstantem noctibus anguem,
qui nemus omne suum, quique aurea (respice porro)
vellera tot spiris circum, tot ductibus implet,
solvat et in somnos ingenti solvat ab orno.
haec tibi: nam Furiis adque ipsi cetera mando.'

Tum Venus aligerum mater sic fatur Amorum:
'nec tibi, cum primos adgressa es flectere sensus
virginis ignotaque animum contingere cura,
defuimus, data continuo sed cingula soli
nostra tibi, quis mota loco labefactaque cessit.
haut satis est, sed me ipsa opus, et cunctantia poscunt
pectora me dubiusque pudor: iam foedera faxo

---

161 furiata reliquit *C.* ac mea nunc incepta relinquit *Heinsius* 162 praecor *V* 163 praecor *V*, prior *Heinsius.* atque istum, quo me frustata pudorem Vince prior *Burmannus.* prior *non displicet* 165 quin *Pius Ald.:* quis *VBon.*, queis *C* sacris *CBon.* quin illa sacri vi freta veneni *vel* fac illa sacro quo freta veneno *Heinsius.* atque meum casu defendere ab omni Aesoniden velit illa sacro, quo foeta, veneno. *Burmannus* 169 *repetitio verbi quod est* solvat *praeter Pium omnibus editoribus fuit molesta. Itaque Bulaeus* solvat et in somnos ingenti volvat ab orno, *Heinsius* Sopiat insomnem atque ingenti solvat ab orno *vel* solvat et in somnos ingenti avellat *vel* evolvat ab orno, *Burmannus* Molliat *vel* Mulceat, in somnosque ingenti solvat ab orno, *Herelius ep. crit p.* 71 *Wagnero teste* Sternat et in somnos *s. q. s. mihi pro altero* solvat: fundat *vel simile quid scribendum videtur. nam corruptelam inde puto exortam esse, quod* solvat *in primo versu positum in calamo quasi erat librarii, cum ad alterum verbum pervenerat* 170 nam *Bon. Pius:* non *VAld.*, nunc *Carrionis sec. quo modo distinguendum esset vidit Burmannus.* cetetra *V* 171 Tunc *M* alierum *V* fatur Amorum *ψ*: futura morum *V*, fatur amorem *M* 174 sed *CAld.*: *om V*, sunt *codex regius*, quod *Bon.*, quin *Heinsius olim*, scis *Burmannus*, *quamquam* sunt *non improbabat* 175 labafactaque *V* 176 ipsum *Ald.* et] est *C.* Haud satis id, me me ipsa opus est. *vel* Haud satis est, me me ipsa opus, en cunctantia poscunt *Heinsius*

Aesonii petat ipsa viri metuatque morari.
tu face luciferae citus ad delubra Dianae
deveniat, sacras solita est ubi fundere taedas
Colchis et aequali domiuam lustrare caterva.
nec te uuuc Hecates subeat metus, aut mea forte
impediat ue coepta time. quin audeat opto:
coutinuo trausibit amor, cantuque trilingui
ipsam flammiferos cogam coupescere tauros
amplexumque pati.' volucrem Iuuo aspicit Irin,
festinamque iubet monitis parere Dioues,
et iuveuem Aesonium praedicto sistere luco.
protinus hiuc Iris Miuyas, Cytherea petivit
Colchida; Caucaseis speculatrix Iuno resedit
rupibus, attonitos Aeaea in moenia vultus
speque metuque teueus et adhuc iguara futuri.

Vix primas occulta Venus prospexerat arces,
virginis ecce novus mentem perstringere lauguor
incipit; iugeminant commotis questibus aestus.
ergo iterum sensus varios super hospite volvens
maeret et abscuti uequiquam talia fatur:
'si tibi Thessalicis, nuuc si tua forte veuenis
mater et heu, siqua est, posset succurrere couiunx!

---

178 Acsoni *V* rogari *Heinsius* 179 letiferae *C* 180 ubi] cui *Heinsius* fundere] tollere *Burmannus* acdas *V* 182 haecates *V* 183 ne coepta time *Heinsius:* ne aetatime *V*, Ne impediat nunc acta time *C*, nec me actati *Bon.*, haud mea furta Impediet nec enim est tanti *Ald.* (nec enim est tanti *Pius proposuerat*) nec me cetis *Sabellicus*, Ne impediat nunc Actine *Vossius* 185 flammivomos *Friesemannus l. l. p.* 116 186 Amplexumque pati *ψ*: Amplexuque petit *V*, Amplexuque peti *C*, Amplexumque petet *Vossius. in codicibus qui Pomponii Laeti fuerant inter* 185 *et* 186 *hos versus insertos invenit Pius* Atque novam segetem ardenti decidere ferro, Pervigilem somno claudentem victa draconem Lumina conspicies. laeta est Iuno. inde resurgit Amplexuque petit, *quos Weichertus d. uers. C. Val. Fl. ini. susp. p.* 134 *defendit* Iuno *Burmannus:* tune *Vψc* irim *V* 187 Festinamque *C*: Festinansque *Vψ* 190 speculatrix *M:* speluncatrix *V* 191 aetaea *M* 193 oculta *V* obrepserat *Heinsius* 195 ingeminat *M* comitis *M*, commoti *Heinsius* quaestibus *V* 196 ospite *V* 197 Meret *V*

quidue tuos virgo possim nisi flere labores?
hoc satis; ipsa etiam casus spectare supremos,
adque iterum durae cogar comes ire sorori.
et nunc ille sua non quemquam sorte moveri,
non ullum meminisse putat, cumque omnibus odit
me quoque. siquando fuerit tamen ulla potestas,
illum ego, qui diris cinis ultimus haeserit arvis,
ossaque, quis tauri saevusque pepercerit ignis,
conponam sedemque dabo. fas tunc mihi manes
dilexisse viri tumuloque has reddere curas.'

Dixerat: ecce toro Venus inprovisa resedit,
sicut erat mutata deam mentitaque pictis
vestibus et magica Circen Titanida virga.
ipsa velut lenti fallatur imagine somni,
hic oculos incerta tenet magnique sororem
paulatim putat esse patris; tum flebile gaudens
prosiluit saevaeque ultro tulit oscula divae,
ac prior 'o tandem, vix tandem reddita Circe
dura tuis, quae te biiugis serpentibus egit
hinc fuga? quaeve fuit patriis mora gratior oris?
ante et Thessalicae Phasin petiere carinae,
perque tot infelix frustra vada venit Iason,
quam patriae te movit amor.' tum cetera rumpit
occurritque Venus 'tu nunc mihi causa viarum
sola: tuae venio (iam pridem gnara) iuventae;

---

200 Nam quid virgo tuos possum nisi flere labores? *Ald.*, Quid dubios virgo possem nisi flere labores *Burmannus* 201 Haud satis *Heinsius* ipsa *ψc:* ipse *V* casus *ψc: om V* *Hunc versum in V sequitur* Ei mihi necasus etiam spectare supraemos. *cf. praef.* 202 dirae *C* esse *C* 203 forte *V* 204 ingemuisse *vel* metuisse *Heinsius* 206 heserit *V* oris *C* 207 tauris *V* 209 credere *Heinsius* 210 redit (se) *V* 211 Sic ut erat mutata, deam mentitaque *C.* imitata *m* 214 Sic *c*, Huc *Heinsius* 215 fleuile *V* 216 saeneque *V* 217 circae *V* 219 quaeuae *V* grauior *M* 220 An quod *Ald. probante Burmanno, qui et* An quia *conieiebat et v.* 221 *post* Iason *interrogationis nota usus est* 222 Quis — amor? *Ald.*, An — amor? *Burmannus* 224 *post* sola *distinguendum esse vidit Burmannus* gnara *idem. cf. adnot. ad* IV 404: ignava

cetera parce queri, neu me meliora secutam
argue; quippe etiam repetentur munera divum.
omnibus hunc potius communem animantibus orbem,
communes et crede deos. patriam inde vocato,
qua redit itque dies. nec nos, o nata, malignus
cluserit hoc uno semper sub frigore Phasis.
fas mihi non habiles, fas et tibi linquere Colchos.
et nunc Ausonii coniunx ego regia Pici,
nec mihi flammiferis horrent ibi pascua tauris,
meque vides Tusci dominam maris. at tibi quinam
Sauromatae, miseranda, proci? cui vadis Hibero
(ei mihi!) vel saevo coniunx non una Gelono?'
  Illa deae contra iandudum spernere voces;
'non ita me inmemorem magnae Perseidos' inquit
'cernis, ut infelix thalamos ego cogar in illos.
i, precor, adque unum pro me dimitte timorem.
sed magis his miseram, quando potes, eripe curis,
unde metus aestusque mihi, quaeque aspera, mater,
perpetior durae iandudum incendia mentis.
nulla quies animo, nullus sopor, arida . . .

V., quod defendit Wagnerus, ignara *Heinsio teste vir doctus in marg. Vaticani Venetae editionis exemplaris* 226 ut iam reputentur *Heinsius*, ut ne repetam iam *Burmannus* 227 Cunctis communem animantibus orbem Communes et crede deos patriamque uocato Qua redit itque dies *habet Parisinus* 7647 229 redit itque *praeter Parisinum CmPius:* rediitque *VAld.*, redeuntque *Bon.* diis uata *C* malignus *ψ*: malignis *VC* 230 Phasis *Ald.:* mensis *VBon.*, messis *c. fortasse* Pontus. *Heinsii coniecturae sunt* nec nos Dis nata malignis Luserit hoc udo semper sub frigore *vel* h. crudo s. s. sidere *vel* h. crudo s. s. frigore messis, *Bentleii ad Hor. carm.* III 19, 24 uec nos, o nata, malignus Cluserit Arctoo s. s. frigore *vel* hoc uno s. s. cardine *vel* hoc mundi s. s. cardine Phasis. *Burmannus Aldinam scripturam probavit.* 231 stabiles *Heinsius* 233 ibi *m:* tibi *Vc* 240 I *m*: II *V* ac querulum *vel* ao vanum *Heinsius; hoc probavit Burmannus* promedimitte *M:* promedium itte *V*, *unde* pro me dea mitte *Heinsius* 241 quoniam *C* 242 aestusque *Maserius c:* est usque *Vψ* mater] semper *ψ* 243 crudae *Heinsius*, dubiae *Burmannus* iamdudum *V* 244 *lacunam significavi:* arida menti *V*, ardua amanti *C*, arida mens est *Bon.*, ardua menti *Ald.*, haeret amanti *Heinsius*, arma timenti *Burmannus*. menti *e versu* 243 *errore librarii huc translatum est. fortasse* membra *addendum*

quaere malis nostris requiem mentemque repone,
redde diem noctemque mihi,· da prendere vestes
somniferas ipsaque oculos conponere virga.
tu quoque nil, mater, prodes mihi; fortior ante
sola fui. tristes thalamos infestaque cerno
omnia, vipereos ipsi tibi surgere crines.'
talia verba dabat conlapsaque flebat iniquae
in Veneris Medea sinus pestemque latentem
ossibus adque imi monstrabat pectoris ignem.

Occupat amplexu Venus et furialia figit
oscula permixtumque odiis inspirat amorem.
dumque illam variis maerentem vocibus ambit
inque alio sermone tenet, 'quin hoc' ait 'audi
adque attolle genas,' lacrimisque haec infit obortis:
'cum levis a superis ad te modo laberer auris,
forte ratem primo fugientem litore cerno,
qualem nostra suo numquam dimittere portu
vellet, adhuc omnes quae detinet insula nautas.
unus ibi ante alios qui tum mihi pulchrior omnis
visus erat (longeque ducem mirabar et ipsa)
advolat, adque unam comitum ratus esse tuarum
'per tibi siquis' ait 'morituri protinus horror,
et quem non meritis videas occurrere monstris,
haec praecor, haec dominae referas ad virginis aurem;
tu fletus ostende meos; illi has ego voces,

---

245 noctemque *M* reponem *V* 246 deme adprehendere *Bon*, dome adprendere *Ald.* 250 Omina *Ald.*, Somnia *Heinsius* uipereor *V* 253 imi *m*: ibi *V* nutribat *Ald.*, nudabat *Burmannus* 254 figit *M*: fugit *V* 256 merentem *V* 257 quiin *V* 258 Huoque *Heinsius* 259 a superis *M*: asperis *V* at *V* 260 figientem *V*, fulgontem *Heinsius* (*'nondum fugiebat ratis'*) litere *V* 261 portu *m*: porto *V*, ponto *ψ* 262 Suevit *Heinsius* detinent *V* 263 mihi] quoque *ψ* omnes *Heinsius*, *qui* ibi — 264 ipsa *parenthesi inclusit* ipse *mAld.e* 266 proditus ardor *Heinsius* 267 quem *M*: quidem *V* occurrere *M*: ocourre *V*, occumbere *Heinsius*. Et quem nil meritum videas occumbere monstris *vel* Et quem non meruisse vides occumbere monstris *Burmannus* 269 I *vel* Huic *Heinsius* fletus *M*: fletur *V*

qua datur, hasque manus, ut possum, a litore tendo.
ipsae, quas mecum per mille pericula traxi,
defecere deae; spes et via sola salutis,
quam dederit, si forte dabit. ne vota repellat,
ne mea; totque animas, qualis nec viderit ultra,
dic, precor, auxilio iuvet adque haec nomina servet.
si Pelopis duros prior Hippodamia labores
expediit, totque ora simul iugulata procorum
respiciens tandem patrios exhorruit axes,
si dedit ipsa neci fratrem Minoia virgo,
cur non hospitibus fas sit succurrere dignis
te quoque et Aeaeos iubeas mitescere campos?
occidat aeterna tandem Cadmeia morte
iam seges et viso fumantes hospite tauri.
ei mihi, quod nullas hic possum exolvere grates!
ut tamen hoc saeva corpus de morte receptum,
hanc animam sciat esse suam. miserebitur ergo?
dic, ait, an potius? — strictumque ruebat in ensem.
promisi; ne falle, precor. cumque ipsa moverer
adloquio casuque viri, te passa rogari
sum potius; tu laude nova, tu supplice digno
dignior es; sat fama meis iam parta venenis.'
  Torserat illa gravi iandudum lumina vultu
vix animos dextramque tenens, quin ipsa loquentis

---

270 Quas *m* 271 Ipse *V* *inter* ipsae *et* quas *habent* ego *mψc* 274 Nunc *ψ* uiderit *M*: uideni *V*. quas lux nec viderit ultra *Heinsius* 275 praecor *V* iubet *V* seruet *M*: seret *V* *versu* 281 *cum compelletur Medea, non dubito, quin* 276—283 *post* 291 *collocandi sint* 277 iugulata *Bon.*: uulgata *VCAld.* 278 patrios *M*: patrio *V* exorruit *V* 279 neci *M*: neti *V* 280 it (s) *V* 281 eaeor *V*, eaeeos *M*, oeteos *m* iubeas *ψ*: subeas *V* 282 alterno — Marte *Heinsius* 283 spumantes *Ald.* 285 Attamen *Ald.*, Sic tamen *Heinsius* redemptum *idem* 287 rubeat *M*, vibrat *m*, ruebit *Bon.*, strictos gaudebit in enses *Ald.*, strictos gaudebat an enses *Heinsius*, tuetur *Eyssenhardtius l. l. p.* 391 288 Promissi *M* fraecor *V*, praecor *M* 291 Dignior es. sat fama meis iam *Heinsius*: Dignior es et famame istam *V*, Dignior; est et fama meis iam *C* 292 iamdudum *V* 293 ammos *V*

iret in ora deae; tanta pudor aestuat ira
verba cavens, horror molles invaserat annos.
iamque toro trepidas infelix obruit aures,
nec quo ferre fugam, nec quo se vertere posset
prensa videt; rupta condi tellure premique
iandudum cupit ac diras evadere voces.

Illa sequi iubet et portis expectat in ipsis.
saevus Echionia ceu Penthea Bacchus in aula
deserit infectis per roscida cornua vittis,
cum tenet ille deum, pudibundaque tegmina matris
tympanaque et mollem subito miser accipit hastam;
haud aliter deserta pavet perque omnia circum
fert oculos tectisque negat procedere virgo.
contra saevus amor, contra periturus Iason
urguet et auditae crescunt in pectore voces.
heu quid agat? videt externo se prodere patrem
dura viro, famam scelerum iamque ipsa suorum
prospicit, et questu superos questuque fatigat
Tartara; pulsat humum, manibusque inmurmurat uncis
noctis eram Ditemque ciens, succurrere tandem
morte velint ipsumque simul dimittere leto,
quem propter furit; absentem saevissima poscit
nunc Pelian, tanta iuvenem qui perderet ira.
saepe suas misero promittere destinat artes,

---

294 estuat *V* 295 *pro* Verba cavens *haec proposuit Heinsius* sese acuens, Verba pavens *vel* acuens *vel* negans, Verba labant. *Burmannus* tacita p. a. i. Verba cavens *vel* tanta p. a. ira. Verba cadunt artus *Heinsius* 296 toro *M:* tor *V* · drepidas *V* obstruit *Sabellicus probante Heinsio* 298 Piensa *V* praemique *V* 299 Iamdudum *V* duras *C* 301 bachus *V* 302 infectis — vittis *dedi librorum scripturam quae nondum emendata est.* iniectis — vittis *post Pium Vossius,* insertis — victis *Ald.*, iniectis — vinclis *Heinsius*, *quem Burmannus*, *Wagnerus*, *alii secuti sunt.* 303 pudibundaque *M:* puliibundaque *V*, furibundaque *Heinsius* matris *idem:* patris *Vψo* 304 *post* tympanaque *colon posuit Burmannus* acipit *V* 306 Feri *V* 308 in pectore *ψ*: implet ore *V*, impectore *M* 309 extremo *M* 311 et *M*: ex *V* 314 demittere *ψ*: dimittere *V* loeto *V*

denegat atque una potius decernit in hora;
ac neque tam turpi cessuram semper amori
proclamat neque opem ignoto viresque daturam;
adque toro proiecta manet, cum visa vocari
rursus et inpulso sonuerunt cardine postes.

Ergo ubi nescio quo penitus se numine vinci
sentit et abscisum quidquid pudor ante monebat,
tum thalami penetrale petit, quae maxima norat
auxilia Haemoniae quaerens pro rege carinae.
utque procul magicis spirantia tecta venenis
et saevae patuere fores, oblataque contra
omnia, quae ponto, quae manibus eruit imis
et quae sanguinea lunae destrinxit ab ira,
'tunc sequeris' ait 'quidquam aut patiere pudendum,
cum tibi tot mortes scelerisque brevissima tanti
effugia?' haec dicens, qua non velocior ulla
pestis erat toto nequiquam lumine lustrat,
cunctaturque super morituraque colligit iras.
o nimium iucunda dies, quam cara sub ipsa
morte magis! stetit et sese mirata furentem est.
'occidis heu! primo potes hoc durare sub aevo?
'nec tu lucis' ait, 'nec videris ulla iuventae

---

318 Mox negat *Bulaeus*, Dein negat *Dorvillius ad Charit.* VII 3 ima *ψ* totiens *Cuperus observ.* II 10 discernit *Ald., in qua se excipiunt* 320 319 317 318 hora *Heinsius:* ira *Vψc* 319 Ac neque tam *Cψ*: Ac nequeat *V*, At neque tam *Burmannus* semet *Heinsius* 320 ignito *V* (o above i) 321 Utque — tum *Heinsius* 322 — 359 *desunt in V. contuli in his versibus praeter M Vaticanum* 1653 *cuius scripturam v nota significabo* 324 abscissum *v*, excussum *Heinsius* quicquid *mr*, quiquid *M* 328 oblataque *ψ*: ablataque *Mr* 330 lunae *ψ*: lunam *Mr* destrinxit *Burmannus:* distrinxit *Mrψc* sanguineo — ab orbe *vel* ore *Heinsius* 332 mortes *Zinzerlingius*: mortis *Mrψc* 333 velocior ulla pestis erat *Dorvillius ad Charit.* VII 3 *pag.* 570 *ed. Lips.*: uelocius ulla Pestiferam *Mrψc*, vis ocyor *vel* acrior ulla Pestiferam *Heinsius*, qua non velocior *vel* violentior ulla, Pestiferam toto nec cistam lumine lustrat *Burmannus* limine *v* 336 iocunda *v* 337 et *om. M* 338 Occidi seu *M.* Occidis heu, primo (potes obdurare) sub aevo? *vel* Occidere heu primo potes, hoc dic dura, sub aevo? *Heinsius*

gaudia, nec dulces fratris pubescere malas?
hunc quoque, qui nunc est, crudelis, Iasona nescis
morte perire tua, qui te nunc invocat unam,
qui rogat et nostro quem prima in litore vidi?
cur tibi fallaces placuit coniungere dextras
tunc, pater, atque istis iuvenem non perdere monstris
protinus? ipsa etiam, fateor, tunc ipsa volebam.
testor cara tuas, Circe Titania, voces,
te ducente sequor, tua me grandaeva fatigant
consilia et monitis cedo minor.' haec ubi fata,
rursus ad Haemonii iuvenis curamque metumque
vertitur, hunc solum propter seu vivere gaudens,
sive mori, quodcumque velit; maiora precatur
carmina, maiores Hecaten inmittere vires
nunc sibi, nec notis stabat contenta venenis.
cingitur inde sinus, et qua sibi fida magis vis
nulla, Prometheae florem de sanguine fibrae
Caucaseum promit nutritaque gramina ponti,
quae sacer ille nives inter tristesque pruinas

---

340 Gaudis *ν* nec *νe*: non *Mψ* 341 Hunc *νψ*: Hinc *M* crudelis *ψ*, o crudelis *M*: primaeuus *Cr.* Hunc quoque, quin hunc, heu crudelis Iasona nescis Morte perire tua? *vel* cui nunc es crudelis *Heinsius, quamquam Carrionis scripturam non inprobabat. Burmannus Valerium scripsisse putavit quae a me data sunt, ut* est *esset pro* vivit *sed* qui nunc est *verba non sunt poetae, qui fortasse scripsit* qui tuus est
342 qui te nunc invocat *νψe*: qui nunc inuocat *M* (tete *add. m. sec.*)
343 prima *Heinsius:* primum *Mνψe* 345 tunc, pater, atque *Bon.:* Tunc poterat que *M*, Tunc poteratque *ν*, Tunc poterasque *C*, Tunc poteras *Pius Ald.* non] tunc *Pius Ald. in codice Alexandri Farnesii, quo Pius utebatur et in codice regio post v.* 344 *duo versus inserti sunt, quos Heinsius e codice Pomponii Laeti haud dubie depromptos esse dixit. sunt autem hi* Aeta parens, si poscenti sua fulva negasses Vellera, si (sed *Pius*) patrium vetuisses Phasin adire, *qui Valerii esse videbantur Burmanno et Weicherto de vers. aliqu. C. V. Fl. ini. susp. p.* 135 *sqq. ille pro* fallaces *coniecit* fallaci *et* Arte *pro* Aeta *et* tua *pro* sua, *hic* Ante parens *pro* Aeta pater 347 cura *M* 349 en monitis *Heinsius*
351 seu *Heinsius:* se *Mνψe* 354 notae *Carrionis sec.* adstat *vel* instat *Heinsius* 357 promit *MC:* tonitru *νψ* ponti *M:* ponit *νCBon.*, promit *Pius Ald.*, tabo *Heinsius*

durat editque cruor, cum viscere vultur adeso
tollitur e scopulis et rostro inrorat aperto.
idem nec longi languescit finibus aevi
inmortale virens, idem stat fulmina contra
sanguis et in mediis florescunt ignibus herbae.
prima Hecate Stygiis duratam fontibus harpen
intulit et validas scopulis effodit aristas;
mox famulae monstrata seges, quae lampade Phoebes
sub decima iuga feta metit saevitque per omnes
reliquias saniemque dei; gemit inritus ille
Colchidos ora tuens; totos tunc contrahit artus
monte dolor, cunctaeque tremunt sub falce catenae.

Talibus infelix contra sua regna venenis
induitur, noctique tremens infertur opacae.
dat dextram vocemque Venus, blandisque paventem
adloquiis iunctoque trahit per moenia passu.
qualis adhuc teneros supremum pallida fetus
mater ab excelso produxit in aera nido
hortaturque sequi brevibusque insurgere pinnis,
illos caerulei primus ferit horror Olympi,
iamque redire rogant adsuetaque quaeritur arbor;

---

359 Dura tcdique (t superscr.) *M* (t *add. m*): Durabat editque *v*, Durat editque *ψc*, Durat agitque *vir doctus in marg. Vat. Venet. edit. exempl.*, Durat alitque *Bulaeus probante Heinsio*, Durat obitque *Columbus. de versibus* 357—59 *emendandis dicam in praefatione* 361 languscit (e superscr.) *V* 363 Sangus *V* 364 haecantae estigiis *V* harpem *V* durata — harpe Impulit *Heinsius* 365 scopolis *e* scopulis *in V correctum est* haristas *V* 366 constrata *Heinsius* phebes *V* 368 Relliquias *V* 369 toto *M probante Heinsio, qui et* moto *coniecit.* toto *non displicet* tunc *M:* tunc *V* 370 mente *Bon.* mente dolens *Burmannus* 372 Intuitur *V*, Instruitur *Burmannus* 373 uocemque Venus blandisque paventem (parentem *in scholiis*) *C:* blandique pauens uocem uenus qua (os superscr.) . ÷ *V*, blandeque pavens vocem Venus et quam (qua *Ald.*) *ψ* 375 supremum] ubi primum *Heinsius* 377 sequi *ψ*: saeui *V*, suis *C* insurgergere *V* 378 oror (h r superscr.) *V* 379 rogant *ψ:* cogant *V*, cogunt *m*, uolunt *C* queritur *V*

haud aliter caecae per moenia deficit urbis
incedens horretque domos Medea silentes.
hic iterum extremae nequiquam in limine portae
substitit adque iterum fletus animique soluti,
respexitque deam paulumque his vocibus haesit:
'ipse rogat certe, meque ipse implorat Iason.
nullane culpa subest? labes non ulla pudoris,
nullus amor? nec turpe viro servire precanti?'
illa nihil contra vocesque abrumpit inanes.
et iam iam magico per opaca silentia Colchis
coeperat ire sono, montanaque condere vultus
numina, cumque suis averti collibus amnes;
iam stabulis gregibusque pavor strepitusque sepulchris
inciderat; stupet ipsa gravi nox tardior umbra.
iamque tremens longe sequitur Venus; utque sub altas
pervenere trabes divaeque triformis in umbram,
hic subito ante oculos nondum speratus Iason
emicuit, viditque prior conterrita virgo.
adque hic se profugam volucri Thaumantias ala
sustulit; inde Venus dextrae dilapsa tenenti.
obvius ut sera cum se sub nocte magistris
inpingit pecorique pavor, qualesve profundum
per chaos occurrunt caecae sine vocibus umbrae;

---

380 alia *C* caecae *ψ:* cacoae *V*, caco *M*, Aeaeae *C* monia *V* 381 Incendens *V* horretque *m:* horret *V* 382 extramae *V* limine *ψc:* lumine *V* 383 Subsistitit *V* 385 meque ultro *Heinsius* 386 Culpa nec ulla subest *idem* 387 p̄canti *V* virum servare precantem *Burmannus* 388 uocesquae *V* 390 montanaque *Dorvillius ad Char.* I 1: monstrataque *V*, mostrataque *M*. monstrata recondere *Heinsius* 391 Lumina *Vossio praeeunte Burmannus, qui v.* 390 cunctataque *pro* monstrataque *proposuit* subque suis *Wakefieldus ad Lucr.* I 1084 vallibus *Burmannus*, *ut* valles *sint alvei fluviorum* 392 graegibusque *M:* graeibusque *V* sepulchris *M:* sepu benis *V* (benis *quia versus ipse non capiebat supra scriptum est*) 394 Ipsa *C* atque *Bon.* sub altas *Cm:* sublatas *V* 395 traues *V* diueque *V* 398 hinc *Heinsius* Thaumantias ala *ψ:* taumatia salis *V*, taumantia solis *M*, volucris Thaumantias alis *c* 399 dilapsa *ψ:* delapsa *Vc* 402 caece *V* 403 nemorisque *M*, nemoris *V*

haut secus in mediis noctis nemorisque tenebris
inciderant ambo attoniti iuxtaque subibant,
abietibus tacitis aut immotis cyparissis
adsimiles, rapidus nondum quas miscuit auster.

Ergo ut erat vultu defixus uterque silenti,
noxque suum peragebat iter, iam iam ora levare
Aesoniden farique cupit Medea priorem.
quam simul effusis pavitantem fletibus heros
flagrantesque genas vidit miserumque pudorem,
has tandem voces dedit et solatus amantem est.
'Fersne aliquam spem lucis?' ait, 'miserata laborem
nempe venis? an et ipsa mea laetabere morte?
ne, precor, infando similem te, virgo, parenti
gesseris, haut tales decet inclementia vultus.
hascine nunc grates, haec expectata laborum
dona dari decuit? sic te sub teste remitti
fas me, virgo, tuum? iustas da vocibus aures.
nec pater ille tuus tantis me opponere monstris,
(quid meritum?) aut tales voluit me pendere poenas.
an iacet externa quod nunc mihi cuspide Canthus?
quodque meus vestris cecidit pro moenibus Iphis?
aut Scythiae tanta inde manus? iussisset abire
perfidus atque suis extemplo cedere regnis.
spem mihi promissam per quae discrimina rursus
et reddat qua lege, vides. occumbere tandem
possumus, idque sedet, quam non quaecumque subire
patris iussa tui; numquam sine vellere abibo
hinc ego, degenerem nec me tu prima videbis.'

406 rabidus *Heinsius* auter *V* 407 erant *Heinsius* 409 priorēm *V* 411 Fraglantesque *V* 413 laborem *ψc:* laborum *V* 414 laetauere *V* 416 haut equidem pulcros decet inclementia uultus *habet Parisinus* 7647 aut *V* tecet *V* inclementia *V* 417 Hasne mihi grates *Heinsius* 419 me *cui debeatur nescio:* mihi *Vψ*, mi *c.* Fas tibi *vel* Fasne o *vel* Fas ubi *Heinsius.* mihi *defendit Burmannus* 420 Nam *Bon.*, Quid *Zinzerlingius* ille] ante *Burmannus*, *recepit Wagnerus* 421 Nec *Zinzerlingius uncis sublatis* me pendere *C:* pendere *V*, expendere *M*, me expendere *ψ* 422 Iam *Ald.* cupide *V* 424 schytiae *V*

Haec ait. illa tremens, ut supplicis aspicit ora
conticuisse viri iamque et sua verba reposci,
nec quibus incipiat demens videt, ordine nec quo,
quove tenus, prima cupiens effundere voce
omnia, sed nec prima pudor dat verba timenti.
haeret et attollens vix tandem lumina fatur
'quid, precor, in nostras venisti, Thessale, terras?
unde mei spes ulla tibi? tantosque petisti
cur non ipse tua fretus virtute labores?
nempe, ego si patriis timuissem excedere tectis,
occideras, nempe hanc animam pars saeva manebat
funeris. en ubi Iuno, ubi nunc Tritonia virgo,
sola tibi quoniam tantis in casibus adsum
externae regina domus? miraris et ipse,
credo, nec agnoscunt hae nunc Aeetida silvae.
sed fatis sum victa tuis; cape munera supplex
non mea; teque iterum Pelias si perdere quaeret,
Inque alios casus, alias si mittet ad urbes,
heu formae ne crede tuae.' Titania iamque
gramina Perseasque sinu depromere vires
coeperat; his iterum conpellat Iasona dictis:
'si tamen aut superis aliquam spem ponis . . . .
aut tua praesenti virtus educere leto
si te forte potest, etiam nunc deprecor, hospes,
me sine et insontem misero dimitte parenti.'

---

438 sps *V* 439 ipse *M:* ipsa *V* 440 patris *V* [i] rennissem *Sabellicus* 441 sors *Ald. probante Heinsio,* fors *Gronovius observ.* IV 21 442 en ubi Iuno *C:* iuno ubi nunc *V*, ubi[b] iuno[c] nunc[a] *M*, o ubi Iuno *ψ* tritinia *V* 444 ipse *cum ψ Heinsius;* ipsa *Vc.* miraris? et ipsae, *Vossius* 445 haee *V* aetida *V* 446 suplex *V* 447 Nunc *ψc* 448 alias si mittet *Heinsius:* alias mittet *V*, aliasque mittet *M*, aliasque immittet *mψ probante Burmanno*, alias dimittet ad urbes *Marklandus ad Stat. silv.* III 3, 77 452 *lacuna est in V:* sumptis (*pro* superis) — in armis *C*, in ipsis *ψ*, Iason *Burmannus*, *qui in codice suo legebat* ponit Iason. *fortasse* in istis 453 praesenti *ψ:* persenti *V*, personti *M* te educere *V Bon.*, subducere *Heinsius* etiam *scribendum esse vidit Burmannus, antea* et iam *legebatur.* id iam *Heinsius* dēpcor *V* 455 demitte *V*

dixerat. extemplo (nam iam matura ruebant
sidera et extremo se flexerat axe Bootes)
cum gemitu et multo iuveni medicamina fletu
non secus ac patriam pariter famamque decusque
obicit. ille manu subit et vim corripit omnem.
 Inde ubi facta nocens et non revocabilis umquam
cessit ab ore pudor propiorque inplevit Erinys,
carmina nunc totos volvit figitque per artus
Aesonidae et totum septeno murmure fertur
per clipeum atque viro graviorem reddidit hastam;
iamque sui tauris languent absentibus ignes.
'nunc age et has' inquit 'cristas galeamque resume,
quam modo funerea tenuit Discordia dextra.
hanc iace per medias, cum verteris aequora, messes;
protinus in sese conversa furoribus ibit
cuncta phalanx, atque ipse fremens mirabitur et me
respiciet fortasse pater.' sic deinde locuta
iam magis atque magis mentem super alta ferebat
aequora, pandentes Minyas iam vela videbat
se sine. tum vero extremo percussa dolore
arripit Aesoniden dextra ac summissa profatur
'sis memor, oro, mei, contra memor ipsa manebo,
crede, tui. qnando hinc aberis, dic quaeso, profundi
quod caeli spectabo latus? sed te quoque tangat
cura mei quocumque loco, quoscumque per annos;
adque hunc te meminisse velis et nostra fateri

---

456 nam iam m. r. s. et extremo se flexerat axe Bootes *Heinsius:* neque enim m. r. s. et extremum suffecerat axe boontem (boeten *M*) *V*, neque enim m. r. s. et extremo suffecerat (suffixerat *Bon.*) Bootem *ψ*, neque enim m. r. s. et extremum suffixerat axe Booten *c. Burmannus v.* 457 *asterisco notavit* 459 patria *M* et pariter *Heinsius* 460 Porrigit *idem*, Obtulit *Burmannus* omnem *M:* hominem *V* 462 propiorque *V* erynis *V*, erinis *M* 463 volvit *Vossius coll.* III 408: soluit *Vψc* 464 Aesonida *Ald.* murmurae *V* tutum septeno tergore *Heinsius* 467 Hunc *i. e.* clipeum *idem* cristam *codex regius probante Heinsio* 468 funera *V* 473 ferebat *M:* furebat *V* 478 quando *CBon.:* quantum *VAld.* aberis *om. M* 479 spetabo *V* 480 quocumque *m:* quodcumque *V* 481 hanc me *Heinsius*

munera, servatum pudeat nec virginis arte.
ei mihi, cur nulli stringunt tua lumina fletus?
an me mox merita morituram patris ab ira
dissimulas? te regna tuae felicia gentis,
te coniunx nataeque manent; ego prodita obibo.
nec queror et pro te lucem quoque laeta relinquam.'
protinus hospes ad haec (tacitis nam cantibus illum
flexerat et simili iandudum adflarat amore)
'tune' ait 'Aesoniden quicquam te velle relicta
credis et ulla pati sine te loca? redde tyranno
me potius, recipe ingratos adque exue cantus.
quis mihi lucis amor? patriam cur amplius optem,
si non et genitor te primam amplectitur Aeson,
teque tuo longe fulgentem vellere gaudens
spectat et ad primos procumbit Graecia fluctus?
respice ad has voces et iam, precor, adnue, coniunx.
per te, quae superis divisque potentior imis,
perque haec, virgo, tuo redeuntia sidera nutu
adque per has nostri iuro discriminis horas,
umquam ego si meriti sim noctis et immemor huius,
si te sceptra, domum, si te liquisse parentes
senseris et me tum non haec promissa tuentem,
tum me non tauros iuvet evasisse ferosque

---

482 Munerat *V* 483 nulli *Heinsius, qui coniecit et* nullo stringuntur lumina fletu: nullos *Vψc.* spargunt *Burmannus sec. ad anthol. t.* I *p.* 162, nullo tinguuntur lumina fletu *Rhunkenius apud Santenium ad Prop.* IV 11, 79 485 Dissimulas *M:* Dissimilis *V* 486 obibo *C:* abibo *Vψ* 487 quaeror *V* leta *V* 489 afflarat *Pius c:* adflebat *V*, adflabat *Mψ* 490 Tune *C:* Tunc *Vψ* qui^{c}quam *M:* quiquam *V* 491 pati *Gronovius observ.* IV 21: peti *Vψc* 493 lucis *m:* locis *V* 495 caudens *V* 496 procumbat *Pius*, procurrit *Heinsius non male* graecia *M:* gratia *V* 498 quae *ψ:* qui *V* 499 virgo *Maserius probante Heinsio et Cupero observ.* III 6: ergo *Vψc* 500 uiro *M* horas *ψ:* oras *V probante Vossio* 501 Vnquam *C* ego *om. C* si meriti sim noctis et *C:* si meritis noctis *V*, si meritis si noctis *m*, sim meriti noctisque nec *Bon.*, simeriti noctisque sim *Ald.*, si meriti, si noctis et *Heinsius* 502 te reliquisse *Bon.* 503 me — tuentem *Heinsius:* mea — uidentem *Vψc*, mea — querentem *Burmannus*

terrigenas, tum me tectis tua turbet in ipsis
flamma tuaeque artes; nullus succurrere contra
ingrato queat, et siquid tibi saevius, istis
adicias meque in medio terrore relinquas.'
audiit atque simul meritis periuria poenis
despondet questus semper Furor ultus amantis.

Haec ubi dicta, tamen perstant defixus uterque,
et nunc ora levant audaci laeta iuventa,
ora simul totiens dulcis rapientia visus,
deicit hinc vultus aeger pudor et mora dictis
redditur ac rursus conterret Iasona virgo.
'accipe, perdomitis quae deinde pericula tauris
et quis in Aeolio maneat te vellere custos;
nondum cuncta tibi, fateor, promissa peregi.
saevior ingenti Mavortis in arbore restat,
crede, labor; quem — tanta utinam fiducia nostri
sit mihi nocturnaeque Hecates, vestrique vigoris.'
dixerat, utque virum doceat, quae monstra supersint,
protinus inmensis recubantem anfractibus anguem
turbat et Haemonii subito ducis obicit umbram.

505 me *supr. vers. V m. pr.* 506 *Pius in codicibus emendatis haec se repperisse dixit* Flamma, quot infanda possunt in caede furores adiicias, artesque tuas, succurrere nullus Ingrato queat *e. q. s.* 507 quaeat *V* tibi *Burmannus:* tu *Vψe. Heinsio quoque librorum scriptura suspecta videbatur* istis *Bon.:* ipsis *V Ald. e* 510 quaestus *V* amantes *Heinsius* 511 Haec ubi dicta: aciem perstant *vel* Haec ubi dicta, metu perstant *Heinsius* perstant — 514 dictis *habet Parisinus* 7647 perstat *Paris.* 512 nuc *V*, non *Paris.* (n supr.) elata *vel* freta *Heinsius* 513 totiens dulces *C:* totiens ducis *V.* dulces totiens *Paris.*, qotiens ducis *M*, quotiensque ducis *m*, totiensque ducis *Bon.*, toties dulceis *Ald.* 514 Deicit hinc *ψe:* Nunc deicit *V Paris.* 517 Aeolio *Ald. e:* aeoli *V*, aeolii *M*, aeaeo *Bon.* sudor *Heinsius* 519 arbre *V*, aequore *Friesemannus l. l. p.* 117. Mavortis restat in arvo *Heinsius* 520 quaem *V. distinguendum esse post* quem, *ut abruptus sermo esset vidit Burmannus. Heinsio aut versus intercidisse videbatur inter* quem *et* tanta *aut* quin *scribendum pro* quem, *quod Sabellicus quoque proposuerat.* quem t. u. f. in hostem *vel* contra *Columbus* 521 haecates *V* vestrique *Heinsius:* nostrique *Vψe* 523 anguem *M:* angue *V* 524 hemoniis *V* umbram *M:* umbra *V*

Ille, quod haud alias, stetit et trepidantia torsit
sibila, seque metu postquam sua vellera circum
sustulit adque omnis spiris exhorruit arbor,
incipit inde sequi et vacuo furit ore per auras.
'quis fragor hic? quaenam tantae, dic virgo, ruinae?'
exclamat stricto Aesonides stans frigidus ense.
illa trahit ridens tandemque ait angue represso
'hunc tibi postremum nostri parat ira parentis,
heu miser, heu tantis iterum carpende periclis.
o utinam ut nullo te sim visura labore
ipsam caeruleis squalentem nexibus ornum
ipsaque pervigilis calcantem lumina monstri,
contingat vix deinde mori!' sic fata profugit,
seque sub extremis in moenia rettulit umbris.

Et iam puniceo regem spes vana sub ortu
extulerat, quantis nox una diremerit undis
Aesoniden, liberne freto iam vultus aperto,
utque prius totum sileat mare. dumque ea longe
explorare parat, contra venit Arcas Echion
dicta ferens, iam Circaeis Mavortis in agris
stare virum, daret aeripedes in proelia tauros.
et 'vocor en ultro' dixit 'spesque addidit ausa.
vos mihi nunc primum in glebas invertite tauri

527 spiras *Burmannus* 532 nostri *m*: nostris *V* 533 carpende] mihi care *Mψ*, subiture *vel* credende *vel* damnande *Heinsius*, eripiende *vel* rapiende *Burmannus* 534 sim *M*: sumus *V* 535 qualentem *V* 536 lumina] tergora *Burmannus* 537 mihi deinde *Maserius*, mox deinde *Heinsius* 539 sps[e] *V* vana *cui debeatur nescio*: una *Vψ* 540 vana *e* 541 Aesonidem *Mψ* liberne *C*: tiberine *VAld.*, tibarine *Bon.* freto *C*: fretis *Vψ* fluctus *Heinsius* aporto *M* 542 tutum *Gronov. observ. in script. eccl.* X *p.* 100, motum sidat mare *Heinsius* 543 parat *Pius*: quaeat *V*, queat *Mψc*, meat *Wagnerus* 544 mouortis *V* 545 aeripides *V* pro//lia *V (una litera erasa)* 546 En *MAld.* en ultro *M*: ultro en *V* ausa *CBon.*: aula *VAld.*, aura *Pius*, spesque additur auso *vel* ausis *Heinsius* 547 in glebas *Ald. probante Gronovio observ.* IV 21: in flammas *VBon. c*, prima inmanes i. t. Aequora *Heinsius*, V. m. n. p. glebas invertite t. Aequoreas, cunctas *c. q. s. Friesemannus l. l. p.* 117 mihi vertite *ψ*

aequora, nunc totas aperite et volvite flammas.
exeat Haemonio messis memoranda colono,
tuque tuum patri in Graios da, nata, draconem.
ipsius aspectu pereant, ne vellera et ipsa
terga mihi diros servent infecta cruores.'
fatur et effusis pandi iubet aequora tauris.
pars et Echionii subeunt inmania dentis
semina, pars diri portant grave robur aratri.
at sua magnanimum contra Pagasaea iuventus
prosequitur stipatque ducem; tum maxima quisque
dicta dedit saevisque procul discessit ab agris.
fixerat ille gradus totoque ex agmine solus
stabat, ut extremis desertus ab orbibus axis,
quem iam lassa dies austrique ardentis harenae,
aut quem Rhipaeas extantem rursus ad arces
nix et caerulei Boreae ferus abstulit horror;
cum subito attoniti longissima Phasidis unda
Caucaseaeque trabes omnisque Aeetia tellus
fulsit et ardentes stabula effudere tenebras.

---

548 nunc tota coopertum involvite flamma *Heinsius* 549 metuenda *Pius*, *idem vel* ploranda *Heinsius* 550 Tuque] Tuae *Ald.* patri in Graios *Heinsius:* partim graium *VAld.*, parti graium *C*, Tuque tuum gradiuc pater damnata *Bon.*, Tuque tuum Graiis pastum da, nata, draconem Ipsius adspectu ut pereant *Burmannus*, Tuque tua pastum cura da, nata, draconem *Slothouwer l. l. p.* 181. *ego olim conieceram* tuque ducem in Graium patri 551 ne vellera *Ald.:* in uellera *VBon. c*, quin vellera *Heinsius. vellera quoque non dubito quin corruptum sit, nam inter vellera et terga nihil interest. fortasse* villus *cf.* VII 31, VIII 122 *et Ovid. her.* VI 49 et *ψ Heinsius:* in *Vc* 555 duri *Wagnerus* 557 stipatque ducem tum *C et codex Burmanni:* spatioque ducentum *V*, spatioque ducem tum *MAld.*, speciosa ducem tum *Bon.* 558 ab agris *Bon. Heinsius:* in agris *Vc*, in agros *Ald.* 559 ex agmine *ψc:* examine *V* 560 orbibus *M*: oribus *V* 561 lapsa *ψ*, laxa *vel* adlapsa *Burmannus* astrique *Burmannus* 562 ripheas *V* arces *M*: artes *V*, Arctos *Heinsius* 563 boraeae *V* *versibus* 559—563 *explicandis Burmannus, Dorvillius ad Charit.* VII 6, *Wagnerus alii frustra operam dederunt. dicam de illis in praef.* 564 attonitis *C* 565 Aeetia *ψ*: actia *V*, oactia *m*, Aceia *Heinsius* 566 offudere *Heinsius* tenebras *C*: tenebrae *Vψ*

ac velut ex una siquando nube corusci
ira Iovis torsit geminos mortalibus ignes,
aut duo cum pariter ruperunt vincula venti
dantque fugam; sic tunc claustris evasit uterque
taurus et inmani proflavit turbine flammas
arduus atque atro volvens incendia fluctu.
horruit Argoae legio ratis, horruit audax
qui modo virgineis servari cantibus Idas
flebat et invito prospexit Colchida vultu.
non tulit ipse moras seseque inmisit Iason,
diversos postquam ire videt, galeamque minantem
quassat et errantem dextra ciet obvius ignem.

* * *

cunctatus paulum subito furit. aequora non sic
in scopulos irata ruunt eademque recedunt
fracta retro. bis fulmineis se flatibus infert
obnubitque virum, sed non incendia Colchis
adspirare sinit, clipeoque inliditur ignis
frigidus et viso pallescit flamma veneno.
inicit Aesonides dextram atque ardentia mittit
cornua, dein totis propendens viribus haeret.
ille virum adque ipsam tunc te, Medea, recusans
concutit et tota nitentem cornibus ira

567 una *MC*: unua *V*, ima *ψ* nubae *V* eo^{u}rsci *V* 572 fluctus *M*, rictu *Eyssenhardtius l. l. p.* 392 573 argoe *V* 575 respexit *Burmannus* 577 elypeumque *Ald.* mieantem *Heinsius* 578 et *m*: *om. V* ardentem *Heinsius*, undantem *Friesemannus l. l. p.* 118 *inter* 578 *et* 581 *lacuna est in V, in MC duo leguntur versus* Ut tandem stetit et toruo (torto *C*) se lumine flexit Qui prior aduersi respexit iasonis arma, *qui in omnes editiones recepti videntur* 582 scopolos *V* 583 Fracta *Pium secuti Heinsius et Burmannus:* Facta *Vψc*, Acta *Alardus* flumineis *M* 584 incendia *M*: cendia *V* 585 inlidititur *V*, illuditur *Bon.* 587 Incitat *C* inque *C* ardentia] *fortasse* horrentia *cf. Apoll. Rhod.* III 1306 *et Ovid. met.* VII 112 mittit *corruptum est.* mutat *codex regius*, nectit *Bon. fortasse* prendit 588 deim *M* a^{h}erct *V* 589 de *V* refutans *Slothouwer l. l. p.* 181 590 cornibus *C*: carminis *Vψ*

portat iners; tandem gravius mugire residens
incipit et fesso victus descendere cornu.
respicit hinc socios, inmania vincula poscens,
Aesonides, iamque ora premit trahiturque trahitque,
obnixusque genu superat, cogitque trementes
sub iuga aena toros. alium dehinc turbida Colchis
exarmat, lentumque offert timideque minantem,
iamque propinquanti noctem inplicat; ille fatiscens
in caput inque umeros ipsa vi molis et irae
proruit; invadit totusque incumbit Iason
desuper adque suis defixum flatibus urguet.
utque dedit vinclis validoque obstrinxit aratro,
suscitat ipse genu saevaque agit insuper hasta.
non secus a medio quam si telluris hiatu
terga recentis equi primumque invasit habenis
murmur et in summa Lapithes apparuit Ossa.

Ille velut campos Libyes ac pinguia Nili
fertilis arva secet, plena sic semina dextra
spargere gaudet agris oneratque novalia bello.
Martius hic primum ter vomere fusus ab ipso
clangor et ex omni sonuerunt cornua sulco;
bellatrix tunc gleba quati pariterque creari
armarique phalanx totisque insurgere campis.
cessit et ad socios paulum se rettulit heros

---

591 residens *Gronovius observ.* I 17: recedens *Vψc* 592 fesso *M*: fessos *V* 594 Aaesonides *V* 596 haena *M* 598 noctem *m*: noctemquae *V*, noctem que *M*, nocte *Pius et Heinsius* 599 inque armos *Heinsius* 600 Procidit *Gronovius ad Tacit. ann.* XV 22, Corruit *Heinsius* 601 defessum *codex regius*, defectum *Burmannus* 603 asta *V* 604 non secus a *scripsi*: Non secus ac *Vψ*, Non aliter *c* quam si] quodam *Ald.* Non secus ac medio quassac telluris hiatu Terga repentis equi, primoque invasit habenis, Marmore *e. q. s. Heinsius*, *qui Pium coniecisse dixit* primumque evasit harenis Murmur. *Burmanni coniectura haec est* Non secus ac medio quam si telluris hiatu Terga recentis equi, primoque invasit habenis Turbiue *e. q. s.* 607 campos *ψc*: campis *V* Libyes *ψc*: alibyao *V*, libyae *M* 608 serat *Bon.* 609 agris *Maserius probante Burmanno*: acri *VBon.*, atroxque *Ald.*, alacri *Pius* 610 hinc *M* 612 quati *CBon.*: quatit *VAld.* 613 palanx *V* 614 redtulit *V*, retulit *M* heros *M*: he *V*

opperiens, ubi prima sibi daret agmina tellus.
at vero ut summis iam rura recedere cristis
vidit et infesta vibrantes casside terras,
advolat atque imo tellus qua proxima collo
necdum umeri videre diem prior ense sequaci
aequat humo truncos; rutilum thoraca sequenti
aut primas a matre manus premit obvius ante.
nec magis aut illis aut illis milibus ultra
sufficit, ad dirae quam cum Tirynthius hydrae
agmina Palladios defessus respicit ignes.
ergo iterum ad socias convertere Colchidos artes,
et galeae nexus ac vincula dissipat imae,
cunctaturque tamen totique occurrere bello
ipse cupit; spes nulla datur, sic undique densant
terrigenae iam signa duces, clamorque tubaeque.
iamque omnes odere virum, iamque omnia contra
tela volant. tum vero amens discrimine tanto,
quam modo Tartareo galeam Medea veneno
. . . .
in medios torsit; conversae protinus hastae.

---

615 daret agmina *MC*: daret agminia *V*, dare germina *Bon.*, det germina *Ald.*, daret sibi germina *Balbus* 616 Adverso *C sublata post* tellus *interpunctione*, Adversa *Slothouwer l. l. p.* 181 castris *C* 618 Atuolat *V* imo *Bon. c*: ima *V Ald.*, yma *M* quae *Bon.* 619 Nectum *V* 620 thoraca (o) *V* r. th. sequentes *Bon.*, rutilo in thorace sequentis *Ald.*, truncos rutilum thoraca ferentes *aut* rutilum thoraca, recenti, Aut *e. q. s. Heinsius*, rutilum thoraca secantem, Aut primas a matre manus, premit obvius alter. *Burmannus. fortasse* truncos rutilo thorace rigentes 623 ac *Mψ* dirynthios *V* 624 ignes] angues *Heinsius* 625 iterum *Ald.*: iter *VCBon.* socias *ψc*: socios *V* convertit *Pius* 628 densent *Bulaeus et Heinsius* 629 truces *Burmannus* clamore *MBon.*, clangore *non nullos scripsisse Pius adnotavit* 630 odere *C*: uidere *Vψ*. Iamque omnes prodire, unum iamque *e. q. s. Heinsius.* (unum *placuit Burmanno*) 631 Taela *V* volant *Pius c.*: iubant *V*, iuuant *Bon.*, leuant *Ald.*, ruunt *Sabellicus*, vibrant *Heinsius* 632 Medea] dedit illa *Pii codices emendati* *inter* 632 *et* 634 *versus deest in Vψ, in C hic legitur* Infectam dederat ususque armarat in illos, *quem omnes qui post Carrionem Valerium ediderunt receperunt.*

qualis ubi attonitos macstae Phrygas annua Matris
ira, vel exectos lacerat Bellona comatos;
haud secus accensas snbito Medea cohortes
implicat et miseros agit in sua proelia fratres.
omnis ibi Aesoniden sterni putat, omnibus ira
talis erat. stupet Aeetes ultroque furentes
ipse viros revocare cupit, sed cuncta iacebant
agmina, nec quisquam primus ruit aut super ullus
linquitur, atque hausit subito sua funera tellus.

Protinus in fluvium fumantibus evolat armis
Aesonides; qualis Getico de pulvere Mavors
intrat equis uritque gravem sudoribus Hebrum,
aut niger ex antris rutilique a fulminis acstu
cum furit et Siculo respirat in aequore Cyclops.
Redditus hic tandem sociosque amplexus ovantes,
haud iam mendacem promissa reposcere regem
dignatur; nec, si ipse sibi terga ingerat ultro
qui pepigit, velit in pacem dextramque reverti
amplius; ambo truces, ambo abscessere minantes.

---

635 attonitos *c*: atto *V*, extimulat *Cψ*, attollit *codex regius et Pii codices emendati*, attonuit *Heinsius* maeste *V* phrygia agmina *ψ* 636 exertos *M* Comanos *Maserius* 638 misseros *V* 639 ubi *Mψ* Omnis ab Aesonide verti furor, omnibus irae Aequales. *vel* Omnibus Aesoniden sterni putat, omnibus iras Acquales. *Heinsius* 640 aetes *V*, oaetes *m* 641 iuncta cadebant *Heinsius* 642 ncc *ψ*: ne *V* aut *Ald.*: haud *VBon.* 643 pignora *Bulaeus et Heinsius, qui et* munera *proposuit* 644 aeuolat *V* 645 gaetico *V* mauores *V* 646 aquas *Friesemannus l. l. p.* 118 sordibus *M* 648 fugit *vel* ruit *Heinsius* Siculo *ψ*: sicco *V* 650 iam mendaccm *Ald. c*: tamendacem *V*, tam mendaccm *MBon.* 652 Quae *Burmannus*

GAI VALERII FLACCI SETINI . ARGONAVTICON LIBER VII . EXPLICIT INCIP̄ . LIBER VIII *V*

C . VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . EXPLICIT LIBER SEPTIMVS . INCIPIT . OCTAVVS . *M*

C. VALERI FLACCI
ARGONAVTICON
LIBER OCTAVUS.

At trepidam in thalamis et iam sua facta paventem
Colchida circa omnes pariter furiaeque minaeque
patris habent; nec caerulei timor aequoris ultra,
nec miserae terra ulla procul; quascumque per undas
ferre fugam, quamcumqne cupit iam scandere puppem.
ultima virgineis tunc flens dedit oscnla vittis,
quosqne fugit conplexa toros, crinemque genasque
ante per antiqui carpsit vestigia somni,
atque haec inpresso gemuit miseranda cubili:
'o mihi si profugae genitor nunc ille supremos
amplexns, Aeeta, dares fletusqne videres
ecce meos! ne crede, pater, non carior ille est,
quem sequimur; tnmidis utinam simul obruar nndis!
tu, precor, haec longa placidus mox sceptra senecta
tuta geras, meliorque tibi sit cetera proles.'

---

1 iam *om. M* fata *codex regius Heinsio et Weicherto probantibus* 2 circum *et v.* 3 agunt *Heinsius* naec *V* 4 umbras *Bon.* 8 Ungue *Burmannus adstipulante Weicherto*, Acta *Slothouwer l. l. p.* 182 antiqui *M*: anti *V*, inviti *Barthius advers.* XVIII 15, invisi *Heinsius* carpsit *M*: carsit *V*, compsit *Ald.*, carpit *Heinsius* 9 in presso *Burmannus*, Atque haec os impressa gemit miseranda cubili *Peerlkampus in Bakii et Cobeti Mnemosyne* X *p.* 142 10 mille *Heinsius* 11 acta *V*, oaeta *m* 12 Hosce *Heinsius*, Ire *Burmannus* 14 longe *ψ*, longae *Barthius advers.* XVIII 15 *et Weichertus* nox *M* (mox *corr. m*) scnectae *M*, senectae *ψ Barthius Weichertus*

dixit et Haemonio numquam spernenda marito
condita letiferis prodit medicamina cistis,
virgineosque sinus ipsumque monile venenis
implicat ac saevum super omnibus addidit ensem.
inde, velut torto Furiarum eiecta flagello,
prosilit; attonito qualis pede prosilit Ino
in freta, nec parvi meminit conterrita nati,
quem tenet; extremum coniunx ferit irritus Isthmon.

Iam prior in lucos curis urguentibus heros
venerat et nemoris sacra se nocte tegebat,
tum quoque siderea clarus procul ora iuventa.
qualis adhuc sparsis comitum per lustra catervis
Latmius aestiva residet venator in umbra,
dignus amore deae, velatis cornibus et iam
Luna venit; roseo talis per nubila ductor
implet honore nemus talemque expectat amantem.
ecce autem pavidae virgo de more columbae,
quae super ingenti circumdata praepetis umbra
in quemcumque tremens hominem cadit; haut secus illa
acta timore gravi mediam se misit; at ille
excepit blandoque prior sic ore locutus:
'o decus in nostros magnum ventura penates,
solaque tantarum virgo haut indigna viarum
causa reperta mihi, iam iam non ulla requiro
vellera, teque meae satis est quaesisse carinae.

---

16 hemonio *V* numquam speranda *Barthius advers.* XVIII 15, non adspernanda *vel* nunc adspiranda *Heinsius* 17 lactiferis *V* profert *C*, promit *Turnebus advers.* XXIX 4 cistris *V* 19 adiicit *Barthius l. l.* 20 erecta *cum* ψ *Heinsius et Burmannus* 23 Isthmon *C Ald.*: sihmo *V*, isthmos *Bon.* extremum c. furit i. Isthmo *L. Balbus*, extremo c. furit i. Isthmo *Heinsius*, extremum c. petit i. Isthmon *I. Columbus* 24 curiis *M*: curiit *V* 29 elatis *Heinsius* clam *Weichertus* 32 Paphiae *Heinsius* 35 Icta *C*, *receperunt Heinsius et Burmannus* immisit *Heinsius* 38 Sola que *m*: Sola qui *V* aut *V* 39 iam iam *M*ψ: iam *V*, iam nunc *C* nonnulla *Bon.* 40 Vellera teque *M*: Vellerat aeque *V* satis *M*: statis *V* 40 uexisse *M*ψ, *probaverunt Heinsius Burmannus Weichertus* carine *V*

verum age et hoc etiam, quando potes, adice tantis
muneribns meritisque tuis; namque aurea iussi
terga referre sumus; socios ea gloria tangit.'
sic ait et primis supplex dedit oscula palmis.

Contra virgo novis iterum singultibus orsa est.
'linquo domos patrias te propter opesque meorum;
nec iam nunc regina loquor, sceptrisque relictis
vota sequor: serva hanc profugae, prior ipse dedisti
quam (scis nempe) fidem. di nostris vocibus adsunt,
sidera et haec te meque vident; tecum aequora, tecum
experiar quascumque vias, modo nequis abactam
huc referat me forte dies oculisque parentis
ingerar; hoc superos, hoc te qnoqne deprecor, hospes.'

Haec ait adque furens rapido per devia passu
tollitur. ille haeret comes et miseratur euntem,
cum subito ingentem media inter nubila flammam
conspicit et saeva vibrantes luce tenebras.
'quis rubor iste poli? quod tam lugubre refulsit
sidus?' ait. reddit trepido cui talia virgo:
'ipsius en oculos et lumina torva draconis
aspicis; ille suis haec vibrat fulgura cristis,
meque pavens contra solam videt ac vocat ultro,
ceu solet, et blanda poscit me pabula lingua.
dic age nunc, utrum vigilanti hostemque videnti
exuvias auferre velis, an lumina somno

---

41 Verum agito hoc *Heinsius* etiam] iam *M* 42 Mumeneribus *V* 44 suplex *V* 45 novis iterum *Cm*: nobis iterum *V*, iterum notis *ψ* 47 vocor *Sabellicus*, *quod placuit Heinsio, qui et* regina domo sceptrisque relictis *tentavit* 48 Fata *Slothouwer l. l. p.* 182 49 *pro* vocibus *Heinsius proposuit* orsibus, ausibus, coeptibus 51 adactam *Heinsius* 52 oculisque *M*: oculis *V* 53 Ingerat *edit. Bon.* III *anni* 1519 *et c. cf. adnot. Weicherti* superos *M*: superas *V*. socios *coniecit Burmannus, qui in codice suo legebat* scopulos, *quae coniectura valde arrisit Weicherto* hostis *Barthius l. l.* 54 utque *idem* 55 heret *V* miseratur euntem *M*: miserat urentem *V* 58 refulxit *Bon.* 60 torba *V* traconis *V* 62 favens *Heinsius* ac vocat *C*: aduocat *Vψ probante Weicherto* ultro *M*: ultra *V* 63 Caeu *V*

mergimus et domitum potius tibi tradimus anguem?'
ille silet, tantus subiit ut virginis horror.

Iamque manus Colchis crinemque intenderat astris,
carmina barbarico fundens pede, teque ciebat,
Somne pater. 'Somne omnipotens, te Colchis ab omni
orbe voco inque unum iubeo nunc ire draconem,
quae freta saepe tuo domui; quae nubila cornu
fulminaque et toto quicquid micat aethere; sed nunc,
nunc age maior ades fratrique simillime leto.
te quoque, Phrixeae pecudis fidissime custos,
tempus ab hac oculos tandem deflectere cura.
quem metuis me stante dolum? servabo parumper
ipsa nemus; longum interea tu pone laborem.'
ille haut Aeolio discedere fessus ab auro,
nec dare permissae (quamvis iuvet) ora quieti
sustinet; at primi percussus nube soporis
horruit et dulces excussit ab arbore somnos.
contra Tartareis Colchis spumare venenis
cunctaque Lethaei quassare silentia rami
perstat, et adverso luctantia lumina cantu
obruit atque omnem linguaque manuque fatigat
vim Stygiam, ardentes donec sopor occupet iras.

---

66 Mergimus *codex regius et Bon.*: Mergitur *V Ald.*, Vergitur *Heinsius.* 67 tantus *m*: tantos *V*, tacitus *Heinsius* subiit tum *codex regius et Bon.*, subiit vi *Barthius l. l.* 68 *erravit Heinsius cum C* circumque *habere dixit. ipse* lumenque *proposuit*, cirrumque *Weichertus conici posse dicit*, *siquis velit ingenio ludere* 70 colchis *M*: colchidis *V* 71 drachonem *V* 73 *in marg. infer. add. V m. pr.* Fulminaque *M*: Fluminaque *V* quicquic *V* ethere *V* 74 similime *V* loto *V*, laeto *M* 76 oculos *M*: oculis *V* 77 me tuis *M*, ve tuis *m* me stante *C*: meis tande *V*, meistande *M*, me hic stante *codex regius*, me instante *ψ*, me obstante *vel* adstante *Heinsius* parumper *M*: panumper *V* 80 iubet *Mψc*, lubet *Barthius l. l.* 81 at *posui cum Weicherto*: ac *Vψc* perfusus *Heinsius*, perculsus *Wakefieldus delect. tragoed. p.* 371 nupe *V* 82 excussit corpore *vel* pectore *Heinsius* somnos *m*: somnus *V* 83 cumulare *vel* sputare *Heinsius* uenenis *M*: *om. V* 84 Contraque *Ald.* laethei *V* 85 *deest in M* Obruit *Pius Ald.*: Orruit *V*, Horruit *M Bon.* 87 occupat *ψc* orbes *Heinsius*

iamque altae cecidere iubae, nutatque coactum
iam caput atque ingens extra sua vellera cervix,
ceu refluens Padus aut septem proiectus in amnes
Nilus et Hesperium veniens Alpheos in orbem.
ipsa caput cari postquam Medea draconis
vidit humi, fusis circum proiecta lacertis
seque suumque simul flevit crudelis alumnum.
'non ego te sera talem sub nocte videbam
sacra ferens epulasque tibi, nec talis hianti
mella dabam ac nostris nutribam fida venenis.
quam gravida nunc mole iaces! quam segnis inertem
flatus habet! nec te saltem, miserande, peremi!
heu saevum passure diem! iam nulla videbis
vellera, nulla tua fulgentia dona sub umbra.
cede adeo inque aliis senium nunc digere lucis
immemor, oro, mei; nec me tua sibila toto
exagitent infesta mari. sed tu quoque cunctas,
Aesonide, dimitte moras, atque effuge raptis
velleribus. patrios extinxi noxia tauros;
terrigenas in fata dedi; fusum ecce draconis
corpus habes, iamque omne nefas, iam, spero, peregi.'
quaerenti tunc deinde viam, qua se arduus heros
ferret ad aurigerae caput arboris 'eia, per ipsum

---

88 — 125 *desunt in V, qui uno folio orbatus est. praeter M contuli Vaticanum* 1653 *cuius scripturam v nota significabo* 89 ac vergens extra sua tergora cervix *Heinsius* 90 reiectus *Peerlkampus ad Verg. Aen.* IX 31 *cuius haec sunt verba: 'Comparatio est: furor draconis sic resedit, ut fluvii isti, quando alveis suis redditi sedantur'* 91 Alpheos *codex regius:* alphaeos *M*, alpheus *v* 93 porrecta *Heinsius* 94 seque seunmque *v*, Se saevumque *Bon.* 97 Melle *M* (Mella *corr. m*) nutribam] turbabam *v* 98 quam segnis inerti Flatus hebet *Heinsius* 100 Heu *Ald. e*: Nec *MBon.*, Ne *v* passure *Ald. e*: passura *MvBon.* Nec saevum patiere diem *Weichertus, cui interpunctio qua usus sum debetur* 102 Cede adeo *v. cf. Verg. Aen.* IV 533: Caede adeo *M*, Cede deo *ψe* senium fer degere lucis *Heinsius*, senium nunc exigo lucis *Burmannus* 105 demitte *M*, diis mitte *Barthius advers.* XIV 6 106 extinsi *M* (extinxi *corr. m*) 107 in fata dedi *v Pius Ald.:* infesta dedi *MBon.*, in busta dedi *Heinsius* 110 arigerae *M*, aerigerae *m*

scande age et adverso gressus' ait 'imprime dorso.'
nec mora fit. dictis fidens Cretheia proles
calcat et, aeriam quamvis, perfertur ad ornum,
cuius adhuc rutilam servabant bracchia pellem
nubibus accensis similem, aut cum veste recincta
labitur ardenti Thaumantias obvia Phoebo.
corripit optatum decus extremumque laborem
Aesonides, longosque sibi gestata per annos
Phrixeae monumenta fugae vix reddidit arbor
cum gemitu, tristesque super coiere tenebrae.
egressi relegunt campos et fluminis ora
summa petunt. micat omnis ager, villisque comantem
sidereis totos pellem nunc fundit in artus,
nunc in colla refert, nunc implicat ille sinistrae.
talis ab Inachiis Nemeae Tirynthius antris
ibat, adhuc aptans umeris capitique leonem.
ut vero sociis, qui tunc praedicta tenebant
ostia, per longas apparuit aureus umbras,
clamor ab Haemonio surgit grege; se quoque gaudens
promovet ad primas iuveni ratis obvia ripas.
praecipites agit ille gradus adque aurea misit
terga prius; mox attonita cum virgine puppem
insilit ac rapta victor consistit in hasta.

Interea patrias saevus venit horror ad aures
fata domus luctumque ferens fraudemque fugamque
virginis. hinc subitis inflexit frater in armis,

---

112 *post* fit *distinguendum esse vidit Burmannus*, *cum olim post* dictis *distingueretur* 113 Coleat *v* aeream *v* squamis *Ald. Heinsius*, *recepit Weichertus* 117 laborum *Heinsius* 122 nillisque *M*, nullisque *Bon.* 123 totos] rutilos *Heinsius* 126 aptans *ψ*: captans *V* 129 ab *m*: ad *V* hemonio *V* graege *V* 130 rates *V* 131 agit *M*: ait *V* utque *cum Barthio adv.* XIV 6 *Heinsius* 132 atnonita *V* 134 aures *m*: auras *V* 135 fugamque] fidemque *ψ* 136—153 *et* 366—385 *desunt in V*, *in quo* 154—185 *secuntur versum* 365. *M et Vaticanus* 1653 *habent* 136—153 *et* 366—385; 136—185 *secuntur versum* 385. *verus ordo versuum iam ab Italis restitutus est. in iis quae desunt in V Vaticani* 1653 *scripturam v nota significabo* *post* 135 *Pius in non nullis,*

urbs etiam mox tota coit, volat ipse senectae
immemor Aeetes, complentur litora bello
nequiquam; fugit inmissis nam puppis habenis.

Mater adhuc ambas tendebat in aequora palmas
et soror atque omnes aliae matresque nurusque
Colchides aequalesque tibi, Medea, puellae.
extat sola parens impletque ululatibus auras.
'siste fugam, medio refer huc ex aequore puppem;
nata, potes. quo' clamat 'abis? hic turba tuorum
omnis et iratus nondum pater; haec tua tellus
sceptraque. quid terris solam te credis Achaeis?
quis locus Inachias inter tibi, barbara, natas?

---

non antiquissimis tamen, codicibus sedecim versus repperit, quos et ipse et omnes qui Valerium ediderunt spurios habuerunt, unus Weichertus in dissert. de vers. aliqu. C. Val. Fl. ini. susp. p. 139 *sqq. post v.* 139 *collocatos poetae vindicavit. sunt autem hi:*

Occidit Aeetes, casu perculsus acerbo,
Str.tus humi. Carue relegens vestigiu natae
Dat gemitus: lacrymasque simul vocesque resorbet.
Heu miser! attollens foedatam pulvere tandem
Caniciem. poterasne tuo nocuisse parenti
Filia, sola meae spes non indigna senectae?
Duceris a Minyis furtim: dulcique carebis
Coniugio, laetu et numquam praedone murito.
Hic labor est, Absyrte, tuus; revocare sororem
Vndique selectam pubem: iam classe parata
Et nostro du vela mari. Tum ille impiger omen
Accipit: et magni subiit mandata purentis.
Interea velo remisquo feruntur in altum
Certatim Minyae: solers Neptunia proles
Consulit, ut dubio caveant contendere cursu:
Et securus, ait, nobis et tutior Ister.

136 effluxit *Pius*, insurgit *Ald. Zinzerlingius*, hunc — inflexit *Barthius advers.* XIV 6, adfluxit *vel* effulsit *vel* en fulsit *vel* en vindex *Heinsius*, se erexit *Burmannus*, en flexit *Harlesius*, incessit *Wagnerus* 137 Urbis *Bon.* ipsa *M* (ipse *corr. m*) 138 actes *M*, oetes *rm* 139 Nequicquam *Mv* immissis *Mv* *adsentior Weicherto qui, cum* adhuc *particula v.* 140 *usus esset poeta, post* 139 *quaedam intercidisse dixit. scripserunt autem pro* adhuc *Burmannus* ad hoc, *Wagnerus* ad haec *vel* Idyia 144 fuga *M* 145 Notu *M* (Nata *corr. m*)

istane vota domus expectatique hymenaei?
hunc petii grandaeva diem? vellem unguibus uncis,
ut volucris, possem praedonis in ipsius ora
ire ratemque supra, claroque reposcere cantu
quam genui. Albano fuit haec promissa tyranno,
non tibi; nil tecum miseri pepigere parentes,
Aesonide; non hoc Pelias evadere furto
te iubet aut ullas Colchis abducere natas.
vellus habe et nostris siquid super accipe templis.
sed quid ego quemquam inmeritis incuso querellis?
ipsa fugit tantoque (nefas) ipsa ardet amore.
hoc erat, infelix, (redeunt nam singula menti)
ex quo Thessalici subierunt . . . . . .
quod nullae te, nata, dapes, non ulla iuvabant
tempora. non ullus tibi tum color, aegraque verba
errantesque genae atque alieno gaudia vultu
semper erant. cur tanta mihi non prodita pestis,
ut gener Aesonides nostra consideret aula
nec talem paterere fugam? commune fuisset
aut certe tunc omne nefas, iremus et ambae
in quascumque vias; pariter petiisse iuvaret
Thessaliam et saevi, quaecumque est, hospitis urbem.'
sic genetrix, similique implet soror omnia questu
exululans; famulae pariter clamore supremo
in vacuos dant verba notos dominamque reclamant
nomine; te venti procul et tua fata ferebant.

---

149 tota *v*, nota *Bon.* 155 furco *M* (furto *corr. m*) 158 querelles *V* 159 amorae *V* 161 Ex quoto *M* tothessalicis ubierunt *V* *lacunam significavi:* nam singula *V*, aequora remi *ψ*. subiere haec aequora remi *vel* subiere haec litora *vel* secuerunt *Heinsius* 163 tempora] pocula *Dorvillius ad Charit.* VI 3 tibi tum] vultu *Heinsius* aegraque *M*: aetraque *V* 164 Arentesque *Burmannus* 165 erant *ψ*: erat *V* cur *m*: cura *V* 166 genaenerae sonides *V* 167 Nec *ψ*: Ne *V* fuguam *V* 168 Aut certe tunc *Dureau de Lamalle probante Weicherto:* Aut certe nunc *V*, Aut certe tecum *Heinsius*, Aut certe non *Burmannus*, 169 quascumcumque *V* 170 est *M*: *om.* *V* ospitis *V* 171 quaestu *V* 172 supino *Pius* 174 sed venti procul et sua fata ferebant *Peerlkampus ad Verg. Aen* II 34

Inde diem noctemqne volant. redeuntibus aura
gratior, et notae Minyis transcurrere terrae,
cum snbito Erginus pnppi sic fatur ab alta.
'vos' ait 'Aesonide, contenti vellere capto,
nec via quae superet, nec quae fortuna videtis.
crastina namqne dies trucis ad confinia ponti
Cyaneasqne vocat, meminiqne, o Tiphy, tuorum
saxa per illa, pater, memini, venerande, laborum.
mutandum, o socii, nobis iter; altera ponti
elnctanda via et cursu, quem fabor, eundum est.
haud procul hinc ingens Scythici ruit exitus Histri,
fundere non nno tantum qnem flumina cornu
accipimus; septem exit aquis, septem ostia pandit.
illius adversi nnno ora petamus et undam,
quae latus in laevum ponti cadit; inde sequemur
ipsius amnis iter, donec nos flumine certo
proferat inque aliud reddat mare. sint age tanti,
Aesonide, quaecumqne morae, quam saeva snbire
saxa iterum, quam Cyaneos perrumpere montes.
sat mihi: non totis Argo redit ecce corymbis.'
haec ait ignarus fixas iam numine rupes
stare neque adversis ultra concurrere saxis.
reddidit Aesonides 'et te, fidissime rector,
haud vani tetigere metus, nec me ire recuso
longius et cunctis redeuntem ostendere terris.'
protinus inde alios flectunt regesque locosque,
adsuetumque petunt plaustris migrantibus aequor.

---

175 Indi *V* 176 myniis *V* 178 Aesonide *M*: Aesonidae *Vψ* rapto *Heinsius adstipulante Burmanno* 180 Crastina *M*: Crasti *V* 181 meminique *ψ*: meminitque *V* tuorum *m*: tiorum *V* 182 *om. M* 184 fauor *V* 185 scythyci *V* 186 tantum] fando *Burmannus* 189 Quae *M*: Quaem *V*, Qua *m. idem coniecit Heinsius* leuum *V* 191 Perferat *ψ* aliut *V* mage *Heinsius* 192 Aesonidae *V* quecumque *V* 194 Stat mihi non totis Argo reditura corymbis *Heinsius* (Stat mihi *et codex Burmanni*), Sat tibi, non totis Argo reditura *vel* redit ecce corymbis *Burmannus* reddit *V* 197 te] de *V* 199 redeunteuntem *V*

Puppe procul summa vigilis post terga magistri
haeserat auratae genibus Medea Minervae;
adque ibi deiecta residens in lumina palla
flebat adhuc, quamquam Haemoniis cum regibus iret,
sola tamen nec coniugii secura futuri.
illam Sarmatici miserantur litora ponti,
illa Thoanteae transit defleta Dianae.
nulla palus, nullus Scythiae non maeret euntem
amnis; Hyperboreas movit conspecta pruinas,
tot modo regna tenens; ipsi quoque murmura ponunt
iam Minyae, iam ferre volunt. vix allevat ora
ad seras, siquando, dapes, quas carus Iason
ipse dabat, iam nubiferam transire Carambin
significans, iam regna Lyci, totiensque gementem
fallit ad Haemonios hortatus surgere montes.

Insula Sarmaticae Peuce stat nomine nymphae,
torvus ubi et ripa semper metuendus utraque
in freta per saevos Hister descendit alumnos;
solvere in hoc tandem resides dux litore curas,
ac primum socios ausus sua pacta docere
promissamque fidem thalami foedusque iugale.
ultro omnes laeti instigant meritamque fatentur.

---

202 uigilis *m*: uigiliis *V* 203 aurate *V* 204 sub tegmine palla *Turnebus advers.* XXIX 4, in flumina palla *Zinzerlingius. cf Gronov. observ.* IV 21 206 coniugii *m*: coniugis *V* 208 Inde *vel* Utquo *Burmannus* defleta *codex regius et Ald.*: deflexa *VBon.*, devexa *Heinsius* 209 cydiac (h) *V* meret *V* 210 hiperboreas *V* 211 ipse *M*, aspri *Ald.* murmura *M*: murmure *Vψ*, marmora *Heinsius* ponti *Mψ Heinsius.* ipsi per marmora ponti *Burmannus* 212 myniae *V* flerec *M* (ferre *corr. m. pr.*, flere *m*) 213 quas] has *Barthius advers.* XIV 6 214 dabat *ψ*: dabam *V* iam *ψ*: *om. V* carambin *m*: carymbin *V* 216 hortatur *Mψ*. Fallit et H. hortatur surgere montes *Weichertus* *versus qui sunt* 207—217 *vocibus corruptis, versibus omissis et transpositis valde turbatos esse opinatur Dureau de Lamalle* 217 sarmaticae *M*: sarmitice *V* peucae *MAld.* nympho *V* 218 utraque *m*; utrasque *V* 219 Alanos *Maserius* 220 residens *Heinsius* 221 Ao primum hic socios *idem* sotios *V*

ipse autem invitae iam Pallados erigit aras,
incipit Idaliae numen nec spernere divae.
praecipueque sui, siquando, in tempore pulcher
coniugii Minyas numquam magis eminet inter;
qualis sanguineo victor Gradivus ab Hebro
Idalium furto subit aut dilecta Cythera;
seu cum caelestes Alcidae invisere mensas
iam vacat et fessum Iunonia sustinet Hebe.
adsunt unanimes Venus, hortatorque Cupido
suscitat adfixam maestis Aeetida curis;
ipsa suas illi croceo subtegmine vestes
induit, ipsa suam duplicem Cytherea coronam
donat et arsuras alia cum virgine gemmas.
tum novus implevit vultus honor, ac sua flavis
reddita cura comis, graditurque oblita malorum.
sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo,
laetaque iam Cybele festaeque per oppida taedae,
quis modo tam saevos adytis fluxisse cruores
cogitet? aut ipsi qui iam meminere ministri?
inde, ubi sacrificas cum coniuge venit ad aras
Aesonides, unaque adeunt pariterque precari
incipiunt, ignem Pollux undamque iugalem
praetulit, et dextrum pariter vertuntur in orbem.
sed neque se pingues tum candida flamma per auras
explicuit, nec tura videt concordia Mopsus,

---

224 Ipse *L. Balbus:* Ipsa *Vψ* innuptae *Bon.* erigere *Heinsius* 225 numem *V* 226 Precipueque *V* 227 Coniugi *V* 228 uictor *M*: *om. V* 229 cy[h]dera *V* 230 alcydae *V* 233 Sufficit *Bon.* Suscitat hic fixam *Wagnerus posita post* Cupido *maiore distinctione* 235 duplex *i. e. fallax, infida Heinsius* cytherca *M*: cy[h]dera *V* 238 cura *M*: curo *V* 239 planctus acer *V*, planctu sacer *M* 240 cybelae *V* op[p]ida *V* tedae *V* 241 tam *Pius et Heinsius;* iam *Vψ* 242 quid iam *Barthius l. l.*, haud ipsi quin iam *Heinsius. Burmannus* qui *pro ablativo sumit* 243 sacrificas *M*: sacrificans *V* 244 praecari *V* 246 ut — vertantur *Ald.* 247 per aras *Maserius*

promissam nec stare fidem, breve tempus amorum.
odit utrumque simul, simul et miseratur utrumque,
et tibi iam nullos optavit, barbara, natos.
mox epulas et sacra parant; silvestria laetis
praemia venatu facili quaesita supersunt;
pars veribus, pars undanti despumat aeno.
gramineis ast inde toris discumbitur, olim
Hister anhelantem Peucen quo presserat antro.
ipsi inter medios rosea radiante iuventa
altius inque sui sternuntur velleris auro.

Quis novus inceptos timor iupediit hymenaeos
turbavitque toros et sacra calentia rupit?
Absyrtus subita praeceps cum classe parentis
advehitur profugis infestam lampada Grais
concutiens diramque premens clamore sororem:
adque 'hanc, o siquis vobis dolor iraque, Colchi,
adcelerate viam; neque enim fugit aequore raptor
Iuppiter, aut falsi sequimur vestigia tauri.
puppe (nefas) una praedo Phrixea reportat
vellera; qua libuit remeat cum virgine; nobis
(o pudor!) et muros et stantia tecta reliquit.
quid mihi deinde satis? nec quaero vellera, nec te
accipio, germana, datam; nec foederis ulla
spes erit aut irae quisquam modus. inde reverti
patris ad ora mei tam parvo in tempore fas sit?
quinquaginta animae me scilicet unaque mersa
sufficiet placare ratis? te, Graecia fallax,

---

249 fidem *M*: fides *V* et breve tempus amorum *vel* Promissa nec stare fide breve tempus amorum *Heinsius* 251 iam *ψ*: tum *V* 252 lautis *vel* Mox epulas et strata parant silvestria lacti. *Heinsius*, festis *Burmannus* 254 verubus *mBon.* 259 impediit *M*: inpendit *V* hymeneos *V* 263 sonorem *V* 264 atque haec. o si quis *Heinsius* 265 fugam *codex Burmanni et Bon. probante Weicherto* 267 ima *Bon.* predo *V* phryxea *V* 268 quoque libet *Heinsius* remeat *ψ*: tremeat *V* nobis *cum* o pudor! *iunxit Pius* 269 inania *Eyssenhardtius l. l. p.* 392 reliquid *V* 270 curo *Heinsius* 272 Spes super *idem* iro *V* unde *Heinsius* 273 non parvo *Ald.* 274 unaque *M*: una *V* 275 Sufficiat *Heinsius* gregia *V*

persequor adque tuis hunc quasso moenibus ignem;
nec tibi digna, soror, desum ad conubia frater.
primus et ecce fero quatioque hanc lampada vestro
coniugio, primus celebro dotalia sacra,
qui potui; patriae veniam da, quaeso, senectae.
quin omnes alii, pariter populusque patresque,
mecum adsunt. magni virgo ne regia Solis
Haemonii thalamos adeas despecta mariti,
tot decuit coiisse rates, tot fulgere taedas.'

Dixerat itque orans iterum ventosque virosque,
perque ratis urguet remos vox alta magistri.
illi autem intorquent truncis frondentibus undam,
quaeque die fuerat raptim formata sub uno
et tantum deiecta suis a montibus arbor
(quid dolor et veterum potuit non ira virorum?)
haud longis iam distat aquis, sequiturque volantem
barbara Palladiam puppem ratis, ostia donec

---

276 quasso] spargo *Ezr. de Clercquius observ. in Lucan. p.* 14 277 frater ψ: pater *V* 278 Pronubus ecce fero *de Clercquius l. l. p.* 15 281 alii *MBon.:* alti *VAld.*, alto *L. Balbus adstipulante Heinsio*, actis *i. e.* nuptiis *Burmannus*. alii *probarunt Bentleius ad Hor. carm.* III 6, 20, *Weichertus, alii* populusque *Bentleius l. l.:* populique *Vψ*. *Bentleii coniecturam miror Weichertum non recepisse* 284 coiisse *Bon.:* coire *VAld.*, concire *Heinsius* fulgere *m*: fulgurae *V*, fulgore *M* 285 itque *Ald.:* atque *VBon.* 286 *exprimendam curavi coniecturam Rupertii:* Perque ratis supplex et remigis uexilla magistris *V*, Perque ratis supplex vox remigis illa magistros ψ, Perque ratis supplex repsit vox illa magistros *a non nullis legi Pius monuit*, Dixerat, atque orans iterum ventosque virosque, Perque rates supplex it remigi, et inde magistris. *vel* Ter quater his supplex vox erigit illa magistros. *Heinsius*, Perque rates implet vox remigis illa magistros. *Burmannus*, Perque rates supplex vox remigis illa magistris. *Slothouwer l. l. p.* 182, Perque rates supplex volat et premit ille magistros. *Withofius krit. Anmerk. St.* 5 *p.* 48, Perque ratis supplex remeat vox illa magistros *Dureau de Lamalle*, Perque rates una est vox remigis atque magistri. *Wagnerus*, Perque rates supplex remeat vox illa magistris. *Weichertus. Barthio advers.* XIV 6 *versus tollendus videbatur* 287 tonsis *Heinsius* frondentibus *M:* frondibus *V* 288 furat *V* 289 montibus *V* 290 *post* virorum *exclamandi signum posuit Weichertus*

Dannbii viridemque vident ante ostia Peucen,
ultimaque adgnoscunt Argoi cornua mali.
tum vero clamorem omnes inimicaqne tollunt
gaudia, tum gravior remis fragor, ut procul Argo
visa viris, nnamque petunt rostra omnia puppem.
princeps navalem nodosi roboris nncum
arripit et longa Styrus prospectat ab unda,
coniugio atqne iterum sponsae flammatus amore.
iamque alii clipeos et tela trabalia dextris
expediunt, armant alii picis unguine flammas.
inpatiens tremit hasta morae, nec longius inter,
quam quod tela vetet, superest mare. vocibus urguent
interea et pedibus pulsant tabulata frementes.

Cum subitas videre rates vibrataque flammis
aequora, non una Minyae formidine surgunt,
primus et in puppem deserta virgine ductor
prosilit et summa galeam rapit altus ab hasta,
ense simul clipeoque micat; nec cetera pubes
segnius adreptis in litore constitit armis.
at tibi qnae scelerum facies, Medea, tuorum?
quisve pudor Colchos iterum fratremque videnti
quidquid et abscisum vasto iam tuta profundo
credideras? ergo infausto sese occulit antro,
non aliud quam certa mori, seu carus Iason,
seu frater Graia victus cecidisset ab hasta.

Haud ita sed summo segnis sedet aethere Iuno,
aut sinit extrema Minyas decernere pngna,
nec numero quoniam Colchis, nec puppibus aequos.

---

293 Danuuii *V* uiridemque *M*: uirilegemque *V* 299 prospctat *V* 300 Coniugis *Barthius adv.* XIV 6 302 armant *M*: amant *V* picis unguine *ψ*: pici sanguine *V* 303 mora *Ald.* inter] inde *Heinsius* 305 pedipus *V* 307 vana *L. Balbo praeeunte Heinsius* 309 rapit *M*: rapat *V* 315 oculit *V* 316 aliut *V* 318 Haud ita nec summo *L. Balbus, quem secutus est Burmannus ita distinguens* Haud ita: nec summo *e. q. s.*, Viderat, ut summo *vel* Vidit et haud summo *Heinsius* sedet *m*: sed *V* 319 Haud *MBon.* 320 quoniam] cernens *Ald.*, iam iam *Wagnerus*

ergo ubi diva rates hostemque accedere cernit,
ipsa subit terras tempestatumque refringit
ventorumque domos. volucrum gens turbida fratrum
erumpit, classem dextra Saturnia monstrat.
videre, inque unum pariter mare protinus omnes
infesto clamore ruunt inimicaque Colchis
aequora et adversos statuunt a litore fluctus.

Tollitur atque intra Minyas Argoaque vela
Styrus abit; vasto rursus desidit hiatu
abrupta revolutus aqua. iamque omnis in astra
itque reditque ratis, lapsoque reciproca fluctu
descendit. vorat hos vertex, hos agmine toto
gurges agit, simul in vultus micat undique terror.
crebra ruina poli caelestia limina laxat.
non tamen ardentis Styri violentia cedit.
hortatur socios media inter proelia divum:
'transferet ergo meas in quae volet oppida dotes
Colchis? et Haemonius nobis succedet adulter?
nec mihi tot magnos inter regesque procosque
profuerit prona haud dubii sententia patris?
an virtus praelata viri est et fortior ille,
quem sequitur? iungam igniferos sine carmine tauros,
saevaque Echionii ferro sata persequar hydri.
hoc adeo interea specta de litore pugnas

---

321 dura *M* accedere *M*: accendere *V* 322 Ipsa subit *ψ*: Ipsas ubi *V*, Ipsas uti *m*, Lapsa subit *Heinsius* 325 Videre inque imum *Bon.*, Verrentes imum *Ald.* pritinus *V* 328 minias *V* 329 Styrus *m*: Styrys *V*, Styris *M* abit *ψ*: habet *V* desidet *V*, *sed prima manus* desidit *correxit* 331 ratis *m*: rates *V* 332 vorat *codex regius et Bon.*: uarat *V*, trahit *Ald.* torto *a non nullis legi Pius auctor est, placuit Heinsio* 333 agit *M*: ait *V* simili in vultu *Heinsius*, simili vultu *vel* simul in fluctus micat *Burmannus* 334 limina *codex Burmanni*: lumina *Vψ* 337 Transferet *Mψ*: Transferat *V* 338 succedet *M*: succederet *V*, subsidet *Bentleius in epistola ad Burmannum data l. l. p.* 560 339 magn^{o}s *V* 342 ignivomos *Friesemannus l. l. p.* 118 343 ecchioni *V* fata *Bon.* 344 Has *m*, *recepit Weichertus* spectans *Italorum coniectura est per omnes editiones propagata* adeo] alto *Friesemannus l. l. p.* 118

amborum, victoris eris; iam digna videbis
proelia, iamque illud carum caput ire cruenta
sub freta, semiviri nec murra corpus Achivi,
sed pice, sed flammis et olentis sulphure crines.
vos modo vel solum hoc fluctus expellite corpus,
non te, Aeeta pater, generi, aut, Sol magne, pudebit.
fallor? an hos nobis magico nunc carmine ventos
ipsa movet, diraque levat maria ardua lingua?
atque iterum Aesonides, iterum defenditur arte,
qua solet? haut illi cantus et futile murmur
proderit. ite, rates, et frangite virginis undam.'
dixit et intortis socio cum milite remis
prosilit; at fluctu puppis labefacta reverso
solvitur effunditque viros ipsumque minantem
tunc quoque et elata quaerentem litora dextra.
ibat et arma ferens et strictum naufragus ensem;
incipit et remos et quaerere transtra solutae
sparsa ratis, maestas aliis intendere voces
puppibus; ast inter tantos succurrere fluctus
nulla potest, aut ulla valet; quotiensque propinquat,
tunc aliud rursus dirimit mare. iam tamen errat,
iamque abiit, fundoque iterum violentus ab imo
erigitur; sed fluctus adest, magnoque sub altis
turbine figit aquis, et tandem virgine cessit.

---

346 Praclia *V* 348 flammis et oleutis *M*: flammise tollentis *V* sulphore *V* cernes *m* murrha conditum Achivi — sed olenti sulphure cernes *Heinsius* 350 acta *V*, oaeta *m* pudepit *V* 354 aut *V* ulli *Burmannus* futtilo *V* 357 ac *MAld.* 360 Nabat *vel* Vibrat et arma furens *Heinsius* 361 quercre *V* solute *V* Arripere et remos et preudere *Heinsius* 362 *fortasse* maestasque aliis *Heinsius probante Weicherto:* altis *Vψ* 364 aut ulla valet *Weichertus:* aut ille uelit *V*, *probat Heinsius.* haud ulla velit *Bon.*, aut illa velit *Ald.*, haud nulla velit *Maserio praeeunte Barthius advers.* XIV 6, aut ulla velit *L. Balbus.* 365 aliut *V* extat *Ald.*, *placuit Zinzerlingio.* iamque iterum exstat *vel* iam iamque fere exstat *Heinsius* 366 revolutus *cum Aldo Zinzerliugius et Heinsius* 368 Stygiaque voragine pressit *vel* mersit, tantaquo *vel* vastaque voragiue *vel* hianti in gurgite sepsit *Heinsius*

Absyrtus visu maeret defixus acerbo,
nec quid agat, qua vi portus, et prima capessat
ostia, qua possit Minyas invadere, clausos
quos videt agnoscitque fremens; maria obvia contra
saevaque pugnat hiemps, totusque in vertice pontus.
abscessit tandem vanaque recedit ab ira
et tanta de clade ratis. latus inde sinistrum
adversamque procul Peuces defertur in oram
cum sociis; gemino nam scinditur insula flexu
Danubii. hac dudum Minyae Pagasaeaque puppis
in statione manent; illinc Aeetius heros
obsidet adversa tentoria Thessala classe
inpatiens, pugnaeque datur non ulla potestas.
noctes atque dies vastis mare fluctibus inter
perfurit, expediant donec Iunonia sese
consilia atque aliquem bello ferat anxia finem.

At Minyae tanti reputantes ultima belli
urguent et precibus cuncti fremituque fatigant
Aesoniden. quid se externa pro virgine clausos
obiciat, quidve illa pati discrimina cogat?
respiceret pluresque animas maioraque fata
tot comitum, qui non furtis, nec amore nefando
per freta, sed sola sese virtute sequantur.
an vero, ut thalamis raptisque indulgeat unus

---

370 Ne quid agat *codex regius.* Heu quid agat? *vel* Sed quid agat *Heinsius; illud non displicet* 372 fremens *Sabellicus:* tremens *Mψ* 373 motusque a gurgite pontus *Heinsius*, tortusque in vortice pontus *Santenius ad Catull. eleg. in Manl. p.* 44 *teste Weicherto* 374 Abscedit *Pius adstipulante Weicherto*, Ascedit *Ald.* 375 ratis *mAld.:* rates *MBon.* 377 sociis *Bon.:* socii *MAld.* 378 hac *Ald.:* at *M*, ac *Bon.* pegaseaque *M* (que *supr. vers. add. m*) 379 aetius *M*, oaetius *m* 381 ulla *m*: nulla *M* 386 Urgunt *V* praecibus *V* 387 Aesonidaen *V* quid ese *V*, qui se *m* clausos *Bon.:* clausas *V*, clausa *Aldo praeeunte Weichertus*, cladi *Balbus*, classi *Schelius ab Heinsio laudatus*, claustro *Heinsius* 389 maioraque *M*: maiora *V* facta *M* 390 furtis *Heinsius:* furiis *Vψ* amore *ψ*: more *V*, *quam scripturam Weichertus fatetur non prorsus sibi displicere*

coniugiis? id tempus enim. sat vellera Grais,
et posse oblata componere virgine bellum.
quemque suas sinat ire domos, nec Marte cruento
Europam adque Asiam prima haec committat Erinys.
namque datum hoc fatis, trepidus supplexque canebat
Mopsus, ut in seros irent magis ista nepotes,
adque alius lueret tam dira incendia raptor.

Ille trahens gemitum tantis ac vocibus inpar,
quamquam iura deum et sacri sibi conscia pacti
religio dulcisque movent primordia taedae,
cunctatur, mortemque cupit, sociamque pericli
cogitat, haut ultra sociis obsistere pergit.
haec ubi fixa viris, tempus fluctusque quietos
expectant: ipsam interea, quid restet, amantem
ignorare sinunt decretaque tristia servant.

Sed miser ut vanos, veros ita saepe timores
versat amor, fallique sinit nec virginis annos.
ac prior ipsa dolos et quamlibet intima sensit
non fidi iam signa viri nimiumque silentes
una omnes. haut illa sui tamen immemor umquam,
nec subitis turbata minis, prior occupat unum
Aesoniden, longeque trahit, mox talibus infit:
'me quoque, vir, tecum Minyae, fortissima pubes,

---

393 it tempus enim *L. Balbus*, Coniugiis id tempus emi? *Heinsius* 395 ne *Heinsius* 396 Euroram *V* committet *Bon.*, commutet *Ald.* acrinis *V* 398 maigis *V* ista *Bon.*: ipsa *V*. irent transcripta nepotes *vel* (*adversar. p.* 541) ratum *pro* datum *et* ut in seros iret maris ira nepotes *Heinsius*, irent mage bella *vel* iret magis ira *Burmannus* 401 et sacri sibi *Pius*: est acri sibi *V*, est acris ubi *MBon.*, sacri sibi *Ald.* 403 sotiamque *V* 405 fluctuque *M* 407 tristia celant *Burmannus* 409 fallique *M*: fallitque *V* *Peerlkampi ad Verg. Aen.* IV 296 *haec est adnotatio*: '*Locum imitatus est Valerius Flaccus* VIII 408, *si tamen illa sint Valerii*' 411 signa *M*: signi *V* 412 illa *M*: ulla *V* 413 subitis *M*: subotis *V* 415 Me quoque, vir, tecum *ψ*: Me quoque uittae cum *V*, Me quoque (si) tecum *M* (si *add. m*), Me quoque quid tecum Minyae, fortissima pubes, Nocte dieque movent? *Weicherto probante Heinsius*, *qui et coniecit* Me quoque quin tecum. *fortasse* me

nocte dieque movent; liceat cognoscere tandem,
si modo Peliacae non sum captiva carinae,
nec dominos decepta sequor, consultaque vestra
fas audire mihi. vereor, fidissime coniunx,
nil equidem; miserere tamen promissaque serva
usque ad Thessalicos saltem conubia portus,
inque tua me sperne domo. scis te mihi certe,
non socios iurasse tuos. hi reddere forsan
fas habeant, tibi non eadem permissa potestas.
teque simul mecum ipsa traham; non sola reposcor
virgo nocens, atque hac pariter rate fugimus omnes.
an fratris te bella mei patriaeque biremes
terrificant, magnoque inpar urgueris ab hoste?
finge rates alias et adhuc maiora coire
agmina; nulla fides? nullis ego digna periclis?
non merui mortemque tuam comitumque tuorum?
vellem equidem nostri tetigissent litora patris
te sine duxque illis alius quicumque fuisset.
nunc remeant, meque ecce (nefas) et reddere possunt,
nec spes ulla super. quin tu mea respice saltem
consilia, et nimio comitum ne cede timori.
credidit ardentes quis se tunc iungere tauros
posse? quis ad saevi venturum templa draconis?
o utinam ergo meus pro te non omnia posset,

---

quoque, quid tecum Minyae, fortissima pubes, nocte dieque novent, l. e. t. cf. V 304 myniae *V* 419 fudissime *V* 423 hi — Fas habeant *veterum Pii codicum scriptura est ab Heinsio probata:* his — Fas habeant *V*, his — Fas: abeant ψ, his reddere fors sit Fas: abeant *Burmannus*, his reddere forsan Fas: habeant *Weichertus* 424 permissa ψ: promissa *V* 425 reposcos *V* 426 omnes] ambo *Burmannus* 427 At *Ald. quod Burmanno non immerito placuisse Weichertus iudicavit* vela *vel* tela *Heinsius* 431 metui *Maserius* Martemque tuum *Heinsius* comitumquae *V* 434 poscunt *ab aliis legi Maserius adnotavit; idem Casaubonum in ora codicis sui emendavisse Burmannus auctor est* 436 Consila *V* cede *m*: ce *V* 437 Credidit ψ: Reddidit *V* aeripedes *Heinsius* quis se ψ: quise *V*, quis te *Heinsius* nunc *in editionibus Burmanni et Wagneri legitur* 438 seui *V* drachonis *V*

adque aliquid dubitaret amor! quin nunc quoque quaere
— nescio quid tuus iste pudor —. mene, optime quondam
Aesonide, me ferre preces et supplicis ora
fas erat? haud hoc nunc genitor putat, aut dare poenas
iam sceleris dominumque pati.' sic fata parantem
reddere dicta virum furiata mente refugit
vociferans. qualem Ogygias cum tollit in arces
Bacchus et Aoniis inlidit Thyiada truncis;
talis erat talemque iugis se virgo ferebat
cuncta pavens: fugit infestos vibrantibus hastis
terrigenas, fugit ardentes exterrita tauros.
si Pagasas, vel Peliacas hinc denique nubes
cerneret et Tempe viridi lucentia fumo:
hoc visu contenta mori. tunc tota querellis
egeritur questuque dies, eademque sub astris
sola movet, maestis veluti nox illa sonaret
plena lupis, quaterentque truces ieiuna leones
ora, vel orbatae traherent suspiria vaccae.
procedit non gentis honos, non . . . .
Solis avi, non barbaricae decor ille iuventae,

---

440 quaeret *codex regius*, quaero *Bon.*, quaerit *Pio deberi videtur*, quare *Ald.*, quaerat *Heinsius. Lemairius v. 463 huc transposuit servata V scriptura* 441 *distinctio qua usus sum debetur Weicherto* quit *V* 442 praeces *V* 443 aut] haud *ψ* 444 parantem *ψ*: parentum *V*, parentem *M*, paventem *m* 445 Reddere *m*: Redde *V* 446 pellit *olim Weichertus in epist. crit. p.* 94 447 Thyada *Heinsius probatus a Dorvillio ad Charit.* VII 6 *et Weicherto:* tyana *V*, tympana *Mψ*. instigat *vel* impellit Thyada truncis *Burmannus*, incendit Th. tr. *Burmannus sec. ad anthol. Lat. t.* I *p.* 170 451 rupes *Heinsius, sed ipse reiecit* 452 viridi *ψ*: *om. V*, nigro *codex regius*, fusco *codex Burmanni*. viridi lucentia fundo *Maserius*, viridi ridentia luco *Heinsius. Italos secuti sunt Burmannus et Weichertus, ego cogitaveram* vitreo *i. e.* pellucido 453 nunc *Bon.* quaerellis *V* 454 Exigitur *Heins.* quaestuque *V*. fletuque *vel* gemituque *Burm.* 456 Plena *m*: Plana *V*, Plancta *Heinsius.* 457 uaccae *ψ*: bacchae *V*, uacchae *m*, hyaenae *Barthius advers.* XIV 6, *sed ad Stat. Theb.* VI 189 vaccae *scribendum esse docuit*, tigres *Heinsius* 458 non gentis — 462 prora *Weichertus parenthesi inclusit*, *ut* Procedit *iungatur cum* magnumque minatur *lacuna est in V:* more paterni *Bon.*, gloria magni *Pius Ald.*, lumine digna *codex regius*

qualis erat, cum Chaonio radiantia trunco
vellera vexit ovans, interque ingentia Graium
nomina Palladia virgo stetit altera prora.
'quid dubitas? heu, dure, siles?' magnumque minatur.
haeret, et hinc praesens pudor, hinc decreta suorum
dura premunt. utcumque tamen mulcere gementem
temptat et ipse gemens et dictis temperat iras.
'mene aliquid metuisse putas? me talia velle?'

---

460 caonio *V* 461 graiuum *V* 463 *huc transposui cum Maserio et Weicherto, in V sequitur versum* 459. *Pius adnotavit vel praeposterum esse carminis ordinem, vel subdititium versum, esse tamen qui superius insererent* Iam sceleris, dominumque pati, magnumque minatur Quid dubitas, heu dura siles, sic fata parantem. dubitas *M*: iubeas *V* magicumque minatur *Barthius advers.* XIV 6 *versum* 462 *in M sequitur hic* Moestus ait ille minis et noto (nota *m*) Colchidos ira *in quo pro* at *habet* et, *pro* minis: nimis *Bon.* 464 pudor *in V correctum est e* pudur 465 praemunt *V* 466 dictis temperat iras *m in marg., probavit Weichertus:* tempera dictis *V.* tempora currere dictis *ψ*, tempora fallere *vel* ducere dictis *non nullos scripsisse Pius auctor est*, tempora quaerere dictis *Heinsius*, tempora carpere dictis *Harlesius*, *Burmanno* ducere *placuit* metuisse *Barthius advers.* XXVII 3 *adstipulante Heinsio:* meruisse *Vψ*

G . VALERI . FLACCI . SETINI . LIBER VIII EXPLICIT FELICITER *V*

C . VALERII . FLACCI . SETINI . BALBI . ARGONAVTICON . LIBER . OCTAVVS . EXPLICIT FELICITER DEO . GRATIAS . AMEN *M*

INDEX NOMINVM